

G  
M 32

# COPIAE IURIS VTRI

## SIVE IVRIS RESPONSORVM

### D. MARCELLI MARGIANI

Neapolitani I. C. Celeberrimi,

OLIM PRIMARII CAVSARVM PATRONI,  
nunc Sacri Regij Consilij Senatoris integerrimi,

## VOLVMEN PRIMVM.

### VT PLVRIMVM SVPREMORVM TRIBVNALIVM *Decisionibus exornatum.*

IN QVIBVS MVLTA, IN VTRAQVE CENSURA  
vnà cum Feudali, & Municipal i adeò doctè, eruditè, & accurate tractantur,  
ac ingeniosè resoluuntur, vt nil vtrrà possit desiderari.

## O P V S

### VNIVERSIS IVRIS PROFESSORIBVS UTILISSIMVM, *ac Pragmaticis præcipue per necessarium.*

Cum gemitu Inclite, quo agmina, e. optimi, aliorum rerum uterque, et latae secessio.  
et p. modum iustitia.

## C V M P R I V I L E G I O.



NELSOVI, Per Jacobum Gaffarum. 21. D. C. 1700.

Cum licentia Superiorum.



POTENTISSIMO  
AC SEREN.<sup>MO</sup> DOMINO  
D. PHILIPPO III.  
AVSTRIACO  
HISPA NIARVM, INDIARVM NOVI ORBIS,  
AC VTRIVSQUE SICILIAE  
REGI CATHOLICO.

*Marcellus Marcianus in Sacr. Neap. Consil. Regius Consiliarius  
S. & P. felicitatem precatur.*

**N**ON vna me ratio cogit Serenissime Rex, vt hos qualecumque industriae meæ labores, ac fructus Maiestati tuæ potissimum confcrem; sed sanè multiplex. Etenim verè mihi affirmare posse videor, quæcumque decora, & ornamenta Principum allicere hominum ingenia

nia solent, vt suis monumentis eorum nomen  
implorent, ea in te vno lvigere, & precellere  
vniuersa; quæ & præclarissimæ dignitatis tuæ,  
& mei me officij, gratiæ animi admonent; nam  
profetæto quanta in te generis, imperij, virtutum  
omnium lux oborta cœlo, oculos, mentesq; ad  
se trahit omnium: Ac sidus quidem generis, vt  
vno verbo dicam, maiore, & certiore, quam Sol  
terras illustrat radio. Imperij tanta vis, tanta ma-  
iestas est, quantum nec admirari satis, nec satis  
eloqui possumus. Quid virtutum? quantum in  
te studium? Quantus amor? religio testis sit, it  
testis æquitas, omisis cæteris, ne epistolæ mo-  
dum excedam. Religionis profetæto tuendæ  
ardor, ultra anni, Solisque vias felicissimè enau-  
gavit, & nauigat; quandoquidem non ullis par-  
cis armis, non ullis sumptibus, fixumque animo  
est, non te regnare, non viuere, nisi tecum re-  
gnet, ac viuat pietas. Iam iustitiae, quantus apud  
te honor, quantus cultus? quam ita fous animo,  
ita exprimis factis, vt ea mihi videaris luce splen-  
didius, quam luce Maiestatis coronatus: qua clá-  
uum regente imperij certius, quam armis regna  
in obsequio contines: Regum aliorum fortasse  
aliquis, armis, & exercitibus contendere tecum  
ali-

aliquanđiù non vereatur ; æquitatis, & iustitiæ lauream nemo est omnium , qui tibi non vltò concedat. Pro qua etiam administranda,mirum quantam adhibes in legendis Magistratibus solititudinem,quo profecto nomine plurimum me tibi debere fateor,ac præ me fero;qui sola admonitione Proregis,ac supremi Italiae Cons. approbatione,inter Regios sacri Neap.Senatus Consiliarios,me nil tale molietem referri iuss eris ; quo in munere tresdecim versatus annos quidquid à iure dicundo exprimere otij potui,potui autem quam minimum,ad Consilia perpolienda contuli,quibus in patrocinio causarum vsus ante fueram. Ac primum quidem volumen patria potestate emancipatum prodire in lucem gestit, sed ita gestit, si tuis auspicijs prodeat, vt & officio satisfaciat in eo,& sibi quam maximè consulat. Suscipe igitur Serenissime Rex, non tam munus, quam oblati patrocinium muneris, lucemque nominis,& magnitudinistuc cumulatius explica, vbi maiore est indigentia lucis: vt in hoc etiam te Regem esse memineris, si tūc te accipere aliquid à nobis putas,cum nobis humanius, & liberalius beneficia præstas.

# LECTORI



V M' vel natura ductus, vel certe solertia me ad causas forenses ab ineunte etate traduxerit, atque in illarum patrocinio diu versatus sim, tamen ijs laboribus honorifice aliquando liberatus, antiqua studia difficile repetiui, sed varius labor' redditum dulciorum effecit, longoq; temporis spatio accedimus fortasse meliores; verum enim efficiunt est si.

Multa dies, variusq; labor' mutabilis aui,  
Rettulit in melius.

At licet in lubrico vorsemur, ac nobis praecipiti via aliquando incedendum sit, opus tamen a spicatur in quo ut desint, egerat, saltem ad litterarum studia Nostrates excitabimus; Amicorum munera, sententiasq; describemus, nec ipsis comp. itoribus nostris lans sua defuerit. Nostra Consilia in maxima librorum multitudine, prouauerit quispiam non necessaria; erunt nihilominus hac in Urbe, hoc in foro, ubi scribimus opportuna, in cuius theatro exulta spe- etata sunt. Nova pluvia afferentur, & ex expectatione fersant- paria; saltem que dispersa sunt, colligentur, & qua infinitis, amplissimisq; voluminibus veluti mergebantur, emergent. Consilia bac scribere copimus priuati study gratia, dum priuatorum causas agebamus; multorum veluti e floribus suauissima quoque delibando, non eo tamen consilio, ut in lucem proferrentur, sed amicorum precibus, quibus morem non gerere, nefas erat, in Solem deduco, qua delitescere maluissem. Interea accipe, Lector candide, primum hoc Consiliorum volumen, quod & arriserit, at- terum breui tradam ad coronidem iam penè deductum. Vale.

FRAN-

Digitized by Google

# FRANCISCI DE PETRIS

H. R. S. G. Q. N. S. N. E. A. P.

De Gemino Marcello Belligero, Iurigero.



PRISCVS <sup>centano</sup> Marcellus Stemmate clarus

Praeclaro cedat, subiaceatq; nouo:

Transfigit telo ille, hic aqui lege medullas,

Ille hasta, hic calamo, fortis uterque ferit;

Is quondam ferro populosq., Ducesq; subegit;

In quos insidias, fasaq; bella tulit;

At nouus eloquio, sophia, ratione coegit.

Pugnantes animos, sanctius atq; domat.

Ergo vulnifica potior prudenteria dextra,


Cede Sopho miles, cedite tela toga.



EIVSDEM

E I V S D E M

De Geminio Marciano, Romano, Neapolitano Legislatoribus.



MARCIANO quantum gaudet gens clara Quiritum,  
Aliero & Vrbs tantum Parthenopaea suo.



MDCCLVII

MARCELLVS

Digitized by Google

MARCELLVS MARCIANVS REGIVS CONSILIARIVS.

Anagramma purum.

SOL NIMIS CLARVS, VIR SCIENS IVRA, ARCA LEGVM,



*LEGVM ARCA es, VIR IVRA SCIENS Marcelle perire,  
SOL NIMIS es CLARVS, lucida Iura facis.  
Marcellus, Marcianus, erant duo lumina Iuris;  
Tu unus virumque tenens nomen; virumque prais.*

Hieronymus Genuinus I. C.



Imprimatur.

Felix Tamburellus Vic. Gener.

Alexander Russus Cānonicus Deputatus.

Joseph Giannettasius Canonicus Deputatus.

**EXCELLENTISSIME PRINCEPS.**

**R**ecensui ex mandato tuo, duo Consiliorum, seu Responsorum volumina Marcelli Marciani, celeberrimi olim causarum Patroni, nunc Sacri Regij Consilij Senatoris integerrimi, ut plurimum supremorum Senatum decisionibus condecorata. In his nec apicem unum bonis moribus aduersantem, vel Regiae Iurisdictioni altercandum comprehendendi, quin ea pluribus nominibus commendabilia animaduerti, ut in quibus impenetrabiles legum recessus patefacti, selectiora argumenta magistraliter illustrata, earundem plura loca inuicem pugnantia ingeniose conciliata, & multæ quæstiones tam ad iuris communis, & feudalis, quam ad nostri municipalis intelligentiam satis subtiliter disputatae, resolutæ, & enucleatae cernantur; ut merito in hoc viro illa duo præsca eiusdem nominis, & iuris numina reuixisse videantur: quibus de causis, ut quam primum euulgentur, & in omnium manus summa cum legendum utilitate deueniant, puto dignissima: Vale Neap. Idibus Aprilis 1636.

*Excellencia tua*

*Humillimus seruus*

*Horatius Mazzapinta.*

Imprimatur.

Roujus Regens.

Ianuarius Regens.

Zufia Regens.





# ARGVMENTORVM INDEX.

## Ad singula Consilia huius Primi Libri.

Pro Io. Baptista Cataneo.

eadem re loquētis est commemorata  
sanctio, siue dispositio.

### Consilium I.

**P**lura ad explicationem, & ornatum legis ultime C. de edit̄. diu Hadriani toll. Hinc præ cæteris disceptatur, quibus, & quando eiusdem constitutionis beneficium competit, & quis dicatur legitimus contradic̄tor, & in specie tam affuenter, quam magistraliter quando fideicōmissarius uniuersalis excludat heredem scriptum à petita immissione. Multa etiam non inutilia tam circa filiorum naturalium legitimationem, quam Spuriorum dispensationem: cuius occasione legitimæ pariter, ac Trebellianicæ materia exactissimè discutitur, atque examinatur, & illud in primis quando pectorium vna cū possessorio possit cumulari, & de non nullis alijs, de quibus in summarij s.

Pro eodem.

### Consilium II.

**L**Ex 10. Tauri, quæ patri tribuit facultatem relinquēdi filio illegitimo quintam bonorum partem, multifariam, multisq; modis, cùm breuiter, tū dilucidè exponitur, & declaratur.

Pro eodem.

### Consil. III.

**I**Ndignitatis, & incapacitatis articulus quæ doct̄e, quæ affuenter est præ cæteris hic pertractatus, & resolutus. Cuius occasione Ianuenſis Statuti de

Pro eodem.

### Consil. IV.

**D**iffusè agitur hic de exceptione rei iudicata, quæ licet difficilis sit, facilis tamen redditur, & varijs modis per Dominum Authorem illustratur, & de alijs, vt ex summarij s.

Pro eodem.

### Consil. V.

**F**isci priuilegium, vt supersederi faciat controuersiam inter priuatos in iudicio deduc̄tam, quo usque de iuribus suis sit plenè discussum; quo pacto intelligendum, & de illius declinatoria ad Reg. Cam. quādo locum habeat. Cui proximè accedit tūm breuis, tūm utilis explicatio vulg. l. is, à quo ff. de rei vend. Post hæc quædam adnectuntur l. ff. C. de edit̄. diu. Hadria. l. Statius Florus S. Cornelio Felici ff. de iure fisc. & l. ff. ab hostibus S. ff. vir. ff. sol. matr. necnon incapacitatis, & indignitatis materiam concernentia cum non nullis alijs, quæ ex subseqq; summarij lucem accipiunt.

Pro eodem Io. Baptista Cataneo  
cum Maria Spinola.

### Consil. VI.

**D**Ocis receptæ confessio non afficit eodem modo substitutos, siue fideicommissarios, prout mariti credib tores.

# Index Argumentorum.

tores. Hac de re materia auth. res, qua C. comm. & leg. præsertim an obtineat in alimentis, quæ breuiter, quæ vtiliter perstringitur, & dilucidatur.

Pro Octauio, & Francisco Maria Pauesijs.

Conf. XI.

Pro eodem Io. Bapt. Cataneo.

Conf. VII.

**S**Ententia quādo incidentia, siue exceptiones incidenter obiectas, de ipsis expressè non loquens, exclusisse; & quando vni ex litigatoribus ius non adesse pronūciat, alterum potiorum, & victorem reddidisse intelligatur, ad interpretationem l. si inter me, & te ff. de excep. rei iud. & cap. cùm dilectus S. verū il. i. de ordin. cognit.

**T**ransmissioni legati, vel fideicommissi quando pateat, vel claudatur aditus. Fideicommissum quando intelligatur reciprocè factum pro superstitibus in omnibus bonis, & quādo in portione Parentis prædefuncti tantum, non alterius Patrui, vel filiorum, diligens prosector explanatio, & optimis considerationis illustrata.

Pro Principe, & Principissa Roecæ Romanæ.

Conf. XII.

**F**ideiubens apud emptorem, & obligans se de euictione an excludatur à retractus beneficio, quod aliás sibi competebat. In obiecta difficultate affirmatiua partes tuetur Dominus Author, quas nō contempnendis fulcit, & obuallat considerationibus egregia sanè consultatio, breuis, vtilis, & curiosa.

**Q**uod præsens donatio veluti metu reverentiali, machinationibus, & malis artibus captata, & extorta, sit omnibus prorsus viribus exhausta, & euacuata fusè disputatur, & per multa iuris loca, rationes, & authoritates est hæc veritas demonstrata.

Pro eisdem Principe, & Principissa Roccæ Romanæ.

Conf. XIII.

**D**e falsi quæstione incidéter suborta in eadem causa ciuili, aliquot egregijs declarationibus explicata.

Pro eisdem.

Conf. XIV.

**S**vme argumentum huius consilij à conf. 12. & ex infrascriptis Sūmarijs.

Pro eadem Ducissa Hadriæ.

Conf. X.

**N**on nulla ad prælegati, & contri- buti materiam pertinentia proponuntur, quæ adeò doctè, & subtili- tè examinantur, & resoluuntur, vt vnico contextu & theorica, & praxis simuliuncta, & copulata videatur.

Pro

# Index Argumentorum.

Pro Principe Casertæ cum hæredibus Marcelli Florilli.

*Consil. XV.*

**I**uramentum fidelitatis, & homagij ligij in præsenti controuersia præstitū intelligi re integra ob Principis dispēfationem, nec nō illius præstationem necessariam non fuisse, quatenus res integra non esset, egregijs stabilitur considerationibus.

Pro D. Lutio Palagano.

*Consil. XVI.*

**F**eudi natura primæua à principio erectionis assumpta an per assensum à Catholica Maiestate impetratum, ut in eo succedant filij masculi, fœminis etiam in anteriori gradu existentibus exclusis iuxta supplicantis testamentum, quod aliter non exhibetur, ita, & taliter immutata dicatur, vt sit effectum feudum ex pa&oelig;, & prouidentia absque qualitate hæreditaria, & num afficiat ultimi morientis creditores. In vtroque articulo satis controuerso D. Author strenuè confutatis motiuis Partis ex aduerso negatiuas substituit partes, quas solutis calamis habenis magno legum præsidio, ac par rationum cumulo muniuit, & obuallauit.

In eadem causa.

*Consil. XVII.*

**N**ON est opus argumento, cùm sit eadem materia cum præcedenti; coetera patent ex Summarijs.

Pro Principe Vetrane.

*Consil. XVIII.*

**P**ignus sub hasta distractum quando debitor oblato pretio possit à manu

licitatoris, vel alterius possessoris auocare præ cæteris magistrali, & insigni, quæ hic recensetur, distinctione hæc forensis resolutur controuersia non minùs utilis, & erudita, quam breuis, & curiosa.

Pro Eodem.

*Consil. XIX.*

**I**udicis decretum ad instantiam vnius creditoris interpositum super pignoris alienatione an, & quando cæteris prospicit, & num creditor petendo pretium ab emptore, ita confirmet venditionem aliás à debitore nulliter factam, vt sibi facultatem adimat eiusdem pignoris distrahendi, vna cum aliquot alijs traditionibus non minùs utilibus, quam doctis in illa tam versatili attentatorum materia.

Pro Castellano Castrí Noui.

*Consil. XX.*

**D**E Castrí munitione multùm priuilegiata multiplici ex causa.

, Super eadem materia.

*Consil. XXI.*

In eadem causa aliud motiuum,

Consultatio pro Administris pecuniarijs Ianuensibus.

*Consil. XXII.*

**D**E Exactoribus publicis, siue Administris pecuniarijs, eorum officio, & obligatione aliquot scitu digna cum non nullis alijs, de quibus in Summarijs.

# Index Argumentorum.

10 Creditoribus Marchionis  
Triuici.

*Consil. XXIII.*

**D**E valida priuilegij renunciatione infra suos terminos hic indicatos se continent, illius amissione per non usum, dupli extinctione, nec non de simplicis priuilegij, & feudi discrimine, nimis succincta; sed non inutilis, nec indiligens explicatio.

Pro Marchione Fuscaldi.

*Consil. XXIV.*

**I**Vdicis prorogatio quando sibi locum vindicet. Et num Domini Consiliarij Sac. Consil. sint Iudices ordinarij, vel delegati.

Pro Iulio de Sangro.

*Consil. XXV.*

**L**Egitimæ an, & quando censeatur renunciatum per testamenti approbationem. Regula constituitur negotia cum non nullis limitationibus, quas in praesenti facti figura amplexa est Rota Neapolit. cuius decisio singularis, & notabilis recēsetur in fine.

Pro D. Beatrice Vrsina.

*Consil. XXVI.*

**C**lausula constituti quando possesionem transferat. Conditionalis dispositio in quo conueniat, & in quo differat à modali.

Modalis quot, & quibus modis possit adimpleri, & nō nulla alia in foro quotidiana multorum testimonijs explicata.

Pro Eadem.

*Consil. XXVII.*

**L**Egitima non continetur sub prohibitione, vel renunciatione generalibus verbis facta.

Precarium iunctū cum clausula *ex nunc* est magni effectus.

..... Defuncto factum quatènus ad illius extendatur hæredem: vna cum alijs notabilibus, de quibus in Summarijs.

Pro Generali Thesaurario.

*Consil. XXVIII.*

**O**fficialis, qui pro exercitio officij admitti non poterat, nisi præstata cautione ducat. 20 mil. si fuit admissus per eum, de cuius interesse agitur, integrè, & adamassim non adimpta dicta fideiussione; sed in eius parte, an fideiussores, qui diuersis intercesserunt temporibus, possint conqueri, & dicere de nullitate dictæ fideiussionis, vel alio beneficio iuuari, & attentatiforma, circunstantijs particularibus, nec non generalibus renunciationibus præsentis fideiussionis concluditur negatiæ ex cōsiderationibus aliquot ineluctabilibus, & satis efficacibus.

Pro Iacobo Zattara.

*Consil. XXIX.*

**D**onatio vxori facta constante matrimonio à Consanguineis mariti vtri ex dictis Coniugib⁹ acquiratur. Distinctione pluriū casuum proposita controversia dilucidè explicatur. Post hæc quando donatio inter ipsos Cōiuges facta, quæ de iure prohibita est regulariter, morte confirmetur

# Index Argumentorum.

metur, non minùs utile, quām diligenter explanatum vñā cū consti-  
tuto, & precario fīctis modis acqui-  
rendæ possessionis ad eandem spe-  
ctantibus materiam.

## Pro Magnificis Antonio, & Octaui Corcionis.

*Conf. XXX.*

**A**N possit pater liberos ex hæreda-  
re ex alia causa, quæ non sit ex-  
pressa in *Nouella Iustiniani*.

Quia in ex hæredatione an comprehen-  
dantur bona antiqua Consuetudini  
Neapolitanæ subiecta.

Et an ex hæredari possit filius, qui post  
ingratitudinis causam reconciliatus  
est patri.

Qui si paternum agnouit legatum an-  
valeat illius querelare testamentum.

Cuius querela non præparata an possit  
ad extraneum hæredem transmitti.

Et alia huius generis eandem met mā-  
teriam concorrentia exactissimè dis-  
cutiuntur, atque explicantur.

## Pro Clericis Regularibus San- cti Pauli Maioris Ciui- tatis Neap.

*Conf. XXXI.*

**D**E legati caducitate.

Et quid concurrente fauorabili  
pietatis causa.

## Pro Natione Catalana.

*Conf. XXXII.*

**D**E lege, siue conditione apposita  
constructioni, vel vñioni Capellæ  
seruanda.

De remedio possessorio circa incorpo-  
ralia, & præfertim circa honores.

De duplice possessione, nuda scilicet, &  
titulata. Nec non de priuilegijs amis-  
sione.

## Pro Faustina de Ebalo.

*Conf. XXXIII.*

**P**Romissio facta viro contemplatio-  
ne matrimonij ab aliquo ex suis  
collateralibus prodest vxori, & filijs,  
nedum ipsi donatario. Censeturque  
facta animo donandi.

Ita vt dicti filij nascituri super ea mole-  
stari non possint ab eodem promisso-  
re, & si sint inuitati cum qualitate hæ-  
reditaria.

## Pro Duce Magdaloni in liqui- datione Releuij.

*Conf. XXXIV.*

**R**ELEUIJ liquidationem fieri inspecko  
reditu vniuersitatis feudi, non re-  
rum singularum, multifariam, multif-  
que conuincitur modis.

Cæterum subfeudum ab eodem Baro-  
ne emptum non manere sub eadem  
consuetudinis censura quodad releuij  
præstationem, aliquot demonstratur  
rationibus.

## Pro eodem Duce Magdaloni.

*Conf. XXXV.*

**L**ECEPTI vidualis tam breuis, quām di-  
lucida explicatio.

## Pro Principe Roccæ Romanæ.

*Conf. XXXVI.*

**A**Sserendum post debitoris decoctio-  
nem recte impetrari.

Indemnitatis stipulationem cum clau-  
sula *ante damnum passum* committi  
per solam condemnationem.

Cuius vim, & effectum representari per  
Creditorum graduationem non indi-  
ligenter, nec minùs docte hic demon-  
stratur.

Pro

Digitized by Google

# Index Argumentorum.

Pro Marchione Turris Fran-  
colisij.

*Consil. XXXVII.*

**A** Ssensem ipso iure resolui, si omnia in eo contenta infra præscriptum tempus non adimpleantur, præcipue existente clausula annullatiua, nec per Regis dispensationem obtentam post factam ab alienante reuocationem conualidari exemplo assecurationis vasallorum, & debitæ fidelitatis extra tempus factæ contra ordinem expressè datum, tam compendiosè, & luculenter, quam doctè, & ingeniosè demonstratur in præsenti disceptatione, quam decidendo approbauit Amplissimus Senatus Neapolit.

Pro Duce Magdaloni, in causa  
Releuij.

*Consil. XXXVIII.*

**R** Eleuium ex causa refutationis an-  
quando, & qualiter præstandum.

Pro D. Iulia Vrsina Marchionis-  
sa Fuscaldi.

*Consil. XXXIX.*

**P** Lura circa Baliatus materiam vnà  
cum aliquot suspicionum causis  
merito excludētibus quemlibet præ-  
tentorem à prælibato munere.

Pro Nicolao Iacobo Ciāfrotta.

*Consil. XL.*

**D** Ipositio vulg. *I. quoties C. de rei  
vend.* Nec non litigiosi vitium. Et  
amplius constituti virtus quando ces-  
sent.

Pro Anna Maria Castalda.

*Consil. XLI.*

**P** Romissum, vel legatum ex tali re  
quando demonstrandi, vel taxan-  
digratia factum censeatur.

Pro Principe Casertæ.

*Consil. XLII.*

**M** Iles de proximo accingendus  
quando habeatur pro accincto,  
ut potiri possit priuilegijs militaribus,  
& præcipue fori exemptione, ad intel-  
lectuum, & ornatum *text. in l. penult. ff.  
de milit. testament.*

Pro Marchione Burgentia.

*Consil. XLIII.*

**C** Ontumacem non amittere ius no-  
minandi ex aliquo priuilegio sibi  
competens tūm legum, & DD. au-  
thoritate, tūm rationum pondere sa-  
tis magistraliter, & succinctè hic de-  
monstratur.

Pro Vniuersitate Sternatiæ.

*Consil. XLIV.*

**V** Niuersitatem habere ius præla-  
tionis in locatione introituum  
feudalium cum bancho iuris, siue Iu-  
risdictionis per Baronem alteri facta  
cum Regio assensu tam doctè, quam  
diligenter explanatum.

Pro Principe Tarsia.

*Consil. XLV.*

**R** Estitutionem in integrum ex mi-  
norum priuilegio inductam in  
multis distingui ab ea, quæ ex clausu-  
la generali dicit originem.

Hinc primi beneficij restitutionem mi-  
norri competere ex sola lœsionis alle-  
gatione vnà cum aliquot alijs obser-  
uatione dignis, de quibus in summa-  
rio, nimis satis luculenter demonstra-  
tur.

Pro

# Index Argumentorum.

## Pro Principe Casertæ.

*Consil. XLVI.*

**D**E Acerarij munere, & officio. Vbi præ cæteris demonstratur, regulariter non habere facultatem alienandi, nec Dominum obligationis nexus adstringendi, nisi in casibus particularibus hic adnotatis.

## Pro eod. cum Barone Cassani.

*Consil. XLVII.*

**A**Nnum concessum emptori ad præstandum fidelitatis iuramentum, & recipiendum assecurationem à vasallis decurrentum post biennium ab expeditione assensu in forma Reg. Cancellariæ non incipere, nisi elapo prædicto biennio, etiam si infra illud, vel ab initio fuerit expeditus ex verbis eiusdem Pragmaticæ, itē ex forma assensus, nec non ex alijs cōsiderationibus quā ingeniosè, quā perspicuè elicitur, & demonstratur.

## Pro eodem in eadem causa.

*Consil. XLVIII.*

**N**ON est opus nouo argumēto, cūm sit idem articulus, & eadem materia cum præcedenti.

## Pro Ducissa S. Agathæ.

*Consil. XLIX.*

**F**Euialis contractus reuocatio nū cōpetat vtrique ex contrahentibus. Et in casu reuocationis an altrinsecus fiat restitutio rei cū fructibus, & pretij cum legitimis usuris. Post hæc, an pactio tollens huiusmodi reuocationem sit de iure valida cum nōnullis alijs eandem materiam cōcernentibus.

## Pro Georgio Centurione.

*Consil. L.*

**I**nteresse lucri cessantis an, & quando debeatur data dilatione ad soluēdum

fortem principalem, & an valida sit ab initio inter Partes ad certam sūmam illius facta taxatio.

## Pro Cæsare Massa.

*Consil. LI.*

**F**Ilij spurij institutio legitima censemenda erit, si instituatur, *casu quo à Principe legitimabitur*.

Hinc quædam ad legitimationis materiam, & filiationis probationem pertinente resoluuntur.

Post hæc adnectitur, heredem particula- riter institutum posse propria authoritate capere bona sibi legata, non autem adstrictum esse illa à manu hæredis vniuersalis accipere.

## Pro Antonio Sebastiano.

*Consil. LII.*

**D**E legati caducitate propter legati obitū ante cōditionis euentū.

## Pro Portia Calamatia.

*Consil. LIII.*

**C**Onsuetudo Neapolitana, qua cau- tum est, dotem, & quartam peti nō posse sine instrumento dotali, veluti exorbitans multis restringitur, & limi- tatur modis.

## Pro Mario Pagano.

*Consil. LIV.*

**D**E cedente, & cessionario, eorum actionibus, directis scilicet, & utilibus, ipsarumq; differentia. Et amplius quando cessionarius possit incusare obligationem, exercendo directas nomine cedentis, & si elegit viam ordinariam, an possit ad executi- um redire.

Et insuper quomodo dignoscatur, an sit expertus actionibus directis, vel utili- bus cum aliquot alijs dubitationibus hic optimè resolutis.

Pro

# Index Argumentorum.

Pro Duce Magdaloni , eiusquè  
Dominis Fideiussoribus.

*Conf. LV.*

**F** Ideiussionem de non discēdendo à  
tali loco esse compatibilem cum  
altera de accedendo ad eundemmet  
locum , est iuris minùs dubitati , sed  
quæstionis est, an vtraque committat-  
ur, si eius, pro quo facta est huiusmo-  
di promissio; accesserit contumacia in  
non accedēdo ad locum destinatum.

Pro D. Carolo de Auria Duce  
Tursij .

*Conf. LVI.*

**P** Lura obseruatione digna resoluun-  
tur circa vitam , & militiam , & præ-  
cipuè super illa nō deberi patri vsum-  
fructum , sed commoditatem dūm-  
taxat.

Hinc ex ordine subiicitur maximum di-  
cimen, quod inter vtrumque, vsum-  
fructum scilicet , & commoditatem  
existit.

Ad extremum pauca quædam subne-  
ctuntur l.z.C.de rei vend. remedium ,  
seù beneficium concernentia.

Pro Horatio de la Selua.

*Conf. LVII.*

**L** Ocatio fructuum non manet sub  
eadem prohibitione bonorum  
Ecclesiæ.

Locatio posterior, seù sublocatio facta à  
Conductore si excedat priorem in  
tempore, adhuc substinetur , & dūm-  
taxat temporis superfluitas rejicitur ,  
seù vitiatur.

Pro Principe Hostiliani.

*Conf. LVIII.*

**O** fficialis constitutus ad exercen-  
dam iurisdictionem aduersus cer-  
tas personas alicuius loci absque ter-

ritori distinctione an censeatur hanc  
habere facultatem priuatiè quoad  
alios, & an possit illam exercere cōtra  
eisdem, vbi cūque deliquerint. Con-  
trouersia profectò nobilis, & curiosa,  
& magistraliter pertractata.

Pro Monasterio S. Marcellini.

*Conf. LIX.*

**A** Liquot non ingrata, immò nō mi-  
nus curiosa, quam vtilia in mate-  
ria locationis , eiusvè sterilitatis quā  
magistraliter examinantur, quā dilu-  
cidē resoluuntur.

Et prē cæteris notabiliter declaratur illa  
canonizata propositio, quod sterilitas  
vnius anni debet compensari cum  
vbertate aliorum annorum.

Insignis prætereà adneētitur doctrina ,  
ex qua palā fit , quādo plures locatio-  
nes debent iudicari diuersæ , & quan-  
do vnica per modum prorogationis.

Et demū super sterilitatis articulo ad  
finem obtinendæ remissionis, septem  
relatis *Scribentium* opinionibus , &  
demque ingeniosè confutatis, septi-  
ma , quæ in effectu concordat cum  
sexta, retinetur, & commendatur.

Pro Ioanne Baptista Spinula,  
& Familia .

*Conf. LX.*

**M** Onasterium an, & quando exclu-  
dat substitutum , si grauatus sub  
conditione , si sine liberis decesserit ,  
illud ingrediatur , & posito , substitu-  
tum admitti , in quæstionem vocatur.

Quando mors ciuilis naturali æquipare-  
tur, ita vt substitutus statim admitta-  
tur, nō expectata morte naturali Mo-  
nachi professi , qui in sœculo fuit gra-  
uatus.

Ad extremum aliquot referitur conie-  
cturæ circa prohibitam Trebellia-  
nicæ detractionem.

Ex quibus non vna, sed triplex resultat  
controuersia hic egregia sanè expli-  
catione illustrata.

F I N I S.



# CONSILIA SIVE ALLEGATIONES MARCELLI MARCIANI I.C. NEAPOLITANI,

Olim Primarij causarum patroni ; nunc verò  
Sacri Neap. Consilij Regij Consiliarij.



## ARGUMENTVM.

Plura ad explicationem , & ornatum legis ultimæ C. de edict. diui Hadriani toll. Hinc præ cæteris disceptatur, quibus , & quando eiusdem constitutionis beneficium competit , & quis dicatur legitimus contradictor , & in specie tam affluenter , quam magistraliter quando fideicommisarius vniuersalis excludat heredem scriptum à petita immissione. Multa etiam non inutilia tam circa filiorum naturalium legitimationem , quam eorundem dispensationem : cuius occasione legitimæ pariter , ac Trebellianicæ materia exactissimè discutitur , atq; examinatur , & illud in primis quando petitorium vnâ cum possessorio possit cumulari , & de nonnullis alijs , de quibus in sum marijs .

## summariVM.

- 1 *Immissio decreta ex perpetua dispositiōne l. fin. C. de edict. diui Hadriani toll. non impeditur per exceptiones altioreū requirentes indaginem.*
- 2 . . . *competit etiam pro detractione solius legitima, vel Trebellianica.*
- 3 *Summarissimum possessoriū intenans an in libello enunciando iura petitorium concernentia , vel illa exhibēdo, sibi inferat præjudicium, & num. 7. ubi ponitur declaratio.*
- 4 *Legitimationis inualidæ exceptio non impedit immissionem secundum decisionem Veralli , quæ tamen declaratur num. 26.*
- 5 *Libelli conclusio principaliter est attendenda , ex qua consecutiè exoritur illatio.*
- 6 *Iudex non diminutè ; sed de omnibus deductis pronunciare debet , & num.*

A 12. etiam

12. etiam petitorum respiciētibus.  
nu.20.
- 8 Iuris articulus cùm disputatur, adhuc incontinenti dicitur fieri probatio.
- 9 Possessorio etiam recuperādē fruſtratur actor, quando conſtat de notorio ipſius non iūre in petitorio.
- 10 Testamenti dumtaxat exhibitio ſatis eſt pro explicatione eiusdem ſummariae immiſſionis ſecundum Bart. eiusq; Seſtatores; ſed declara, ut inf. num. 25.
- 11 Immiſſio non porrigitur, nec extenduntur ad bona ſita extra locum iudicij.
- 13 Protestatio, vel petitorij ſuſpensio ante conſtruacionem neceſſaria eſt, ne utraq; quaſtio ſuper poffefforio, & petitorio deducta unica ſententia terminetur, & num. 20.
- 14 Poffefforium quando dicatur petitorio ita coniunctum, & copulatum, ut poſſit ſuper utroq; una, & ſimul pronunciari.
- 15 Litibus finis quanto citius imponendus eſt.
- 16 Petitorium dicitur abſorbere poffefforium pluribus modis, de quibus hic.
- 17 Hæres excluditur ab immiſſione, quando repellitur à legitima, & Trebellianice emolumento ſeu detracțione, & cum ratione.
- 18 Poffefforium, & petitorium ſunt interdu minterfece compatibilia.
- 19 Dictiones, Quia, & Propter ea, denotant cauſam.
- 21 Immiſſio d. l. fin. ceſſat non data diſpoſitione teſtamentaria, & locum habet interdictum quorum bonorū. Interdictum commemoratum cui detur, & cur ſic appellatum.
- 22 Clauſula libelli ſalutares cuius ſint virtutis, & quoſ ſuppleant defectus, & quoſ non.
- 23 Filij naturalis appellatione habita à pare in ſuo teſtamento cuius ſit effetus.
- 24 Filius naturalis non impugnat teſtamentum paternum, nec ei debetur

- legitima ex bonis patris naturalis, & num. 90. & 106.
- 27 Filius etiam ſpurius eſt poſſeffionis capax.

## Pro Io. Baptista Cataneo.

## C O N S I L I V M I.

**B** Altassar Cataneus in ſuo vltimo teſtamento hæredes instituit Stephanum Cataneum filium naturalem in duabus ſextis partibus, Cæſarem Cataneum alterum filium pariter naturalem in ſexta parte; Dominicum Cataneum fratrem utrinq; coniunctum in alia ſexta parte; reliquas verò partes mandauit diſtribui per fideicommissarios, ſeū exequatores pro exoneracione ſuæ conſcientie: adiecit, vt quicquid ex hæreditate ad Stephanū, & Cæſarem perueniret, cum alienationis prohibitione permaneret, & in illo ſuccederent per viā Maioratus eorum filij primogeniti, ſexus, & etatis prærogatiua ſeruata; quolibet autem ex eis abſq; liberiſſiſiſtibus ex legitimo matrimonio deceſſente, in illius bonis ſuccederet Dominicus frater, vel eo predefuncto, eiusdem filij, & hæredes abſq; aliquo grauamine.

Deceſſit Stephanus in anno 1597. ab in teſtato, & ſine filijs, Cæſar verò in anno 1603. ſimiliter abſq; filijs mor tuus eſt, condito tamen teſtamento, in quo hæredem ſibi vniuersalem fecit Philippum Spinulam eius ſoērū: legauitq; D. Ines de Toledo matri annuos ducatos quingentos vita illius perdurante.

Defuncto Cæſare, Philippus Spinula ex teſtamento hæres petijt in S. C. vigore ediſti diui Hadriani immitti in poſſeffionem bonorum omnium, & iurium hæreditariorum Cæſaris, productoq; teſtamento nemine audito obtinuit decretum, quod im mitti-

# Consilium I.

3

mittatur in possessionem prædictorum bonorum.

Cùmq; ageretur de exequutione decreti prædicti, & fuisse oppositum per fideicommissarios, siue exequutores hæreditatis Baltassaris senioris, bona petita per Philippum pertinere ad Io. Baptistam, & Baltassarem iuniorum filios prædicti Dominici vigore substitutionis, necnon illa per eosdem substitutos possideri; denuò fuit prouisum, decretum S. C. esse exequutioni demandandum quodad bona propria Cæsaris tantum, quorum respectu substituti non habebant interest, quò verò ad bona Baltassaris senioris partes deducerent incumbētia suæ petita immissione.

Opposita igitur exceptione substitutionis agnoscens Philippus ex sola exhibitione testamenti Baltassaris nō posse obtinere immisionem petitam vigore edicti diui Hadriani ex persona Cæsaris, dum ex illius facie apparabat, Cæsarem tātummodò filium naturalem à testatore nuncupari, ad remouēdum obstaculum substitutionis, & incapacitatis prædictæ, aliam porrexit supplicationem in S.C. & instando in petita immissione virtute primæ supplicationis, nouum caput cumulādo petijt, in possessione prædictorum bonorum Baltassaris vbiq; locorum existentium immitti tām ex persona Cæsaris, quām Stephani, cuius hæreditatem Cæsarem adiuuisse asseruit, nō obstante fideicommisso, & substitutione prædicta, præsentando in promptu legitimationes illorum, quarum vigore competere illis legitimam, & Trebellianicam, & consequenter immisionem saltem ad finem retinendi contendit, petendo insuper, ex persona Cæsaris declarari hæredem dicti Stephani.

Ex hac noua petitione, & legitimationum productione, & ex alijs hinc indē deductis, super quibus etiam est compilatus processus, non solum articulus summariaz immisionis, sed to-

ta causa principalis petitorij venit decidenda, & principaliter an compérat Philippo ex personis Cæsaris, & Stephani legitima, & Trebellianica, vt inde dignosci possit, an locus sit immisioni petiti: quæ omnia vt clario- ra appareant, per articulos diuisa si- gillatim examinari conueniet.

## ARTICVLVS I.

Quodad ordinem iudicij an sit tractandum de summaria immissione, vel de omnibus deductis.

**I**N hoc primo igitur articulo, qui circa iudicij ordinem versatur, allegat Philippus, in expeditione causæ deciden- dum esse tantummodò articulum sum- mariæ immisionis deductè tām in pri- ma supplicatione, quām in conclusio- ne secundè, referuatis reliquis iuris, & facti articulis concernentibus petito- rium in alio iudicio ordinario; cùm- hodie tractādū nullo modo sit de alijs conclusionibus altiore requirenti- bus indaginem, quæ impedire non va- lent immisionem petitam vigore l. f. C. de edict. diui Hadria. iuxta vulgatam Bart. doctrinam in l. filiam fratribus ff. ad Trebell. Dec. in d.l. fin. nu. 48. cum alijs adductis per Peregri. de fideicom. art. 48. n. 55. & 56. cùm possit ipse Phi- lippus deinde demonstrare sibi com- petere detractionem legitimarum,

**2** & Trebellianicæ, quarum vigore con- ceditur immissio ex dictis per Bart. in d.l. fin. n. 9. cum seq. vbi Alber. Castr. & Alex. sequitur Zucard. ibidem nu. 426. & Roland. conf. 78. vol. 3.

**3** Nec etiam legitimationes exhibi- tæ, & illarum enunciatio in libellis obesse videntur, vt ideo necessariò iu- dicandum sit super petitorio, cùm illud factum fuerit ex abundantia, vt saltem ex nunc apparenter constaret de bono iure ipsius Philippi etiam in A 2 peti-

petitorio quoad detractiones ex traditis per Peregr. ars. 47. n. 72. cum seqq.  
 4 & proinde inualiditatem legitimatio-  
 nis oppositam non esse admittendam  
 contendit, vt decisum per Rot. Rom.  
 refert Verall. in decis. 345. attenditur  
 5 nanq; conclusio libelli, etiam si in eo  
 narretur aliquid pertinens ad causam  
 petitorij, quia non alterat, nec mutat  
 qualitatem iudicij possessorij propositi  
 in conclusione libelli, que potissimum  
 inspicienda est, vt tradit Ant. de Butrio  
 in cap. fin. in 5. not. de iudic. & in cap. ex  
 parte nu. 9. de for. compet. vbi Abb. n. 3.  
 Alex. conf. 117. nu. 2. vol. 2. Ideo q; sol-  
 lummodo agendū esse prætendit Philip-  
 lippus de possessorio immissionis iu-  
 dicio, suspenso petitorio attentis pe-  
 titionibus supradictis.

Nihilominus hæc prætensio Philip-  
 pi levius est, & nulla ratione subsistens  
 ex multis.

Primò, quoniam ex facto superiùs  
 enarrato clare constat, Philippum,  
 acquiesce decreto per Commissariū  
 interposito, quo fuerat impartitus ter-  
 minus quoad bona Baltassaris, dum  
 illud intimari curauit substitutis, qui  
 nimò cùm iterum illi opposuisset, bo-  
 na prædicta ad ipsos pertinere vigore  
 præfati fideicommissi, ac per ipsoīmet  
 possideri, nullumq; ius Philippo com-  
 petere; secundam is porrexit supple-  
 cationem sub die 1. Decembris 1603.  
 petendo iterum immissionem ex perso-  
 nis Cæsaris, & Stephani super omni-  
 bus bonis vbiq; locorum existētibus,  
 non obstante allegato fideicommisso,  
 præsentando in promptu legitimatio-  
 nes; quarum vigore legitimæ, & Tre-  
 bellianicæ retentionem sibi cōpetere  
 asserebat, reproducendo etiam proces-  
 sum iam dudum in M. C. respectu bo-  
 norum Stephani compilatum, & super  
 his omnibus per vtrāq; partem deduc-  
 tis, & replicatis fuit etiam per S. C.  
 cōcessus terminus, ac processus com-  
 pilatus absque aliqua limitatione, vel  
 6 reseruatione petitorij. Cùm igitur ex  
 vtrāq; parte omnia deducta sint, super

omnibus etiam erit pronunciandum,  
 l. de qua re ff. de iudic. Innoc. in cap.  
 cùm dilecta ante num. 4. vers. si tamen  
 de rescript. Bertrand. in conf. 81. nu. 5. in  
 fin. vol. 1. & si per vtramq; partem pro-  
 ducta sunt omnia pro fundamento in-  
 tensionis circa iustitiam totius causæ  
 principalis, instantū quod ante senten-  
 tiā plenè poterat de proprietate li-  
 quere; vtraq; etiam questio, possessio-  
 nis scilicet, & proprietatis debuit si-  
 mul vnica sententia terminari, cap. cùm  
 dilectus de causa possess. & propriet. Ol-  
 drad. optimè in conf. 274. post num. 4.  
 maximè cùm omnia constabant in  
 promptu, Crauett. conf. 69. in fin. vers.  
 2. Ruin. conf. 27. num. 7. volu. 5. & alij  
 relati per Menoch. de adipisc. poss. re-  
 med. 4. nu. 751. & incontinenti etiam  
 8 probari dicitur, cùm iuris articulus di-  
 sputatur, Socin. in rubr. de reb. dub. & in  
 propria materia concludit Alciat. re-  
 spons. 350. num. 3. alijs conf. 27. num. 2.  
 lib. 9. secundum aliam impressionem.  
 Præterea si pars tam zudacter alle-  
 gat optimum ius fouere in retentione  
 legitimarum, & trebellianicæ, deberet  
 potius instare pro decisione omnium  
 deductorum, quam illorum discussio-  
 nem in alio iudicio inutiliter referua-  
 re; ideò cùm ab vtraq; parte deducta  
 sint omnia concernentia decisionem  
 causæ principalis, omniaq; sint etiam  
 examinata, & digesta, adeò vt ex illis  
 iam plenissimè constet de notorio nō  
 9 iure Philippi in petitorio, omnia etiam  
 erunt decidenda, & deneganda im-  
 missio in possessorio, cùm videamus  
 tali casu impediri etiam restitutionem  
 in possessorio recuperandæ magis pri-  
 uilegiato, cap. ad decimas de restit. spol.  
 in 6. Innoc. in cap. Constitutus de fil.  
 presbyt. Cassador. in titul. de restit. spol.  
 decis. 1. nu. 6. maximè, vt diximus, cùm  
 alia probatio non requiratur secundū  
 Bald. in eisdem terminis in l. si de pro-  
 prietate num. 21. C. si à non competenti  
 Iudic. è magis igitur procedet in in-  
 terdicto adipiscendæ, ad not. in l. 1. S.  
 causa ff. de carbon. edit. Lut. de Penn.  
 latè

# Consilium I.

3

latè in l. si coloni colum. 6. C. de agric.  
& censit. lib. 11.

Tertiò, iudicium summarium immissionis (si de eo tātummodò actum fuisset) poterat expediri ad solā ostensionem testamenti, secundum Bar. in d.l. f. num. 14. vbi *Alexand.* num. 15. Ias. num. 17. Bero. conf. 58. num. 9. volu. 2. Soc. Iun. conf. 75. nu. 1 lib. 2. Achil. Person. in tract. de adipsc. possess. nu. 58. & absq; litis cōtestatione, vt per Bal. in ead. l. fin. nu. 44. in fi. Menoc. de adipsc. rem. 4. q. 65. per tot. sicut ab initio Philippus obtinuerat; comparentibus autē fideicōmissarijs fuit datus terminus in causa, & deinde post illorum oppositiones deduxit Philippus omnia supradicta respicientia petitorum, & causam principalem, & super omnibus fuit processus compilatus, producendo iam mandato substitutorum quōd ad omnia deducta, quōd si de immisione summaria dumtaxat tractari debuisse, sufficiens erat primum manu-  
11: datum respectu bonorum in Regno existentium, cūm pro alijs rebus extra locum iudicij immissio non procedebat, ad text. in l. 1. C. vbi de heredit. aga. Sed quia ex parte substitutorum fuit oppositum de fideicommisso, nullumq; ius cōpetere super bonis Baltasaris, Philippus propterea instetit pro immisione nō obstante fideicommisso, intendens retinere legitimam, & trebellianicā, præsentando legitimations, iccirco fuit decisum pro exhibitione mandati generalis iuxta deducta in petitionibus, & exceptionibus supradictis: Et cūm Ioa. Baptista institisset pro expeditione absq; termino, Philippus petijt, terminū super  
12 omnibus impartiri, sicut concessus apparet, & successiū omnia deducta erunt legitimè per sententiam decidenda, vt docet Dominus de Frāch. decis. 199. in fi. Tantò magis quia Philippus non deduxit prædicta cum protestatione, prout cautè fieri solet, Cum. in Ritu Sicil. cap. 40. sub nu. 222. & antē ipsum Jacobin. in l. si de vi ff. de

iudic. Nec cum facultate suspendendi, & minus apparet suspensio petitōrij, quē fieri debebat ante conclusiōrem, idem de Frāch. d. dec. 199. iuxta elem. 1. de caus. poss. & propriet. per Capyc. decis. 53. sub num. 6. Et stantibus deductis per scripturas, & probatio-nes ab vtraq; parte, & processu com-pilato, ex quibus liquet de iuribus in petitorio proposito ab eodem actore non contradicente, imò consentien-te, debet sinē dubio super omnibus sententia proferri, & amplius suspen-sio non proficeret, Bellam. decis. 98. Affict. in Constit. violentias, D. Car-din. Seraphin. decis. 458. Pute. decis. 291 lib. 3. & latissimè omnia cūmulans cō-probat Hond. videndus in notab. consi-  
24. n. 35. 39. 41. 44. 61. 62. & 67. cum seq. volu. 1. Insuper cūm passus fuerit  
14 omnia deduci etiam concernentia petitorum, potest ferri sententia etiā super exceptione proposita, & probata, licet ab actore non fuerit petita; ex dictis per Innoc. in cap. ex conque-stione sub num. 3. de restit. spoliat. vbi Anch. sub num. 1. Butr. sub num. 15. Imol. qui de communī testatur sub nu-  
10. Bar. in l. si quis ad se fundum C. ad leg. Iul. de vi publ. DD. in l. naturaliter S. nihil commune, vbi Berengar. nu. 58. in 1. limit. & Rubeus nu. 141. & Bal. in l. cūm Papinianus sub num. 5. C. de sent. Luc. de Penn. in d. l. si coloni col. 6. ver-  
bec autem vera C. de agricol. & censit. lib. 11. quantò magis igitur cūm ab eodem actore deducta fuerint cōcer-nentia petitorum, potest causa pro-  
15 prietas terminari: aliud enim iudicium non est expectādum, ne lites ex litibus inculcentur, ad text. in cap. Pa-storalis de caus. poss. & propriet. ex quo tex. deducitur, quōd petitorum ab-sorbet possessorium, quando ex parte  
16 proponentis proponitur etiam peti-torium, vel ipse idem consentit de ex-ceptione proprietatis discuti, vel in causa proprietatis ab alia parte pro-positæ iudicari, & decidit Minad. de-cis. 37. num. 3.

A 3 Quar-

Quartò, est in iure verissimum.  
 17 non competere hæredi immisionem vigore lfin. C.de edict. diu. Hadr. toll. vbi non est locus detractioni legitimæ, nec trebellianicæ, nè sit immisio frustratoria, & euitetur circuitus inutilis. Zuchard. in d.l.f. nu. 162. in fin. Ancharan. conf. 146. num. 3. Alex. confil. 163. nu. 7. lib. 2. Corn. confil. 132. calu. pen. vers. cùm dato lib. 4. Alciat. conf. 157. num. 4. & d. conf. 350. num. 3. Crau. conf. 69. in fin. vers. 2. si iste, Ruin. confil. 17. nu. 7. & confil. 140. num. 4. & 7. lib. 5. Osasc. decisio. Pedem. 33. num. 9. Ioseph. Ludou. decis. Perusi. 42. nu. 17. & 18. p. 1. D. de Franch. dec. 204. nu. 29. & 30. Rolan. confil. 78. num. 21. lib. 3. & Menoc. de adipisc. poss. remed. 4. num. 751. & in confil. 722. num. 9. lib. 8. Modò quia poterat Philippus excludi à Ioanne Baptista allegante nō esse locum detractioni, voluit ipse in supplicatione deducere sibi competere ius detractionis, & retentionis legitimæ, & Trebellianicæ, vt proinde obtine-re potuisset in immisione, & sic ex 18 vtraq; parte deductum est petitoriū, quod benè procedit in casu nostro, cū petitorium prædictum, & possessoriū immisionis sibi non aduersantur; sed benè cōpatiuntur, imò vnum ab altero depēdet, & resultat, ad tex. in l. cùm fundum S. fi. ff. de vi, & vi armata, vbi glos. habetur in d. c. pastoralis, Alex. conf. 117. nu. 9. vol. 2. & Menoch. in d. remed. 4. num. 538. vers. quartus ca-sus, & sic potest meritò cognosci, an competit legitima, vel Trebellianica, ex quo depēdet, an locus esse possit petitæ immisioni.

Quintò, licet secunda supplicatio cōcludat pro immisione, non ex hoc attenditur sola conclusio, & alia deducta concernentia petitorium non sunt discutienda; quoniam vltra op-posita per Ioann. Baptistam, & con-firmata in facto, & in iure, & admissa, parte non contradicente, Philippus allegavit, fideicommissum non ob-stare, & insuper quia competit ius

retinendi legitimam, & Trebellianicam præsentando legitimationes, pe-tijt propterea super petita immisione prouideri: deduxit n. omnia per modum causæ, proponendo iura præ-dicta, ex quibus resultabat, locum esse petitæ immisioni, patet ex illa dictio-ne, quia, dum inquit, quia competit ius ret. nendi, quæ dictio denotat causam, secundū Bart. in l. demonstratio, §. quid autem in 3. col. vers. item quid si testator ff. de cond. & demonst. Sicut & illa dictio propterea, l. 2. ff. de usur. habetur in c. 1. de restit. spol. in 6. Rolan. conf. 15. nu. 5. lib. 3. Allegabat enim propterea immittendum esse in possessionem, quia competebat ius retinendi legitimam, & trebellianicam, præsentando legitimationes; Ideoq; cùm omnia, 20 deducta sint, & de eis plenè cognitū, rectissimè Iudices pronunciare de-bent etiam super his, quæ petitorium respiciunt, ad text. in cap. cùm ecclesia Sutrina vers. verum quoniam, vbi not. Abb. num. 17. & Ripa num. 19. & 20. de caus. poss. & propr. Imò quia Phi-lippus deduxit prædicta in eius libello absque protestatione, & absque clausula non se adstringens, omnia deducta per modum substantiæ, siue per modum causæ, siue per modum qua-litatis, principaliter, vel incidenter, etiam si directò non facerent ad cau-sam, debebant ab eo probari, sic Ang. Aret. ad literā dicit in §. omnium nu. 16 vers. item est necessarium Insti. de act. Ias. ibid. num. 161. & refert, & sequitur Peregrin. in cons. 92. num. 7. vol. 5. Ig-i-tur, vt obtainere potuisset in cōclusio-ne libelli pro immisione, debebat cō-probare iura retentionis deducta per modum causæ, quemadmodum ad exclusionem Io. Baptista fundauit, ius aliquod detractionis, seu retentio-nis non competere, ob quod meritò decidēdum erit ex causis prædictis, nō esse locum immisioni.

Sextò, dum Philippus ex persona Cæsaris petijt immisionem vigore d. l. fin. etiam respectu portionis Ste-phani

# Consilium I.

7

phani defuncti ab intestato, reproduxit quoque processum agitatum in Magna Curia, vbi petierat se declarari heredem Stephani, & per Sacrum Consilium fuit prouisum, quod utrquam causa expediatur simul, & semel, ex quo facto aduertitur: Primo, quod respectu praetensae portionis Stephani non procedit iudicium summarium  
 21 immisionis vigore d. l. final. non existente testamento Stephani, ut Ias. declarat in ead. l. fin. num. 23. & 28. & alij indistincte, de quo Menoch. d. remed. 4. quest. 9. à num. 64. Sed proponi debuisse Interdictum Quorum bonorum, l. 2. C. quor. bon. Dec. conf. 424. num. 10. Soc. Iun. conf. 75. num. 5. lib. 1. quod interdictum datur heredi contra aduersarium, qui pro herede, vel pro possessore possidet, d. l. 2. & s. quod adipiscendae Inst. de interd. & propterea dicitur interdictum, quasi inter duos dictum, Aret. in S. sequens diuiso num. 3. cod. sit. de interd. de quo latè Achill. Person. in tract. interdict. quor. bon. num. 463. cum multis seqq. Et sic non procederetur, prout in summario iudicio immisionis vigore d. l. fin. sed cum aduersario, & contradicte, qui omnia allegare valueret; nec est verum, portionem Stephani delatam Cæsari, fuisse ab eodem Cæsare possessam; immò totum contrarium, illius scilicet possessionem fuisse translatam in substitutos, ut infra dicetur: In supplicatione autem vere solum remedium l. fin. propositum est expressè, allegando iura, ex quibus Philippus immisionem prætendebat: Interdictum vero quorum bonorum non potest censi introductum ex clausulis ponderatis, quæ  
 22 respiciunt narrata in libello, & illum saluat, ut iudicari possit super omnibus, vel super unam re, dependente tamen ab expressis ex narratis, licet inepte, teste Capyc. decis. 10. num. 21. Sed non operatur, ut unum iudicium contineat aliud penitus diuersum, & separatum, & ab expresso non de-

pendens, nec specificatum, ut optimè fundat Ioseph Ludovic. in decis. Perusin. 117. par. 2. n. 22. & in individuo Afflict. in decis. 60. pertot. & in fin. vbi allegat, reum propterea fuisse absolutum ab observatione Iudicij; & ideo si interdictum esset intentatum, Ioa. Baptista obijcere potuisset omnia incumbentia absq; restrictione, sed quia deductum non est, remanet videndum, an competit legitima Stephano, vel trebellianica in bonis Baltassaris, quod expressè deductum est in supplicatione, ac etiam alias articulus præambuli quoad bona Stephani, de quo in eadem supplicatione, & hic articulus præambuli non concernit immisionem, sed petitorum, licet non repugnans, ut declarat Menoch. in eadem remed. 4. num. prædicto 538. Et in prædictis similiter Ioa. Baptista meritò opponere valuit omnia iura competentia tam ratione bonorum quondam Baltassaris senioris, quam illorum, quæ propria apparerent eiusdem Stephani.  
 23 Postremò, ut omnis dubitatio tollatur, aduertatur, quod dum Cæsar in testamento filius naturalis à patre nominatus fuit heres eius, ex hoc tantummodo excludebatur, quoniam exhibito solum prædicto testamento patris, ex illo apparebat, in aliquo contravenire non posse paternæ dispositioni iuxta glof. in l. 1. in verb. naturales, & ibi Bart. ff. de bon. poss. contra tab. Bald. in l. fin. per illum text. C. de natur. liber. quam glof. singularem dixit Bart. Alber. & Castren. in l. si qua illustris, vbi etiam Salic. C. ad Orficia. Couar. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 3. num. 15. & seq. Nec legitimam consequi ex bonis patris naturalis, l. humanitatis C. de natu. liber. Bald. in d. l. fin. num. 2. & in conf. 479. in fin. vol. 4. Handed. conf. 53. num. 19. vol. 2. Quinimò cum fuisse de spurietate oppositum, Philippus allegans in secunda supplicatione competere ius retinendi legitimam, & trebellianicam, voluit se specificè

cificè fundare in legitimationibus; præsentando illas in promptu; quarum vigore existimat sibi competere legitimam, & trebellianicam, de illarū viribus sine dubio dignoscendum est.

25 Modò quia non ex solo testamento petit immisionem, sed ad fundandā eius intentionem pro retentione legitimae, & trebellianicae in eadem supplicatione deduxit legitimationes, (vt afferit) omni solemnitate vallatas, vt valeat propterea obtinere in immisione, sine dubio de illarum validitate cognoscēdum est, nec procedit iudicium summariae immisionis vigore edicti diui Hadriani, & sumus extra casum illius legis, quæ tribuit priuilegium executiū, & summariae cognitionis soli testamento sine alterius adminiculo, non autem rescripto legitimationis, ideo cū præcipue de validitate, vel effectu legitimationū agendum sit, respectu quarum Philippus deduxit probationes, informationes, & scripturas, testamentū hoc casū non operatur simplicem immisionē, nec suppleri potest, vt habeat priuilegium executiū, ex instrumento legitimationū: quia legitimationes veniunt extra testamentū, quibus non datur beneficium summariae executionis, & aduersus illas admittuntur omnes exceptiones, quæ non admitterentur contra testamētū, propterea iudicandum erit de viribus illarum, & de omnibus oppositis, & proinde non pōt esse locus summario remedio d.l. fin. ita concludit intrepide Menoch. conf. 180. à num. 34. & propriè nu. 36: vers. secundò confirmatur, & post nu. 44. 46. & 49. vbi respondet obiectis vol. 2. & allegat etiam Grat. in conf. ultimo nu. 36. lib. 1. Paris. conf. 11. nu. 10. lib. 2. & ante idem Menoch. dixerat in d. remed. 4. q. 89. num. 759.

Decisio autem Verall. afferentis, invaliditatem legitimationis non esse, 26 admittendam in iudicio immisionis, non obest ex multis. Primò, quia ipse loquitur, vbi exceptio altiorem in-

ginem requirit; at vbi incontinentia de iure contradictoris demonstratur, fatetur ipse, defectum legitimationis impedire immisionem, quod fortius obtinet, in casu nostro, stante termino impartito, & processu cōpilato super omnibus, etiam petente Philippo, in quo alia decisione non est expectanda. Secundò Verall. loquitur in filio naturali legitimato, qui à patre institutus immisionem petebat, cīq; opponebatur de inualiditate legitimationis in testamento enunciatae, quæ altiorē expostulabat indaginem, & fuit pro filio decisum, cū sufficeret apparenſ 27 titulus, & filius etiā spurius capax est possessionis, vt per eum, & Paris. etiā docuit in conf. 96. nu. 4. lib. 4. At in casu nostro non est filius, qui iudicium immisionis instituit, imò Cesar filius secundum voluntatem patris fuit admissus, & institutiō habuit effectum suū, sed est hæres eius extraneus, qui detractionem prætendit contra voluntatem Baltassaris, vt suo loco dicetur. Ultimò multū interest, an filio petenti immisionem vigore testamēti, ex aduerso opponatur de inualiditate legitimationis, & hoc casū procedere potest decisio Verall. cū illa exceptio requirat altiorem discussiōnem, & aliud iudicium ordinarium. Aliud autem est, quando idem hæres filij instituti, & admissi, dum petit immisionē, in specie in libello deducit legitimationes, quarū vigore prætendit detractiones legitimę, & trebellianicę, sine quibus certus erat non posse, vel saltim dubitabat posse obtinere contra testamentum Baltassaris, & hoc casu, quia in eodem libello hæres deduxit legitimationes, & proposuit iura competitia pro retentione, vt victor forte existeret in immisione prætensa: tunc enim contra omnem controversiam vidēdum est, an legitimationes ab ipso hærede producēt prosint pro detractione, seu retentione prætensa, ultra alia proposita per Philippum ratione prætentia

# Consilium I.

9

tenſæ incapacitatis Io. Bapt. ex odio potius, vel indignatione, de cuius articuli veritate particulariter ſuo loco diſſeremus. Sicq; ex his reſolutum remanet, non eſſe traſandum dumtaxat de ſummaria immissione vigore d.l. fin. fed de effectu, & viribus legiſtimationum, & omnium deductorum per Philippum quoad detractionem, & retētionem p̄tēſarum legitimariū, & trebellianicæ, ut vniā decisione excludatur à detractione, & immissione petita.

## ARTICVLVS II.

Quoad nullitatem testamenti Cæſaris, quodq; Io. Baptista ſit legitimus contradictor.

S V M M A R I V M.

28 Testamentum filij ſubiaces nullitatis vitio ob matris præteritionem, idque ampliatur, ut nu. seqq.

29 Legitima filio, & matri vicifim, & altrinsecus debita.

... etiam matri naturali, dummodo non ſit illuſtris persona.

& quaenam proles non ſit ſucepta ex damnato coitu.

30 Consuetudo Neapolitana obtinet etiam in filio naturali respectu matris.

Filius naturalis legitimationis beneficio validius iuuatur respectu matris. Traditiones Capr. & Fulgos. ſi penſculatē examinentur, & ut debet, diſtinguansur, & declarentur, non deviant à veritate.

31 Filius verè naturalis quis dicatur.

Apud Hispanos ex veteri Consuetudine eſt preſcripta impunitas delicti carnalis, ſeu ſtupri babiti cum vi- duæ.

32 Legitima eſt matri relinquenda bonorabili titulo institutionis, etiam de iure Hispano, alijs tabule reſtameti

uti viribus exbaute nulle extabunt.

33 Obieſto Matienz. attētantis in Hispania poſſe relinqui legitimam abfq; titulo institutionis tripliciter occurritur.

Apud Hispanos ex particulaſi lege conſiſtit teſtamentum abſque baredis inſtitutione.

Sed ex bac poſteriori ſanctione non recte infertur ad priorem attētationem, ut falſo autem auctiuitate Matienz. ſunt enim bac duo inter ſe diuerſa, & non eadem.

Legum correctio, quātum fieri poſteſt, eſt vitanda.

Ex diuerſis non recte infertur.

Solemnitas alicuius actus illa exigitur, que viget in loco actus geſti, & non alibi.

34 Inſtitutio, velexbare datio deſcen- dium, vel ascendentium cum cauſa expreſſa dicitur eſſe de solemnitate teſtamenti.

35 Relinquo verbum quando impoteſt inſtitutionem, & quādo non, ex diſtin- ctione hic adducta illuſcet reſolu- tio.

36 Clausula codicillaris vis, atque na- turæ.

37 Agens ex teſtamento, & ſic iure direſto, & ſuccumbens, non poſteſt repete- re iudicium ex fideicommiſſo vigore clauſula codicillaris.

38 Reus poſteſt uti pluribus exceptionibus etiam contrarījs.

39 Clauſula ſalutaris omni meliori mo- do, qua in teſtamento adiecta eiusde eſt virtutis cum codicillari, refert, an ſit appoſita in principio, vel in fine ip- ſius, vel cum ipſo relictio coniuncta.

... quando ſuppleat inſtitutionem.

40 Vitium præteritionis matris velue vi- ſibile, quando conſtat ex lectura eiusdem teſtamenti, exturbat immissionē.

41 Etiam matre non opponente, & cum ratione

42 Nullitatis ab alio allegata beneficium compeſit etiam tertio propter ſuum intereſſe.

43 Pra

- 43 Praeambuli decretum quando non operatur, & num. seq.
- 44 Et de immittendo quando eiusdem sit impotentia.
- 45 Iudicatum dictum non potest quod non fuit oppositum, neque discussum.  
Hinc probiberi non potest, ut à quolibet interesse prætendente principaliter deducatur, & super eo plene, & legitime cognoscatur.
- 46 Immisso enunciata sicut existente legitimo contradictore.
- 47 Legitimus contradictor quo pacto quis constituatur.
- 48 Possidens non suo; sed alieno nomine, non dicitur verus possessio; nam is possidet, cuius nomine possidetur.
- 49 Interdictum retinenda quibus detur.
- 50 Procurator potest declarare animum constituentis.
- 51 Constituens non transfert possessionem per constitutum, nisi possideat. Ceterum declara, & limita, ut hic. Colonus vacarem possessionem transfere per constitutum.
- 52 Constitutum est pariter illius potentiae, ut transferat etiam ipsam detentio- nem, que est meri facti quod ad iuris effectus, ita ut pariat omnes illos effectus, ac si realiter suisset tradita.
- 53 Executor testamentarius sicut in alium potest possessionem transferre, sic etiā ex licentia sibi à Testatore tacite præstata capere valet possessionem propria auctoritate.
- 54 Argumentum à legatario executori constituto recte ducitur ad fideicommissarium executorem, seu substitutum uniuersalem secundum Dec.
- 55 Fideicommissario constituto executori dicitur licentia tacite tributa capendi possessionem propria auctoritate. Cui hoc euentu competit remedium d.l.fin.maxime si non sit locus detractioni legitima, vel trebellianica.
- 56 Clausula citra præiudicium iurium testij, & legitimi contradictoris quando operetur, & quando non. Possessio conditionaliter transdata non videtur quæsita.
- Constitutum simplex operatur, si possessionis traditio nun est collata in euentum conditionis.
- Conditionis, & modi discriminem.
- 57 Lis mota dici non potest ante citationem. Litis contestata tempus attenditur, quod incipit à termini præfixione.
- 58 Coniunctus potest comparere absque mandato, sed tunc non uti procurator, sed uti coniunctus admittitur.
- 59 Possessio non perditur per sequestrum à Iudice factum. Praterquam quod si processerit de voluntate partium. Intelligendo tamen cum sublimitatione, & modificatione, de quibus hic. Sequestrum factum causa custodia non priuat aliquem sua possessione.
- 60 Transmissioni locus non est hereditate non adita.
- 61 Possessio ex sola hereditatis aditione non transfertur.
- 62 Nemo est deturbandus, seu priuandus sua possessione absque cause cognitione.
- 63 Possessio animo, & corpore acquiritur.
- 28 Secundus autem articulus pro exclusione Philippi Spinula ab immisione petita resultat ex nullitate testamenti Cesaris Catanei, qui In es de Toletu matri superstiti reliquit annuos ducatos quingentos vita durante. Vnde præterita dicitur, cum neque instituta, neque expressè fuerit exhæredata, vel saltem præterita cum cause expressione, S. eadem Institut. de hered. que ab intest. defer. l. fin. C. de bonor. poss. contr. tabul. l. ita tamen S. qui rogatus ubi DD. ff. ad treb. Maximè de iure nouissimo Authenticorū S. aliud quoque capitulum in auth. ut cum de appell. cogn. Ias. & cæteri in auth. nouissima nu. 23. C. de inoff. testam. Gugiel. de Benedict. in cap. Raynulius in verb. in eodem testamento il primo num. 15. de testament. etiam si aliquid fuerit relictum, non tamen titulo institutionis, Ias. in l. posthumo num. 5. C. de bon. poss.

poss. contr. tabul. ibiquè *Castr. & Dec. nu. 11. Aluar. Valasc. in praxi partio. cap. 17. num. 28. de Ponte latè cons. 42. num. 6. Vasq. de success. creativ. lib. 2. S. 10. num. 186. Rojas in epitom. success. cap. 8. num. 4. & Didac. Spino in spe- 29 cul. testamen. glo. 20. num. 98.* Et licet loquuntur in filio, idem procedit in ascéndentibus, & præsertim matri filius tenetur relinquere legitimam, glos. in l. Pantonius §. 1. ff. si à parent. quis fuer. manumiss. & in §. si verò expressim in Auth. de hered. & falci. & in §. sancimus in Auth. ut cum de appell. cognos. not. per DD. in d. auth. nouissima, vbi Salic. & Ias. num. 37. Graff. in §. legitima quest. 5. Peregr. de fideicomiß. art. 36. num. 44. Et de legitima matri debita D. de Franch. decis. 63. de Ponte cons. 66. & 68. Fab. de Anna cons. 130. num. 12. lib. 2. Idque locū habet etiam iure Hispano, vt ex tex. in l. 8. tit. 13. par. 6. vbi Lop. glos. 7. & de legitima matris est tex. in l. 12. vers. e si el mozo tit. 5. par. 6. vbi Lopez glos. 10. quæ legitima debetur etiam matri naturali, quæ si non est Illustris persona succedit filio naturali §. fin. Inst. ad Tertyll. in §. vulgo Inst. de success. agnat. & habet querelam contra testamentum filij naturalis l. si suspecta ff. de inoffic. testam. latè Lopez part. 6. tit. 13. l. 11. glos. 3. de Franch. decis. 640. num. 2. cum seq. nisi esset natus ex damnato coitu, vt in alia dec. 645. Sicut è contra mater naturalis tenetur relinquere filio legitimā, cùm naturalis pariter succedat matri l. si qua Illustris vbi glos. C. ad Orficia. Socin. cons. 148. lib. 1. Alexan. cons. 46. lib. 1. Dec. cons. 231. abundè Rojas in epitom. success. cap. 26. num. 64. cùm reciproca sit, & æqualis succel- sio inter parentes etiam naturales, Bart. in l. fin. num. 5. ff. de his, quib. vt indign. & in §. fin. in Auth. quib. mod. natu. effic. sui, Dec. cons. 311. in prin. Paleot. de notb. & spur. quest. 39. Rojas d. tract. cap. 31. in prin. Azeued. lib. 5. tit. 8. cap. 1. à num. 26. Et in Ci-

30 uitate Neapolitana etiam in filio na- turali habet locum consuetudo re- spectu matris, vt decisum refert D. de Franch. decis. 640. quæ tantò fortius procedunt in filio legitimato, & ope- ratur respectu matris secundum verio- rem sententiam, quam ex pluribus citatis comprobat Tellus in l. 6. Tauri nu. 13. reprobato Capr. in cons. 1. quæ Pars ex aduerlo allegat cum Fulgos. cons. 82. Quia loquuntur in nato ex coitu dñato, & punibili de iure ciuili, qui secundum eos, & si legitimetur, non tamē poterit ei inater ob sui cul- 31 pam succedere. At nos sumus in Cesare filio nato ex soluto, & soluta, inter quos matrimonium cōtrahi po- terat. Vnde merè naturalis erat ex l. 11. Tauri, & not. in l. 9. Nec erat coitus punibilis cùm vidua, cù illius amplexus inueterata Hispanici Re- gni consuetudine non puniatur, vt testantur omnes in l. 8. Tauri, & Aze- ued. in l. 7. tit. 8. lib. 5. nou. recopila. num. 38.

32 Quæ legitima matri debita relin- qui debebat titulo honorabili institu- tionis, aliàs testamentum est nullum, vt est communis opinio ex tex. in d. S. aliud, iūcto §. iustum autem, in Auth. vt cum de appell. cogn. Iacob. de Bel- uis. & Bart. in §. siue igitur cod. tit. Bald. in l. omnimodo §. 1. C. de inaff. testament. Doct. in d. auth. nouissima, vbi Salic. Fulgos. Castr. Floria. & Ias. testantur de communi, Canon. in cap. Raynutius de testament. Vasq. de suc- cess. creat. lib. 2. §. 20. sub num. 282. vers. sed teneo, Xuarez in l. quoniam in prioribus ampliat. 16. num. 2. Molin. de primog. lib. 2. c. 11. nu. 16. Thesaur. decis. 68. quod procedit etiam iure Hispano, quo legitima titulo institu- tionis est relinquenda parentibus, & præcipiè matri, Valasc. optimè in prax. partit. cap. 17. num. 30. Castill. in l. 24. Tauri glos. 1. Burgos de Paç in l. 3. Tauri num. 888. Rojas in epitom. succ. cap. 8. num. 31. Segura in l. cùm patronus nu. 40. cum seq. ff. de leg. 2. Molin.

*Molin.videndus de primog.lib.2.c.15. num.16.cum seqq.& probatur in text. expressè in l.5.tit.8.par.6. vbi loquēs text.de portione legitima relinquēda inquit: Ma si aquella parte le dexasse, en el testamento no como à heredero, ma como en rason demanda, entoncē podria quebrantar tal testamiento:& sic aper- tē sentit, etiam iure Hispano legitimā iure institutionis esse relinquendam, cui constitutioni omnino standum erit, cūm non reperiatur correcta per alias ll.posteriores, vt ex multis docuit Molin.loc.cit.comprobās, requiri titulum institutionis pluribus ratio- nibus, vt per ipsum.*

Nec obstat assumptum Partis al-  
33 legantis, inualiditatem testamenti ex matris præteritione in Hispania non operari, quoties ei aliquid relinquitur, etiam si id non fuerit relicuum ti- tulo institutionis, sicuti testatur *Matienz.lib.1.nou.recopila.tit.4.l.1.glo.10.nu.66.* vbi ita se vidisse seruari, ait, in Pinciana Cācellaria, & iterū tit.8.l.7.glo.7.num.4.ea ratione; quia dum in illo Regno Castellæ statutum est, valere testamentum absq; hæredis institutione, videtur sequi, quod proinde non requiratur titulus institutionis in reliquo legitimæ, quo- niam tollitur facilimè ex pluribus. Primiò, Quia dum attento iure com- muni, & Hispanico cautū est, vt legitima titulo institutionis relinquatur, constitutio illa Hispaniæ correcta nō est, cūm correctio nō appareat, sicut requireretur, & ideo seruāda est, vulg. l.sancimus, C.de testam. Secundò, licet posset dici aliquo tempore con- trouersa; tamen cūm sit expressè de- cisum etiam p̄f ll.Partitarum, nō vi- detur legitimè controuerti posse ex illa ratione adducta in contrarium, quæ non nititur concludenti argumen- to; siquidem aliud est dicere, te- stamentum absq; hæredis institutio- ne valere, & aliud, legitimā sine titulo institutionis relinquī posse; sed p̄sup- posita validitate testamenti, sufficere

legitimam relinquī titulo legati, illa-  
lege decisum non est, vt probat Mo- lin.respondendo omnibus obiectis in d.l.2.c.15. num.17.18. & latissimè Valasc.in d.c.17.nu.30. Tertiò re- spondetur, quod testamentum cōdi- tum fuit Neapoli, non in Hispania. Vndē solemnitates Neapolitanæ cō- suetae obseruandæ sunt, ut per DD.in l.1. & ibi Bald.in 3. quæst. princ. C. de summ.Trinit. & fid.cathol. probant iura in l. si non speciali C. de testam. & l.2.C. quemadmod.testam.aper. idē Bald.in l.fin. C. de fideic. Affl. decis. 226.num.6.Tellus latè in l.3. Tauri 34 in princ. Quod verò sit mater, seu ascendentis, vel descendentes insti- tuendi, vel cum causa expressè exhe- redandi, hoc pertinet ad solemnitatē testamenti, prout solemnitatem ap- pellat in specie Zuchardus in l.post- humo sub num.92. & clariùs num.94. & 96. de bon. poss. contra tab. Ultra quod in casu nostro non erunt atten- dendæ ll. Hispaniæ, sicut in alio arti- culo inferiùs ex abundanti clarè de- monstrabitur.

35 Nec obstat, quod in testamento adsit verbum *relinquo*, quod videtur importare institutionem, quando est appositi in persona, quæ de necessi- tate debebat institui, vel exheredari, quia illud primò procedit, quādo ver- bum *relinquo*, adiectū esset vniuersi- tati bonorū p̄ tex.in l.Diuus, vbi Bar. ff. de milit.testam.idem Bart.in l.Cen- turio col.fin. ff. de vulg. & pupill.glo. in §. si verò nulla in vers. relictis in- Auth. de hæred. & falcid. & in l. his verbis vers. dominus esto ff. de hæred. instit. Alex. conf. 70.vol. 2. & latè Greg. Lop. part. 6. tit. 3. l.6. glof. 9. Bal. in l. quoties num. 3. C. de hæred. instit. Secus si adjiciatur certe rei, vel quātitati, vt p̄ Bar.in l.cogi ff.ad Treb. quod iure nouissimo est indubitatū, quia non sufficit legatum etiam in fi- lio, qui debet de necessitate institui secundum tex.expressum in d.S. aliud quoq; capitulū, vt latè declarat Cour. viden-



vidēndus in d. cap. Raynutius in §. 2. nūm. 5. Item quando adest aliis hæres vniuersalis, vt in casu nostro, nunquam verbum *relinquo* importat institutionem, vt per gl. 1. in l. bis verbis, 48. ff. de bæred. inst. quam Bar. & cœzeri sequuntur, Alex. in l. nam quod §. non omnis sub num. 7. vers. vide ff. ad trebell. plenè Gugliel. de Benedict. in d. verb. in eod. test. il primo num. 6. in fin. & num. 19. cum seqq. & clariūs nu. 57. & in ver. reliquit num. 2. cum seqq.

Et quamvis in testamento Cæsar. 36. ris adsit clausula codicillaris, cuius virtute substanetur testamentum in vim codicilli, vt per Clar. in §. testam. q. 50. num. 1. & 3. de Pont. cons. 42. nu. 11. lib. 1. & Ann. conf. 103. n. 4. Aduer- tatur, clausulam illam non operari, vt hæres iure directo capiat hæredita- tem, sed iure obliquo, & in vim fidei- commissi censemur rogati venientes ab intestato restituere hæredi scripto, vt per Clar. in d. §. testamentum q. 46. in princ. DD. in l. 1. ff. de iur. codicill. Gras. in §. codicillus q. 21. & in §. testam. q. 50. num. 1. de Pont. d. cons. 42. num. 13 Ann. pater alleg. 19. Consiliar. de Ann. d. cons. 103. num. 5. Thesaur. de- 37 cis. 141. num. 6. Et hoc nihil prodest Philippo, quia ipse egit, & petijt im- missionem tanquam hæres ex testa- mento, non autem tanquam fideicō- missarius ex codicillis, vnde nō potest eam prætendere vigore fideicomis- si, quia eligendo viam testamenti re- manet præclusa via agendi vigore fideicomissi ex clausula codicillari, tex. est in l. fin. C. de codicill. Roman. cons. 125. mater, per totum, sequitur Boer. decis. 33. à nu. 13. & omnes DD. passim in d. l. fin. maximè si ex eadem scripturna testamenti non diuersa pri- mo loco egerit quomodocunq. etiam vigore edicti diui Hadriani, vt ex ver- bis eiusdem l. fin. C. de codicill. posuit gl. in ver. præclusisse, & in verbo ex mo- re, Consil. Ann. latè eod. cons. 103. nu. 20. 38 quæ lex tantummodo limitaretur in- teo, qui posset opponere plures ex-

ceptiones etiam cōtrariaſ. *Aſſ. decis.* 134. de quo latius in consil. nostro in- fra inserendo.

Nec clausula *omni modo meliori* in 39 testamento prædicto generaliter ap- posita erit alicuius considerationis in casu nostro, quasi quod ex ea legatu factum possit importare institutionē, & proindè valeat testamentum ex di- citis per Bald. in l. quoties num. 3. C. de bæred. inst. Turrett. de clausul. codicil. q. 123. quonia in verior est sententia, clausulam prædictam non operari va- liditatem direcēt, sed in vim clausulæ codicillaris, ita vt dicatur relictum ab intestato, ita exprelē Bal. in l. cū pater in §. filius matrem in fin. per illum tex. ff. de leg. 2. vbi relatis verbis clausulæ præ dictæ, inquit, ista verba operantur idē, quod expressa repetitio ab intestato, Gu- gliel. de Bened. vidēndus in d. cap. Ray- nutius in d. verb. in eod. testamēto il. 1. à nu. 59. cum seqq. qui respōdet ad ra- tionem Bald. & aliorum ipsum simpli- citer sequētiū, aliquo nō addito, se- quitur Additio ad Alex. conf. 112. lib. 3. & conf. 86. nu. 7. lib. 5. Sfor. Odd. conf. 89. nu. 25. Gras. in §. testamētum q. 11. post nu. 10. vers. unde sit, Gallin. de verb. sign. lib. 9. c. 36. nu. 25. & idem Turrett. in eod. tract. q. 7. nu. 7. vbi post alios con- cludit, hanc clausulam habere vim clausulæ codicillaris, & ad instar illius non supplere defectum institutionis, nec facere valere testamentū iure te- stamenti, sed solūm iure fideicōmissi, sicut de clausula codicillari supra di- ximus. Respondetur secūdō, quod & si vera esset contraria opinio, suppleri scilicet titulum institutionis per hanc clausulam *omni modo meliori*, proce- deret, quando esset apposita in ipso relicto, vt si dixisset Cæsar: *Relinquo matri mea omni meliori modo annuos ducatos quingentos*, tunc posset im- portare institutionem; secus verò quando apponitur in principio testa- menti, prout in casu nostro, vel in- fine, ita distinguunt, & probant Clau- dius de Sejello in l. nam quod §. non

*omnis ff.ad Trebell. Anna in specie alleg. 19. sub num. 17. vbi sic ait iudicatum in causa Marci Antonij Columnæ, Alexand. conf. 10. lib. 7. Rimini. Iun. conf. 78. num. 27. & seq. lib. 1. Curt. Iun. conf. 169. num. 7. vbi ex Alex. loco prædicto ait, quod debet esse separata à clausula codicilliari, sequitur Bero. conf. 118. num. 29. lib. 2. & Marta in tract. clausul. c. 18. sub num. 5. vbi etiam ita decisum ait in Rota in una Reatina hæreditatis tertio Maij 1600. coram Iusto.*

Stante igitur matris præteritione, 40 cùm nō appareat ex lectura eiusdem testamenti instituta, resultat nullitas, quæ tanquam vitium visibile impedit immisionem absq. controuerchia iuxta communem DD. sententiam, de qua habetur *in d. l. fin. C. de edit. diu. Hadr. vbi gl. in vers. vitiatum, & in l. 2. eod. tit. in vers. vicio, Bar. in ead. l. fi. nu. 2 Paul. de Castr. Curt. Iun. num. 3. in fin. Decius num. 36. & 43. & conf. 467. nu. 12. in fin. Sapia in d. l. fin. num. 71. Zuchard. num. 9. Menoch. in d. remed. 4. num. 729. Bero. d. conf. 118. num. 36. lib. 2. Achilles Personal. omnia referens in d. tract. de adipisc. poss. num. 119. & 121. de Pon. conf. 20. n. 9. lib. 1. quæ nullitas 41 etiam si opposita non fuerit à matre præterita, adhuc tamen militat aduersus testamentum, cùm sit defectus substantialis, & peccet in forma à lege introducta, secundum Bart. *in l. filio præterito num. 21. ff. de iniust. rupt. test. DD. in l. posthumo C. de bon. poss. contr. tabul. vbi glos. Alex. num. 17. Ias. num. 10. Riminald. num. 5. Curt. num. 46.* qui de communi testatur, per Zuch. nu. 44. & sub num. 91. vers. ista conclusio, & in d. l. fi. sub num. 322. vers. 2. declara, vbi refert adnot. per ipsum *in d. l. posthumo, Crauett. conf. 242. num. 4. Vasq. de success. creat. S. 30. num. 109. Ann. alleg. 19. nu. 5. Ann. Iun. d. conf. 103. in princ. & nu. 3. cum seq. D. de Pon. in d. conf. 42. nu. 3. lib. 1. qui DD. respondent ad glo. 42 in l. 2. ff. si ager vectig. Insuper quia comparuit Ioannes Raynutiū cef-**

sionarius Ines de Toledo matris Cæsarī, & allegauit nullitatem testamēti Cæsarī, remanet resoluta quælibet difficultas; & ex dicta nullitate allegata competit lo. Baptista, licet tertio beneficium pro suo interesse iuxta tex. *in l. post mortem ff. de bon. poss. contra tab. Crauet. conf. 242. nu. 4. Pract. Papiens. de forma libelli, quo petitur hereditas ex testam. in verb. ac etiā rea- liter num. 19.*

Nec dici potest, nullitatem prædi-  
43 Etiam fuisse sublatam ex eo, quod idē Philippus vigore decreti præambuli fuerit declaratus hæres quond. Cesa-  
44 ris, item quod vigore testamēti prædicti obtinuerit decretum de immit-  
tendo in possessionem bonorum Cæ-  
faris, quod fecit transitum in rem iu-  
dicatam, & fuit ordinatum, execu-  
tioni demādari quoad bona Cæsarī; si  
quidem præambulum confessum fuit  
aliquo non auditō, vel opponente, &  
sic operari non poterit, dum aliqua  
pars citata nō fuit ex traditis *per Bart.*  
*in l. creditores in 5. quest. princip. vers.*  
*mibi autem videtur C. de pignor.* Sicut  
decretum de immittendo non potest  
producere effectum prædictum, cùm  
fuerit interpositum nemine intima-  
to, nec auditō, & quamvis post compari-  
tionem fideicommissariorum fue-  
rit datus terminus quoad bona Bal-  
tassaris senioris, & respectu bonorum  
Cæsarī, quod prædictum decretum  
executioni demandaretur, id non  
obest: quoniam fideicommissarij se  
oppoſuerunt respectu bonorum Bal-  
tassaris, in quibus substituti habe-  
bant interesse vigore fideicommissi,  
omissa discussione bonorum Cæsa-  
ris, quæ hanc dispositionem non re-  
quirebant, ultra quod fideicommissa-  
rij præiudicare non potuissent ipsi  
Ioanni Baptista substituto, cum quo  
deinde exhibito eius mandato par-  
ticulari fuit datus terminus simpli-  
citer super omnibus, ut in facto no-  
45 tatum est. Amplius sit, vt cùm respe-  
ctu præambuli, & decreti de immit-  
tendo

# Consilium I.

15

zendo non fuit aliquid oppositū, nec discussum circa nullitatē prædictam, nec lis fuit cōtestata, & minus cognitum plenē, nec semiplenē, non posset exinde prætēdi exceptio rei iudicatæ, nec impediti quò minus deducatur principaliter, sicut deduxit dictus Rynutius cessionarius, vel opponatur à quolibet interesse prætendente, vt legitimè, & plenē cognoscendū sit de veritate articuli prædicti iuxta cōem sententiā DD. de qua in l. à Diuo Pio S. super rebus, vbi Alex. & in l. sape ff. de re iud. Bald. in l. s. Iudex ff. qui sunt sui, vel aliciur. & in l. nam & postea ff. de iure iur. circ. prim. Soci. cōf. 255. col. 1. vol. 2. Corne. cōf. 126. in ff. vol. 4. Feli. in cap. cūm Bersoldus col. 10. de re iud. Alberic. in d. l. s. Iudex circ. fin. Castren. & alij in l. qui Rome S. duo fratres ff. de ver. obl. & habetur in l. quod in diē S. I. ff. de cōpens. & D. de Fräcb. latè cōprobat in dec. 289. in princ. &c. n. 4. Prinde nullitas p̄diciæ ex eod. testamento apparens tot iuribus, & authoritatibus cōfirmata, sola sufficiens est ad excluendū Philippū ab immissione petita.

Deneganda est insuper petita immisso Philippo Spinulæ, quia remedium l. fin. C. de edict. diu. Hadr. cessat, vbi adest legitimus contradicitor, vt apertè habetur in ead. l. & ibi Bar. & DD. Quòd aut̄ Io. Baptista sit legitimus contradicitor patet. Primò, quia cū quis in iudicio vocatur, vel admittitur ad contradicendum, ex hoc solo efficitur legitimus cōtradicitor, vt per DD. in d. l. s. vbi Bar. n. 21. vers. quandoq; Mantua in 1. lett. n. 154. Zuch. n. 405. Menoc. de adipis. poss. remed. 4. n. 555. Argel. de legis. cōtradict. q. 3. ar. 1. n. 19. & seq. At Io. Baptista nō solùm est fideicōmissarius, & executor subrogatus ex decreto Curia Januensis; sed etiam substitutus vigore testamēti quon. Baltassaris senioris, & cūm vti fideicommissarius comparuisset in iudicio ad contradicendum Philippo, fuit admissus, imò idē Philippus instituit, vt proprio nomine, non vti fidei-

commissarius constitueret procuratorem generalem, & fieret in hoc Regno iudicium respectu omnium bonorum vbiq; sitorum, vnde cūm Philippus Spinula illum admiserit ad litigādum, & institerit pro exhibitione mādati, habuit eū vti fideicōmissariū, & legitimū cōtradictorē, nec amplius illū poterit excludere, vt p DD. quos citant, & sequuntur Neui. cons. 17. n. 8. Surd. dec. 104. n. 10. post Bal. in l. 2. S. quod obseruare C. de iuram salum. & in l. se proponas; vbi alij DD. C. de inoff. test.

Secūdò, Baltassar Cataneus senior reliquit executorem Dñicū fratrem cum amplissima facultate alios nominandi, qui postea alios sex nominauit, etiam accedēte decreto Magistratus Reip. Ianuensis, inter eos postea Io. Baptista fuit subrogatus, vt in facto, per quos bona hæreditaria possessa, seu detenta fuerunt vlsq; ad diem 19.

48 Septēbris 1603. mortuo iam Cēsare Cataneo. Prædicta igitur possessio Fideicōmissariorum intercessit nomine vocatorum à testatore, ad quos bona pertinebat, qui fuerunt ipse Io. Baptista, & Baltassar iunior fratres, non n. fideicōmissarij possidēt pro suo, vt ait Ioa. Fab. in S. retinenda n. 2. Instis. de interd. igitur possident pro alio, & sic pro persona vocata à testatore, cuius nomine possidetur, l. quod meo ff. de acq. poss. & ita respondit in cons. 17. n. 25. lib. 1. Dñs meus D. Io. Bapt. Valéz. Velazq. Jurisconsultorū consultissimus, ac illius priſcæ, & séper venerādæ iurisprudentiæ verus Alūnus, q postquā dignissimè perfūctus est pluribus Supremorum Magistratuū gradibus ad supremū locum per tēpora sublimatus, in præsentiarum, retento titulo, & honoribus Regalis Consilij Regnorū Castellæ, & Legionis, summa cū sapiētia, & non minori prudentia munus Præsidis Reg. Cancell. Regni Granatensis agit, ac moderatur, & proinde 49 Exequatores habēt interdictum retinendæ nomine hæredū, quibus distribuēda est hæreditas, vt per Menoc. de

B 2 retin.

*retin. poss. rem. 3. n. 66. Seſſe dec. 54. n. 14.*  
Quod interdictū datur tñ possidenti  
glo. in l. 1. S. *quoties ff. de itinere, actuq;*  
*priuato, Menoch. cod. remed. 3. num. 49.*

50 Hic autem animus fideicommissario-  
rum possidentiū nomine substitutorū  
fuit declaratus ex cōstitutione procu-  
ratoris, & ex cōparitionibus Io. Mat-  
thæi de Rogerio, q̄ poterat declarare  
animū cōstituētium, vt per Bar. in l.  
inter Stipulantem S. si Stichum sub n. 9.  
ff. de verb. obl. Ang. in l. si quis intētionis  
sub uu. 4. ff. de iudic. Ruin. conf. 145. nu.  
38. lib. 5. Rolan. conf. 19. num. 3. lib. 3.

Fundatur vltierius hēc possessio ex  
alio: quia fideicommissarij constitue-  
runt se precario nomine possidere  
pro Ioa. Baptista, & Baltassare iunio-  
re fratribus, relaxando eis possessio-  
nem etiam prævia licentia Prætoris,  
& post mortem Baltassaris in benefi-  
cium ipsius Ioan. Baptistæ, per quod  
constitutum possessio vacans, adhuc  
ab alio non occupata trāferri potuit.

51 Quamuis enim cōſtituens, niſi ipſe  
poſſideat, non transferat poſſessionē;  
limitatur tñ vbi poſſessio eſt vacans;  
tunc enim per constitutum detento-  
ris, qui alieno nomine ſe poſſidere  
conſtituit, poſſessio trāferetur, vt in  
Colono, qui vacantem poſſessionem  
trāferat per constitutum, vt voluit  
Bart. in l. quod meo num. 9. ff. de acquir.  
poſſ. cui neminem contradicentem ſe  
reperiſſe fatetur Alexand. sub nu. 25.  
addēs ob eius authoritatēm fore ſua  
verba notanda, ſequuntur Claudioſ  
Aqueſ. in d. l. quod meo col. vlt. & Ti-  
raquell. de iur. conſtit. limit. 14. num. 5.  
& propriè in ver. verū, vbi repon-  
dendo contrarijs declarat, dictum  
Bart. procedere, ſi conſtituentes inſi-  
ſtebant rei, & tunc per constitutum  
trāferetur poſſessio vacās, prout eſt  
casus noſter; quia executores detine-  
bant introitus tām existentes in Re-  
gno, quām extra, quemadmodum per  
colonum trāferetur poſſessio in hē-  
redem, ſi ab eo tenere poſſelſus fue-  
rit, Angel. in l. qui uniuersas S. qui per

colonum ff. de acq. poſſ. Surd. decis. 117.  
n. 8. li. 1. Imò ſola detētio, quē eſt meri  
52 facti, vigore cōſtituti trāferetur, quō-  
ad iuriſ effectū, ita ut illos omnes ope-  
retur, ac ſi realiter fuifet tradita, vt  
optimē exponit Ant. Gom. in l. 45. Tāu-  
ri nu. 4. citās Caſtr. & Aret. in l. quam-  
uis S. ſi conductor nu. 5. ff. de acq. poſſeff.

53 Inſuper exequutores nedum poſſun-  
t in aliū transferre poſſessionem, vt docet Matienz. lib. 5. recollect.  
tit. 4. l. 14. gl. 1. num. 29. ex mente Bart.  
in l. alio ff. de alim. & cibar. legat. de  
Franch. decis. 204. poſt num. 16. & 17.  
ſed ex licentia tacitē data à teſtatore  
poſſunt poſſessionem capere propria  
authoritate, prout Io. Baptista ſubſtitu-  
tus, & executor impunē potuit ca-  
pere poſſessionem, vt optimē Decius  
conf. 243. col. 2. sub num. 3. & conf. 424.  
num. 10. Parif. conf. 54. num. 31. lib. 3.  
Rolan. conf. 78. num. 18. lib. 3. de Fran-  
chis loc. citato, & Gomeſ. var. refol. lib. 1.  
cap. 12. num. 10. ſicuti etiam appre-  
hendit ſibi legatum propria authori-  
tate ex communi Doctorum opinione  
in l. non dubium C. de legat. Lopez par. 6.  
titul. 10. l. 2. gloſ. 1. Perez tom. 2. lib. 5.  
num. 2. Peregrin. de fideicommiss. artic.  
47. num. 43. & 46. & licitum eſt ar-  
guere ab exequutore legatario ad  
exequutorem fideicommissarium,  
ſeu ſubſtitutum vniuersalem, vt per  
Dec. dicto conf. 243. & tacita licentia  
55 capiendi poſſessionem propria au-  
thoritate dicitur conceſſa, quando  
idem fideicommissarius, & ſubſtitu-  
tus eſt etiam conſtitutus exequutor,  
vt in caſu noſtro, & vltra ſupradictos  
poſſuit Ludouic. decis. Perufin. 47. sub  
num. 19. Menoch. conf. 242. num. 6.  
& Hondeſ. conf. 28. num. 24. lib. 2. &  
ob id eidem fideicommissario ſic poſſe-  
ſionem capienti competit reme-  
diu m. l. fin. vt ibi per Bart. num. 9.  
ver. aut eſt facta reſtitutio, Alexand.  
nu. 7. Iaf. num. 9. Dec. qui tuetur hanc  
eſſe cōmunem ante nu. 25. Menoch. d.  
remed. 4. nu. 178. inquiēs, neminem ab  
hac opinione diſſētire, & dicetur ſine  
dubio

dubio legitimus contradicitor: quia vti executori cōcessa videtur facultas possidendi propria auctoritate, vt in specie *Rolan.d.conf.78.nu.18.lib.3.* & *Lud.decis.Peru.46.num.19.* maximē si nō est locus detractioni legitimæ, vel trebellianicæ, vt per *D.de Franch.dict. dec.204.* post nu. 27. cum seq.

Nec obstabit, quod in decreto lato 56 per Prætorem Ianuensem, quo fuit cōcessa licentia relaxandi, & transferendi possessionem, apposita fuerit clausula *citra præiudicium iurium tertij,* & *legitimi contradicitoris*, per quam non videtur quæsita possessio Io. Baptistæ, cūm conditionaliter translata videatur ex *l. qui absenti S. 1. ff. de acq. poss. de quo Put. dec. 32. nu. 1. lib. 2.* Quoniam non sufficit decretum prædictum, sed requirebatur, quod in ipso actu constituti, quo fuit translata possessio, fuisse apposita clausula conditionalis, ex quo simplex constitutum operatur, si ipsa possessionis traditio nō est collata in euentum conditionis, vt post *Aret. in d. l. qui absenti S. 1. Paris.* & alios, quos citat, concludit *Cesar de Grass. dec. 44. nu. 4.* Idem & secundò responderetur, quod illa clausula *citra præiudicium*, conseruat possessionem ei, qui habet, licet hæres habuerit decretum immissionis, vt explicat *Bal. in d. l. fin. sub nu. 41. Peregr. de fideic. art. 48. num. 36. vers.* & *indubitanter*, non autem tribuit possessionem non habenti, & ideo Philippus non potuit conseruari in possessione, quam non habuit. Tertio, dicta clausula non facit traditionē possessionis conditionalem, sed modalem, ideo cūm ipsius effectus nō sit translatus in euentum conditionis, translatio non impeditur ex his, quæ optimè docuit *Io. Faber in S. retinenda sub nu. 5. Instit. de interd. ex quibus constat, legitimè in Io. Baptista Cataneum etiam ex persona Baltassaris fratris fuisse translatam possessionem, quam fideicommissarij ipsius nomine detinere constituerunt.*

Nec obstabit prætensio Philippi

allegantis, possessionem fuisse translata per exequutores in fraudem litis motæ, & illa pendente: quoniam mortuo Cæsare Neap. die 26. Iulij 1603. exequutores Ianuæ sub die 7. Augusti 1613. constituerunt procuratorem. Antoniottum Cataneum ad impedendum sequestrum, quod fortè fuisset petitum super bonis quondam Baltassaris senioris, quæ spectabant ad filios Dominici; & cūm dubitarent de partu supposito Marie Spinulæ, illum constituerunt procuratorem, insimul etiam ad inspiciendum ventrem. Philippus verò die 9. Septembris petiit immitti in possessionem bonorum hæreditariorum Cæsaris; sed non citauit substitutos, vel fideicommissarios, nec dictum Antoniottum procuratorem. Et die 19. Septembris dicti fideicommissarij constituerunt se p̄ fidere, & deinde comparuerunt aduersus decretum obtentum à Philippo, nemine auditio, op ponendo de fideicommissio in beneficium substitutorum, per quos bona 57 possidebantur, ex quo facto resulat, litem motam dici non posse, cūm antea nemo fuisset citatus, ad *text. in clement. 2. ut lit. pend. vbi DD- per Dominum Cardinalem Seraphi num decis. 316. num. 4.* lis verò primo loco videtur contestata die 30. Octobris, quo fuit datus terminus, & hoc tempus litis contestatæ attenderetur, *l. amplius non petiff. rem ratam haberi*, & adhuc ante terminum prædictum possessio fuerat relaxata, & cūm fuisset disceptatum de mandato substitutorum; fuit demum datum terminus super omnibus petitis in anno 1611. Et quamuis Philippus in Magna Curia fuerit declaratus Cæsaris hæres sub die 26. Augusti; non tamen propterea dicitur lis instituta, & Antoniottus Cataneus ibi comparuit, non vti procurator, sed vti coniunctus absque mandato, prout de iure permittitur ad *text. in l. maritus, in l. exigendi C. de procur.*

*procur. & in clement. i. cod. tit.* Ideòq;  
litis pendentia allegari non potest in  
damnum substitutorum.

Minus denique obstat, quòd licet  
59 possessio nō amittatur per sequestrū  
à Iudice factum, vt in *l. interesse ff. de*  
*acquiren. poss.* videtur tamen anissa,,  
si fiat à Iudice de voluntate partium  
ad *tex. in l. licet ff. depositi*, vbi Bart.  
sicut prætédit Philippus, dum allegat,  
Ioann. Baptistam per comparitionem  
spontè consensisse, vt capitalia rema-  
nerent sequestrata etiā respectu por-  
tionis Dominici patris, quoniam re-  
spondetur, assumptum prædictū pro-  
cedere, quando vtraque pars de pos-  
sessione contendit, & contentatur  
propter incertitudinem possessionis  
fieri sequestrum, secus verò si certus  
est possessor, q id nō agit, nisi ad finē,  
vt aduersarius sit securus, quo casu  
possessio non perditur, quia non præ-  
sumitur hoc velle, nisi ex alio posset  
sumi coniectura perdendæ possessio-  
nis, ex *tex. in l. si de eo S. si fortè ff. de*  
*acq. poss.* ita in specie docuit *Areti-*  
*nus in d.l. interesse nu. i. vers. dicebam*  
*enim, & melius in c. examinata nu. 15*  
*de iudicijs*, respondens ad *tex. in d. l.*  
*licet*, quia videtur fieri sequestrū cau-  
sa custodiæ, quæ non priuat aliquem  
possessione, sequitur *Feli. in d. c. ex-*  
*aminata*, quòd autē id processerit pro-  
securitate, constat ex eo, quòd voluit  
etiam remanere in sequestro portio-  
nen Dominici patris, in qua nulla  
prætensio Philippi cadere poterat, &  
ideò dici non potest fuisse actum pro-  
amittenda possessione, & in casu no-  
stro insuper consideratur coniectura  
conseruandæ possessioonis, dum Ioā-  
nes Baptista contentus extitit, rema-  
nerere sequestrata capitalia prædicta in  
Regno existentia, non extra, vt ex  
lectura prædictæ comparitionis patet,  
ad finem tamen percipiendi fructus,  
quos habere non potuisset, si posse-  
sio fuisset amissa ex sequestratione.

Ulteriùs & tertio animaduertendum est,  
si iam fundauimus, in præsentu causa

non tractari tantummodò de articulo  
summariæ immisionis, sed de omni-  
bus deducis, nō obtante fideicom-  
missio, ac de detractione præte nsa le-  
gitimæ, & trebellianicæ, & de effectu  
legitimationū, & alijs superiùs con-  
sideratis, super quibus omnibus cō-  
pilatus est processus cum ipso Ioan-  
ne Baptista, mirū est, quomodo præ-  
tendatur, prædicta omnia poss  
explicari sine contradicitore, cùm si-  
mus extra casum sūmariae immissio-  
nis, & citra omnia deducta, & consi-  
derata illud solùm sufficeret, quòd  
Io.Baptista etiā si non esset possessor,  
fuit introductus specificè vt substitu-  
tus ad contradicendum, & opponen-  
dum, quæ voluerit, & admissus in-  
stante Philippo, vt ponderauimus su-  
pra..

Denique omnia prædicta concer-  
nunt iura, & defensionem Ioannis  
Baptistæ quòd portionem reliquam  
Cæsari, cùm respectu portionis Ste-  
phani nec prætensio quidem possit  
per Philippum allegari, ex eo quòd  
Cæsar, ex cuius persona prætendit se  
declarari hæredem Stephani, nūquā  
possederit portionem Stephani, sed  
tantummodò voluerit p protestationē,  
& comparitionem gestas propè mor-  
60 tem ipsius Cæsaris sibi iura cōserua-  
re in legitima competenti Stephano,  
cuius dixit, se esse hæredē, ex quibus  
non resultat aditio, & hæreditate non  
adita non est locus transmissioni, *l.*  
*vnica S. in nouissimo C. de caduc. tol-*  
*kend.* & si aditio ex prædictis resulta-  
ret, adhuc immissio locum non ha-  
61 bet, cùm ex parte Cæsaris fuisset ne-  
cessaria apprehensio possessionis,  
quæ ex sola aditione non transfertur,  
vulg.l. *cum hæredes ff. de acq. poss.* Nec  
dici potest, possedisse mediante per-  
sona fideicommissariorum, & execu-  
torum. Primò; Quia vt potuissent fi-  
deicommissarij possidere nomine Cæ-  
saris, debebat præcedere aditio nota  
fideicommissarijs, quæ non appetet.  
Secundò, quia fideicommissarij fe-  
cerunt

cerunt actum contrarium, relaxando possessionē portionis Stephani in beneficium substitutorum, & præcedente decreto Prætoris, qua possessione 62 substituti priuari non poterant abīq; causæ cognitione, l. meminerint C. unde vi, Alex. cons. 83. visus facti narratione col. 1. lib. 2. & cons. 30. ponderatis col. fin. lib. 5. Dec. cons. 400. iub num. 6. Tertiō; quia ex testibus examinatis per Philippum patet, Cæsarē noluisse, vt fideicommissarijs innotesceret ipsius prætensio circa portionem Stephani, dubitās, ne propterea recusarent cōtinuare solutionem suę 63 portionis, ex quo sequitur, quòd, cū possessio animo, & corpore acquiratur, l. 3. in principio, & l. quemadmodum ff. de acq. poss. Alex. cons. 153. col. 1. vers. præterea lib. 6. Decius cons. 226. nō potest prætendi possessio nomine Cæsaris, cùm nota non esset fideicommissarijs prætensio Cæsaris, & ipsius voluntas, & potiū resultat oppositum, dū Cæsar ex hoc certus erat de cōtraria voluntate fideicommissariorum quòd ad portionem Stephani, & defuncto Stephano ab intestato, experiri debebat interdicto *quorum bonorum*, & petere interpositionem præambuli, si remedia prædicta competiſſent, & in utroque procedi non poterat, nec posset sine contradictrōre, vt in principio fundauimus. Et si de prætenia retentione legitimæ, & Trebellianicæ agendū est omnino, ac de effectu legitimationum iuxta deduta in processu cōpilato, non est ulteriū immorandum, cùm non simus in terminis simplicis immissionis vigore d. l. fin. sed descendendum est ad articulum prædictum prætensæ retentionis legitimæ, & trebellianicæ, nulla habita ratione allegatæ incapacitatis, vel indignitatis, de qua tanquam nouissimè excitata in ultimo articulo verba faciemus.

## ARTICVLVS III.

Quòd legitimam vigore prætensarum legitimatio-

num.

## S V M M A R I V M.

64 Filijs naturalibus adhuc non legitimatis nulla competit legitima.

65 Filij legitimatio per rescriptum Principis est obtainenda ad patris instantiam, & de illius consensu expresso, & cum ratione, & num. 97.

Filij pariter requiritur assensus, cùm inuitus legitimari non possit.

Sed quid in infante? consulas hic.

66 Consensus patris non probatur per verba enunciatiua adiecta, & apposita in rescripto legitimationis, & cum ratione.

Assensus expeditus in forma Regiae Cancellarie non intelligitur concessus à Principe nomine illius, pro quo afferitur, fuisse preces porrectas.

Supplicatio fieri potest nomine absētis, tamen ratificatio in posterum subsequi debet.

Legitimatio obtenta ad preces patris absque illius mandato, adeò est viribus exhausta, vt nec conualescat per illius ratificationem secundum Cels. Hug.

Ratificatio, vel approbatio patris de legitimatione facta cōstare potest ex verbis eiusdem patris, ut poteſſe appellasset filium legitimum, vel legitimatum.

67 Principis verba assertiua, seu narratiua non semper fidem faciunt, ut admoneamus hic.

Legitimatio licet sit Principis beneficium; nō tamen confertur inuitopatre, & num. 136.

68 Legitimationis ignorantia respectu patris ex quibus deducatur.

Filius cum ignominia institutus dicitur, si cùm instituitur, naturalis tantum appellatur.

Insti-

- Institutio filij naturalis non operatur effectum, neq; scientiam legitimatio-  
nis in patre, & cum ratione.*
- 69 *Filij ex iustis nuptijs procreati quare in Institut. in tit. de adopt. sint natura-  
les appellati.*
- ... *Naturalis post legitimationem quo-  
modo appellandus.*
- Filiu: m etiam legitimum apud Hispanos appellari naturalem est assertio  
prorsus falsa.*
- 70 *Probatio debet concludere per necesse, non autem per possibile; aut contingē-  
ter.*
- 71 *Tutor relinquì potest filio etiam natu-  
rali, qui erit posteā à Iudice confir-  
mandus.*
- 72 *Legitimationis tenor exscribitur.*
- 73 *Legitimus plenariè quòad omnia præ-  
ter successionem, in qua sit inuitatus,  
scù vocatus in certis casibus an verè  
legitimus, vel potius dispensatus  
dicatur, & num. 109. inf. & 110.*
- 74 *Recensentur primo loco DD. qui respon-  
derunt pro legitimo. His contrarī  
referuntur sub nu. 76.*
- 75 *Legitimus non dicitur, sed dispensa-  
tus, qui Natalibus non est restitutus,  
nec macula deleta; sed ad quadam  
habilitatus.*
- 77 *Distinctio quæstionis supra formata, ut taliter legitimatus quòad personā  
sit plenè legitimatus, sed quòad bona;  
scù ius succedendi dispensatus dic-  
tatur.*
- Legitimatio, & ius succedendi sunt in-  
ter se distincta, & separata, & num.  
104. inf.*
- 78 *Legitimatio ad successionē uno ex trib.  
modis hic relatis fieri consuevit.*
- 79 *Legitimus ut succedat in eo, quod  
patri placuerit, quid iuris ex hac  
legitimationis forma consequatur  
circa successionem, & num. 88. 100.  
& 106.*
- Legitimus simpliciter impugnat te-  
stamentum si sit preteritus, non  
autem is, cui est coarctata successio,  
etiam si sit verè, & propriè legitima-  
tus, & num. 100. & 103. inf.*
- 80 *Legitimus cum clausula, ut possit suc-  
cedere in eo, quod pater reliquerit ex  
testamento, vel ab intestato, quomo-  
do succedat, & num. 88. 105. in fine,  
& 106.*
- 81 *Legitimus ut succedat in eo, quod pa-  
ter reliquerit ex testamento, vel alia  
ultima voluntate, vel donatione, nō  
succedet ab intestato, & cum ratione,  
qua recensetur; cui nec legitima de-  
betur, ut num. 82. & 87.*
- Causa intestati sub nulla dispositione,  
qua sit ab homine, comprehenditur,  
quia procedit à lege, & nu. 92.*
- 83 *Ad cuius confirmationem assertur am-  
plus Doctorum numerus.*
- 84 *Succedere non valens ab intestato, nec  
testamentum poterit impugnare.*
- 86 *Legitimus simpliciter, & absq; restri-  
ctione debetur legitima, & cum ra-  
tione.*
- Legitima commensuratur portioni  
intestatae successionis num. 87. in fi.*
- 88 *Filius legitimatus si non habet querelam, nec ius impugnandi testamen-  
tum, neq; legitimam consequi pote-  
rit.*
- 89 *Clausula apposita in rescripto Principis  
interdum stant augmentatiæ, & nō  
semel restrictiæ; sed si dubitetur, in  
quem sensum sint trahenda, ultra  
bic posita vide congesta sub nu. 92.*
- Verbum hæredar quando importes  
tam successionem ex testamento, quæ  
ab intestato, & nu. 95.*
- 90 *Verbum nullum ociosè, & frustra adie-  
ctum cèsetur, sed cum effectu operan-  
di, sed obiectio fundata super hoc vul-  
gato axiomate tollitur infra nu. 97.*
- Filius legitimatus si succedat tam ex  
testamento, quam ab intestato, habe-  
tur, ac si fuisse simpliciter legitimatus, scq; habebit querelam, & ius im-  
pugnandi testamentum, & nu. 96*
- 91 *Legitimus argumentatur nunc ab  
absurdo vitando; sed haec sua argu-  
mentatio diluitur pluribus modis  
inf. nu. 98. & 99.*
- Filius naturalis in defectum legitima  
prolis potest de iure communi in-  
vit.*

- uniuersum heres institui, salua tantum Parentibus legitima, quæ secundum leges Tauri pot etiam ab ascendentibus auferri.
- 92 Successor ab intestato dicitur à defuncto vocatus filii, tacite, & permissuè; non autem verè, expressè, & disposituè. Successio filij legitimati pendet ex tenore legitimationis, & 93.
- Legitimatione ad successionem ex una causa non extenditur ad aliam. 92.
- Voluntas paterna est precipua causa legitimationis, ibid. in fin.
- 93 Mors duplex, tam vetus, quam recentis Castelle recensetur circa formam legitimationum.
- 94 Ruin. cons. 84. lib. 3. penitulatè declaratur.
- Legitimatione facta à Principe in quo differat ab ea, quæ fit à Comite Latino.
- 95 Verba uniuersalia praecedentia restrictionem recipiunt à verbis limitatiuis immediate subsequentibus.
- 96 Greg. Lop. traditio, de qua par. 3. tit. 18. l. 9. gl. 3. retorquetur.
- 97 Parentibus nil debetur etiam ratione legitima, superexistente sobole legitima. Clausula illa in rescripto legitimationis apposita sine præjudicio descendentiū, vel ascendentium ex testamento, vel ab intestato quid importet, & operetur.
- 98 Filius naturalis tantum quomodo differat à legitimo quoad successionem patris testamentariam, num scilicet possit tantum unus, quantum alter capere ex substantia paterna, & nu. 112.
- Legitimatione etiam restricta quoad successionem, adhuc operatur alium notabilem effectum post Burg. de Paz hic relatum.
- 99 Clausula referuatis natura, & effectus.
- Leges unius Regni non ligant subditos alterius Regni.
- Quilibet illegitimus est capax cuiusvis relictū, durando non facti à parentibus.
- Naturalis, nō existente legitima subbole succedit patri ab intestato in duabus vniuersitatibus; sed ea superexistente in alimentis tantum.
- 101 Quando in secunda filij legitimatione ut valide fiat, sit facienda mentio de priori.
- 102 Lapsus aduersarij in intellectu aliquorum DD. hic relatorum. Spurius intelligi pot omnis illegitimè natus; non tamen ex concubina domi retenta.
- 103 Princeps potest etiam spuriū plenè legitimare tam quoad personam, quam quoad successionem, & cum ratione; non tamen super matrimonij radice.
- Legitimus quisque nascebatur ante legem ciuilem.
- Legitimatione cur inuenta, ibid. circa finem.
- Clausularum limitatiuarum in legitimatione positarum effectus, & num. 105.
- non indigent adminiculo dictiōnum taxatiuarum, num. 106.
- Habilitatio ad unum actum non producitur ad aliū, maxime contrarium, & nu. 106. & 109.
- 107 Legitimatione quoad successionis caput, nil refert, an sit concessa per verba affirmativa, vel negativa.
- Legitimi admisso, vel exclusivo arbitrio paterno dependet, ubi in Parentis voluntate deposita est successio.
- 108 Verbum potest cur in vulg. l. Gallus importet necessitatem, & generaliter quando illam inducat.
- 110 Legitimus, & ad successionem habilitatus iuxta arbitrium patris, nec etiam legitimam poterit retinere, si fuerit uniuersali fideicommisso graduatus, & de ea nil fuerit expressum. Clausula omni modo meliori effectus remissuè, ibid. circa fin.
- Fideicommissum factum de hereditate restituenda comprehendit etiam legitimam, que tamen filio legitimo, & naturali incoloris remanet ex ratione

- zione fundata in defectu potestatis, conferunt etiam posita infra sub nu.  
118.
- 112 Institutio ubi est voluntaria, & non necessaria nullum respuit grauamen, idq; aliquot stabilitur exemplis. Filius, qui renunciauit paterna hereditati, si instituatur a patre, compilatur quoduis onus, & grauamen subire.
- 113 Filius legitimatus si non potest conqueri, quando nil sibi a patre fuit relatum, a fortiori nec quando fuit institutus, & simpliciter grauatus onere fideicommissi. Legitima detrahitur aduersus Testatoris voluntatem, nisi relicta sit. Ipsius supplementum successit in locum querela, qua contra defuncti voluntatem intentatur.
- 114 Refellitur consil. Dec. 257. in beneficium legitimati adductum, cui pariter obstat authoritas rerum iudicatarum.
- 115 Trebellianica, & falcidia quamvis secundum nouum ius probiberi possent; attamen in dubio neutra probibita censetur. Vtraque adhuc hodie dicitur detrahi contra voluntatem Testatoris, & num. 146. Argumentum non recte ducitur ex trebellianica, & falcidia ad ius, quod legitimatus ex forma legitimacionis habet repossum in arbitrium patris. Retentio facilius conceditur, quam petitio num. 116. in prino. sed declaratur, ut eod. n. 116. in fin.
- In legitimacione creatione potest ius successionis restringi. Dec. consideratio dum in filio legitimo duplicem astruit acquisitionem, esibilatur, exploditur.
- 117 Filio de iure est debita legitima, sed non omni filio, & nu. 118. Miles potest priuare filium etiam legitima. Attamen in fideicomisso facto a milite non comprehenditur; sed vide contrarium num. 118. & 120. circa fin.
- Filia licet in casu hic relato contra patris voluntatem non consequatur legitimam, nihilominus si ab eo fuerit instituta cum onere restituendi, illam retinebit exemptam a dicto restitutionis onere; Sed id non transist absque dubietate, ut infra nu. 119.
- 118 Miles in dubio censetur usus fuisse iure communi, non autem speciali. . . . potest iure militari directo substituere etiam adultis. Priuatio presupponit habitum, ibid. circ. fin.
- 119 Filie portio aliqua debita per statutum subrogatur in locum legitime sibi olim debite de iure communi. Quae si fuerit minus legitima, poterit secundum aliquos agi ad supplementum legitimae.
- 120 Dec. notatur de contrarietate, & attentata saluatio euertitur.
- 121 Parif. consil. super eadem legitimacionis materia vel est cum distinctione admittendum, vel penitus rejecendum.
- 122 Cephal. & Riminal. Iun. consilia pro legitimato edita optimis vitanter considerationibus. Legitima filiorum salua, omne quod superest, potest a Parentibus cuilibet relinquiri, ac etiam in mare proyici. Non paruum intercedit discribens inter filium limitatè legitimatum, & legitimum, & naturalem, etiam in materia detractionum, quando uterque grauatur onere fideicomissi.
- 123 Gomez. authoritas veluti omnifundamento destituta prorsus corruit.
- 124 Iaf. consil. distinguitur, & declaratur, & nedum non obstat, sed potius retorquetur. Familiae nobilitas conservatur diuinitus.
- 125 Laderch. consil. magis suffragatur, quam aduergetur.
- 126 Ripa, Decian: & Surd. velut fibizae contraryi, ac alijs modis confutantur.
- 127 Menoc. Garz. Chop. Burg. & Hord. hic

- ... hic relati varijs euitantur modis.  
 - Sex imperfecto, qui continet matrem, ut testamentum inter liberos conditum coram duobus testibus validè subsistat, an locum habeat in legitimato.
- 128 Gozad. consil. veluti loquens in diversis terminis non curatur.
- 129 Macerat. resol. subsequens Dec. Cephal. & Paris. tollitur eodem modo, quo repulsa fuit opinio dictorum suorum antecessorum.
- 130 Suar. Perez, & Azeu. nedum partes aduersas non tuentur; sed potius contrarium defendant, & probant.
- 131 Verba uniuersalia non admittunt restrictionem, sive limitationem.
- 132 Couarr. traditio nedum parti ex aduersu non suffragatur, sed potius refragatur.  
 Voluntas ex coniecturis elicita euidens dicitur.
- 133 Legitima filiorum quanta sit, partim explicitè, & partim remissiue.  
 Institutio deductis legatis in residuo facta intelligitur.  
 Legitima data potestate grauandi, ex qua coniectura intelligatur grauata. Item quando aequè, ac si expresse. . . . venit in generali dispositione, quando verba per necesse ad illam referuntur.
- 134 Alius Aduersarij obex, qui tollitur num. seq.
- 135 Relatum, quod dicitur esse in referente, non potest ab illo mutari.  
 Testamenti tempus est de iure attendendum.  
 Legitima præualeat legatis, & fideicommissis.  
 . . . etiam adpias causas relictis.
- 136 Trebellianica unde, & à quo deducenda.  
 Legitima apud Hispanos dempta quinta parte complectitur uniuersum patrimonium.
- 137 Hæres testatoris voluntate oppugnare dicitur, quando diminutè restituit bona contra mandatum ab eodem sibi datum.
- Dictio totum in fideicommissione adiecta complectitur etiam legitimā, qua alias non includeretur.  
 Legitimus si insituatur cum grauamine restituendi totum, non potetur retentione, seu detractione legitima.
- 138 Legitima debetur in corpore, & proprietate, & non in fructibus hereditatis.  
 . . . estq; detrahenda una cum fructibus à die mortis Testatoris, num. seq.  
 Nedum pietati paternæ; sed sensui cuiusvis mortalis repugnare videtur, ut minus dilectus, & forte incognitus preferatur filio magis dilecto.
- 139 Legitima non extenuatur ex fructibus perceptis.
- 140 Dispositio quantumuis generalis non includit quæ non sunt in potestate disponentis.
- 141 Dispositio prohibitiua, ne bona pertranseat in Monasterium, ubi cunq; filius institutus religionem ingredetur, & in eum proficeretur, est usque ualida, & num. seqq.  
 Idem ius erit, si prohibuit, ne bona peruenirent ad Fiscum propter instituti delictum, ibid.
- 142 Legitima omne grauamen, & Testatoris dispositionem respuit.  
 . . . iudicatur veluti filij patrimonium nulli oneri subiectum, quinimò ut es alienum.  
 . . . transit regulariter sicut & cetera bona ingressi in Monasterium, quod hec omnia capit ex persona Monachi.
- 143 Monasterium, in quo filius institutus emisit professionem, excludit substitutum vocatum in casu mortis filij absque liberis, ex quo Monasterium habetur loco filij: intellige non existente alio Testatoris filio.
- 144 Per Religionis ingressum quis efficitur legitimus.  
 Argumentum à propinquiore ad remotiorem in materia exclusionis validum est.

Fiscus

*Fiscus attento iure communi in aliquibus casibus occupat bona delinquentis.*

**S**Vbsequitur alius principalis articulus detractionis legitimæ, & trebellianæ, quas Philippus prætedit tanquam hæres Cæsaris, ac etiam respectu Stephani fratri per intermediam personam Cæsaris illius prætesi hæredis, pro legitima autem particulariter experitur.

**64** vigore prætentarum legitimationum dictorum Cæsaris, & Stephani, cum alias citra legitimationem nulla eis legitima deberetur, secundum Glos. & Bart. in l. 1. ff. de bon. poss. contr. tab. & alios copiosè superius relatos in primo articulo, vtq; pateat, legitimam nullo modo competere posse, ex duobus præcipue comprobatur.

Primo, ex inualiditate legitimationum tanquam obtentarum absque consensu Baltassaris patris.

Secundo, quamvis consensus adfuisse, adhuc non operatur detractionem legitimæ, attenta forma dictarum legitimationum.

Quodad primum quælibet legitimatio inualida censi debet, cum non interuenierit expressus consensus dicti Baltassaris patris, nec constet, preces fuisse porrectas de ipsius voluntate, nec de subsequenti forte acceptatione, vel ratificatione in aliquo actu, dum vixit; imò contrarium apparet ex ultimo testamento, in quo filios prædictos non simpliciter, aut legitimatos; sed naturales tam nominauit, est namque in iure dispositum, legitimatione per rescriptum Principis obtineri debere ad instantiam patris; & de ipsius consensu, ad text. in l. s. sit igitur licentia in Auth. quib. mod. natur. effic. legit. & s. sit igitur licentia in Auth. quib. mod. effic. sui. DD. in l. Gallus l. & quid si tantum ff. de liber. & posth. sicut filius nec inuitus legitimari potest, & pròinde id ratum habere debet, ad text. in l. generaliter eod. tit. quib. mod. natur. effic. sui, licet prædicta non pro-

cedat in infante, qui consensum præstare non potest, verum ratificari debet à tutore, vel ab ipso filio facto maiore, alias legitimatio non valet, bene Roman. conf. 19.4. num. 9. Anch. Regiens. q. 62. num. 1.4. lib. 1. Curt. sen. conf. 64. num. 4. & conf. 19. num. 5. imò sola scientia filij non sufficit pro ratificatione, etiam quod de ipsius commodo tractetur, nisi aliquid faciat, quod facere non poterat, nisi legitimationis iure, Molin. latè de iust. & iur. tom. 1. disput. 173. col. 6. lit. A. fol. mihi 682. Ruin. conf. 81. num. 12. vol. 3. & Osa/ck. decif. 119. nu. 22. & quod patris consensus accedere debeat, posuit etiam Couar. de sponsal. part. 2. cap. 9. nu. 70. ex mente DD. in d. S. & quid si tantum, latè Abb. conf. 86. post num. 1. vol. 1. est enim de substantia, & ordine formalis consensus patris in legitimatione, licet subsequi possit, vt per Jacob. de Beluis. in d. S. generaliter, Angel. in conf. 87. pro decis. vers. confirmatur hoc, & vers. nec etiam obstat, Cassan. in Consuet. Burg. rub. 8. §. 3. post nu. 2 1. vel quod acceptauerit rescriptum legitimationis, sicut idem Angel. docuit in conf. 17. Comes Brandifus col. 3. in fin. & ratio est, ne patri paretur hæres, de quo non cogitauit, vel abhorruit, imò requiritur consensus non tacitus, sed expressus præcedens, vel subsequens, vt ex multis comprobat Burfat. in conf. 433. nu. 1. cum seq. vol. 4.

Nec obstat, ex eadem scriptura legitimationis apparere, fuisse prædictos filios legitimatos ad preces Baltassaris patris, ibi (*por parte de vos Baltasar Cataño*) & ex subsequentibus verbis, ibi, *y nos suplicastes*; quoniam libellus, vel rescriptum, in quo dicitur supplicatum fuisse pro parte talis non probat, talem supplicasse, nisi aliunde probetur, ex traditis per Bart. in l. ex hac scriptura ff. de donation. quoniam alias de facili fraus committi posset. Agitur enim de prauidicio patris, cum per talem legitimationem sibi occultam potuisset habere necessariū hære-

hæredem talem filium præter eius intentionem , sicut dicimus in assensu expedito in forma Cancellariæ , vt nō intelligatur concessus à Principe nomine illius , pro cuius parte asseritur suisse petitum , vt refert Fr̄c. solemniter decisum lib. 2. de subseu. q. 24. p. tot. & in individuo in terminis nostris legitimatis notabilitè docuit Fulgos. in conf. 23. post num. 2. vbi allegat text. hoc decidentem in l. omnium in fin. E. de testam. ibi , nec institutus hæres pertimescat , cùm oblatas preces secundum voluntatem defuncti idoneis testibus possit approbare , vbi glos. & Alexan. clarè num. 5. Supplicatio enim nomine absentis benè fieri potest ; sed ille , cuius nomine supplicatur , debet habere ratum , vt Bal. posuit in conf. 146. titul. Principis nu. 2. vol. 1. & dat ibi consilium , quòd de istis ratificationibus tām per patrem , quām per filios fiant publica instrumenta , vt ibi per ipsum num. 8. in fin. imò adeò requiritur patris consensus , quòd etiā si fieret legitimatio eius nomine absq; mandato , inualida est , nec conualescit per ratificationem Cels. Hugo in conf. 73. num. 7. & proindè Cagnol. in l. s̄. qua illustris C. ad Orfician. dat cautelam , vt constet de mandato patris , vel ex alio appareat ratificatio , seu approbatio patris , veluti si nominasset filium legitimū , aut legitimatum , de quo Matienz. lib. 5. recollect. tit. 8. l. x. glo. 1. nu. 11.

Verba autem assertiva , seū potius 67 narratiua Principis quamvis aliàs fidem faciant iuxta text. in l. uniuersis C. de precib. Imperat. offerend. donec contrarium probetur , vt per glos. & DD. in clemen. unica de probat. illud tamen procedit . Primò , vbi rescriptum non tendit in alterius præiudicium , veluti quòd quis restituatur ad famam , vt Bald. declarat in l. 1. nu. 2. vers. sed tu dic C. eo. tit. Secundò verba assertiva Principis non probat in ijs , in quibus ipse Princeps disponere non potest , & sic de alte-

rius consensu necessario , cùm non afferat factum proprium , & à se gestum ; sed alienum , nec testificetur de re sibi nota per sensum corporeum , sed ipsius concessio refertur ad memoriale exhibitū , quod potuit offerri sine dubio ab alio nomine Baltassaris , proinde quòd hoc assertioni nō statur , nec creditur in præiudicium terrij , & aliunde constare debet , sic declarādo text. in d. clem. unica de probat. cum alijs ex aduerso adductis posuit Ias. in conf. 86. in causa volu. 3. & ante ipsum Aret. conf. 164. latissimè Alber. Brun. inter consil. feud. conf. 114. à num. 272. cum seqq. etiā si ad eis clausule de plenitudine potestatis , ex certa scientia , siue motu proprio , vt ibi per ipsum num. 280. Dec. conf. 602. num. 13. & 15. & conf. 603. num. 8. Cravet. confil. 104. num. 8. Cancer. variar. resolut. par. 3. cap. 3. num. 75. & ante Paris. cumulat. conf. 15. num. 25. & conf. 68. num. 227. vol. 4. cū factū aliter se habere possit , sicut in hac eadem causa produxit pars exēplum cuiusdam supplicatio- nis , vt asseritur , porrectæ pro parte prædicti Stephani Catanei S. M. & nihilominus per annos ante præde- functus erat , & quamvis legitimatio sit donum Principis , non tamen in ui- to patre confertur , vt per Tell. in l. 12. Tauri nu. 9. Et quādo sumus in verbis narratiuis , si Princeps simpliciter fa- ciat narrat absq; attestatione , prout sūt verba Regis in legitimatione , tūc 68 minus creditur verbis narratiuis , vt in specie voluit Ruin. conf. 41. nu. 17. lib. j. & è contra de voluntate Baltassaris contraria constat ex testamento , in quo naturales simpliciter nominavit , quos si sciuisset ipsos legitimatos , nō vocasset , nec instituisset ut naturales , sed tanquam legitimatos , ex quo sta- tum mutauerant , & non debuissent institui cum ignominia , prout cum ignominia censemuntur instituti , dum naturales tantum nominantur , vt Bald. optimè considerat in eodem conf. 146. num. 7. Et quia institutio fa- cta

*C*ta naturali non conuenit legitimato, sequitur, patrem illius notitiam non habuisse, & tanquam inualidam non subsistere, vt considerat latè *Bero.* in *conf. 176. nu. 52. vol. 2.* Institutio autem nō operatur, vt proinde dicātur legitimati, cùm naturales tantùm nominauerit, & institutio potius intelligitur processisse ex concupiscentia, & affectione, non quòd appareat, sciuisse legitimationem, vt notabiliter posuit *Anchar.* in *solemni conf. 242. ex tenore priuilegij post num. 2. vers. requiritur & tertio*, & clarius post *num. 4. vers. item etiam tractatur*, quem sequitur *Dec. conf. 338.*

Nec obstant considerationes adversarij allegantis, etiam in iure filios, 69 ex matrimonio natos appellari naturales, vt in *tit. Institut. de adoption. in princ.* Quodq; legitimatus adhuc remánet cum illo nomine secundum vulgarē vsum loquendi, vt docet *Cast. in l. f. num. 6. C. de his, qui ven. etat. imp. quoniam Imperator in d. tit. de adoption.* illud posuit ad differentiam filiorum legitimorum tantùm, & glos. ibi addidit *naturales, & legiti*, *Castren.* verò ait, quòd filius legitimatus non dicitur filius legitimus, & naturalis; sed tantùm naturalis legitimatus, & sic cum adiuncto legitimatis, *Alexand.* autem in *conf. 25. num. 1.* loquitur, quando in loco est communis v̄sus loquendi, quòd legitimatus nō veniat appellatione legitimorum, & naturalium, de quo v̄su in Hispania non constat. Amplius filius legitimatus pōt dici naturalis; sed nō conuerterit; quia filius naturalis, dum ita à patre nominatur, non sequitur propterea necessariò, quòd sit legitimatus, cùm possit esse naturalis non legitimatus, & poterat pater, si legitimations imperasset, nominare *Cesarem*, & Stephanum filios suos simpliciter, non naturales. Hinc nominando filium simpliciter in testamento, efficit eum legitimum, non tamen si eum nominauit naturalem, vt per

*Boer. decis. 240. post num. 19. vers. 3. li-*  
*cet.* Nec est verum, quòd ex v̄su Hispaniae filius etiam legitimus appelletur naturalis, cum id ridiculum sit: quia in Hispania *bijo natural* intelligitur non legitimè natus, vt in *l. 5. 6. & 7. tit. 15. p. 4.*

70 *I*nformaciones autem captæ de voluntate Baltassaris, quòd filij prædicti nati fuerint ex soluto, & soluta, parti nō prosunt, ex quo nō constat, fuisse captas ad finem obtinendi legitimationes, sed ex alia causa, qua Baltassar moueri potuit, qui si de legitimatione deinde obtenta certus fuissest, in testamento confecto post legitimationes, vel filios simpliciter nominasset, aut legitimatos, non naturales tantùm cum ipsorum ignominiā, igitur ex informationibus non refutat necessariò, legitimationes fuisse obtētas de volūtate Baltassaris.

71 Nec etiam voluntas patris circa legitimationem colligi potest ex eo, quòd filijs tutorem reliquerit; quoniam ex verbis testamenti patet, Baltassarem dedisse tutorem tanquam patrem naturalem ratione bonorum, quæ eis relinquebat, ibi: *T affi por ser supadre natural, como por dexar los co- moles dexo mi ha zienda en la forma de suyo contenida*, post quæ verba reliquit tutorem, vt ex testamento legitur, & ei permittebatur etiam in naturalibus, vt in *l. f. C. de confirm. tutor.* & intelligitur datus, prout de iure cōcedebatur cum confirmatione deinde adhibenda, vt est etiam *Constit.* Hispaniae *l. 8. tit. 6. par. 6.* vbi *Lopez*, & iuxta dictarum *legum* dispositionem, prædictus tutor fuit confirmatus tam in Ciuitate Iauæ, quam in Ciuitate Neap. Ex quibus remanet fundata inualiditas legitimationum ex defēctu consensus Baltassaris, &c.

Quòd secundum, quatenus legitimationes validæ dici possent, adhuc indubitanter demonstrabitur, illarum vigore legitimam non deberi, pro cuius articuli veritate ante omnia recēndus

sendus est tenor earundem legitimationum, & rescripti, cuius virtute Caesar, & Stephanus legitimati reperiuntur hoc modo videlicet.

72 *Vi succedere valeant in eo, quod patet in vita, vel in morte ex testamento, sive alia ultima voluntate, aut donatione, vel alia quaevis persona quovis modo reliquerit, dummodo non sit in præiudicium filiorum legitimorum, & naturalium tunc fortè existentium, vel futurorum, nec aliorum heredum descendientium, vel ascendentium per linneam directam ex testamento, vel ab intestato, habilitantur, seù legitimantur deinde ad officia, honores, & dignitates, ac omnis macula deletur, & restituuntur ad alia iura, ac si essent de legitimo matrimonio procreati, ex quo resultant plura. Primum, praedictos filios fuisse legitimatos in eo, quod pater, vel alij reliquerint. Secundum, non simpliciter, sed in relieto ex testamento, aut alia ultima voluntate, seu donatione. Tertium, sine præiudicio filiorum legitimorum, & heredum descendientium, vel ascendentium ex testamento, vel ab intestato.*

73 *Ex quibus dum Princeps relaxat personæ impedimenta, ac si talis filius esset legitimè natus, & quodad suet successionem quædam tammodo concedit, itaut quodad eam non in oibus vi legitimè natus habeatur: Magna est inter DD. controuersia, an talis filius legitimatus, vel potius dispensatus habendus sit, & quod sit legitimatio, non dispensatio, videtur deduci ex eo, quod persona fuit integrè legitimata cum restitutione Natalium, & abstensione cuiusvis macule, quæ sufficiunt, ut persona plenè legitimata dicatur, quamvis successio fuerit limitata, quæ non est pars integralis quodad legitimacionem personæ; sed tanquam effectus legitimacionis bene poterit al-*

74 *terari uno, vel alio modo, remanente filio verè legitimato, sicut testantur Socin. in conf. 246. col. 2. in f. vol. 2. Dec. conf. 257. n. 10. vers. ultimo author.*

*Bart. in Lis post num. 8. ff. de acquir. hereditis.*

*Rolan. conf. 26. post num. 7. vol. 4.*

*Molin. de primog. lib. 3. c. 3. nu. 38.*

*Tellus Fernand. in l. 12. Tauri num. 20. in fine.*

*Matiens. 8. l. x. glo. 1. num. 3. &*

*Peregr. cæteris dimissis in tract. de fidei commiss. art. 23. num. 34.*

75 *Licet quando fuisset habitatus quodad quædam, minus autem restitutus Natalibus, nec macula deleta, diceretur dispensatus, ex traditis per Paulum de Castr. in l. pactum dotali, vbi Decius C. de collat.*

*Preposit. in cap. per venerabilem S. quod autem num. 54 qui filii sunt legit.*

*Molin. loco citato, &*

*Menoch. conf. 737. lib. 8.*

76 *Ex aduerso non defuerunt DD. grauissimi, qui legitimatum cum limitatione praedicta dispensatum potius constituerunt, de quo latè*

*Curtius senior conf. 73. à nu. 6.*

*Alciat. conf. 6. à num. 3. lib. 4.*

*Couar. de sponsal. par. 2. c. 8. S. 8. in princip. alijq; quos refert.*

*Spino de test. glos. 1. num. 9.*

*Molin. loco citato.*

*Tellus eadem l. 12. nu. 12.*

*Altuar. Valasc. in praxi partition. cap. 12. num. 41. cum seq. &*

*Matiens. codem titul. 8. l. x. glos. 1. num. 4.*

Verum ad tollendam hanc disputationem tanquam inutilem in presenti questione, nihil interest, an dicatur vera legitimatio, cum sit integrata persona, vel potius dispensatio ex limitatione praedicta; quoniam omnes etiam ex alijs in contrarium allegatis conueniunt, ut quamvis dicatur vera legitimatio quodad personam; respectu tamen successionis filius taliter legitimatus habetur pro dispensato, & remanet in primæuo statu, prout erat ante legitimacionem, itaut nihil pretendere possit præter ea, ad quæ fuit habitatus, etiæ quod ad sit clausula restitutiva Natalium, vel æquipollens, cum non sit inconueniens, quod sit

C 2 legiti-

legitimus quoad personam, honores, & dignitates; & quoad successionem dicatur dispensatus, ita quod non operetur, nisi quod tantum succedat secundum voluntatem patris dispositiūam, vel permissuam; Contra vero, vel præter nihil consequitur, cum ius succedendi sit separatum à legitimatione.

*Alex. in rubr. de liber. & posthu. num. 3. in fs.*

*Ias. num. 13. & 14.*

*Alciat. nu. 3. & in conf. 6. lib. 1. num. 4. & 5. & conf. 98. num. 6. lib. 4.*

*Ripa respons. 19. in rubr. de substit. num. 6. vol. 2.*

*Ias. conf. 202. num. 2. & conf. 162. num. 2. & 4. lib. 2.*

*Alex. conf. 189. lib. 5.*

*Dec. conf. 264. num. 3. col. fin. vers. sed quicquid, & in l. 1. sub num. 10. C. de bono poss. contratab.*

*Surd. optimè conf. 337. à num. 51. vol. 3.*

*Emanuel Costa in d. S. & quid si tantum 2. par. num. 152. & seqq.*

*Riminal. consil. 289. num. 51. vol. 2.*

*Curt. sen. consil. 73. num. 7. in fin. vers. & sic ex his omnibus.*

*Decianus consil. 91. num. 9. vol. 2.*

*Matiens. eodem loco citato num. 6.*

*Soc. d. consil. 246. sub num. 3. vers. 2. prima legitimatio lib. 2.*

*Bursat. conf. 355. num. 26. in fin. lib. 4.*

*Peregrin. de fidei comm. art. 36. num. 9. ver. Idem in legitimato.*

*Costa de portione rate q. 156. nu. 6.*

*Lopus de illegit. comment. 3. S. 1. nu. 55.*

*Peregrin. lib. 5. tit. 2. fol. 95. vers. tamen si Princeps.*

*Curt. iun. conf. 352. num. 12. & conf. 302. lib. 3.*

*Segura in l. 1. S. si vir uxori num. 82. ff. de acq. poss.*

*Molina loco citato.*

*Morot. consil. 9. num. 18. in fs.*

*Valas. eod. c. 12. num. 41.*

*Caldas in l. si curatorem habens in verb. si nec curatore num. 53. vers. ergo cum sine, & num. 53. vers. 2. in fs.*

*Tellus latissimè in d. l. 12. num. 26. &*

*Lopez par. 3. tit. 18. l. 9. gl. 3. Omnes concludentes validissimis rationibus, non repugnare, ut filius dicatur legitimatus quoad personam, non tamen habeat iura legitimi quoad successionem, statute restitutione predicta sine aliqua disputatione; proinde cum non sit simpliciter legitimatus, cum agimus defuccedendo, attendenda est limitatio apposita in legitimatione, & illius forma, ut inde dignosci possit, quid operetur restrictio successionis, & an filio legitimato cum limitatione predicta competit legitima contra paternam dispositionem.*

78 Nunc autem obseruandum est, modos legitimandi, quatenus spectat ad propositū limitatę successionis, tres potissimum considerari.

Primus, quando filius legitimatur, ut succedat in eo, quod patri placuerit, seu voluerit.

-1. Secundus, quando legitimatur, ut possit patri succedere ex testamento, vel ab intestato.

3 Tertius, quādo legitimatur, ut succedat in eo, quod pater reliquerit ex testamento, vel alia ultima voluntate, seu donatione, qui modi differunt in aliquo quoad producēdum effectum successionis.

79 In primo modo, quando legitimatur in eo, quod patri placuerit, non succedit factō testamento, nisi iuxta voluntatem paternam, præteritus vero testamentum impugnare non potest, dato quod sit propria legitimatio, cum effēctus sit limitatus.

*Decius in d. conf. 264. col. pen. uers. sed quicquid sit, & ante ipsum*

*Paul. de Castr. in conf. 200. nu. 1. uers. p̄ḡt̄erea notandum, & uers. si amitteretur.*

*Gregor. Lopez videndus partit. 3. tit. 18. l. 9. glo. 3. vbi ad hoc ut filius possit impugnare testamentum, dicit, intelligas in legitimatione simpliciter facta, uel ut in illa lege, in qua adest alius casus specialis, secus si sit limitata, ut communiter hodie fiunt, ad ea scilicet, quae pater vellet relinquere.*

*Costa*

*Cotta in d. S. & quid sicutum 2.p.num.  
152. & seqq.*

*Segura in d.S. si vir uxori num. 82.*

*Ias.d.conf. 202. num. 14.*

*Molin.de iust.& iur. d.dispar. 173. col. 8.  
bit.C.D.*

*Tellus latè loco citato.*

Ab intestato verò licet controuersū fuerit; Multi tamen tenuerunt, talem legitimatum patri non succedere.

*Decius in specie in d.conf. 264. col. penult.  
in d.vers. sed quicquid sit lit.A.*

*Curtius sen. conf. 73. nu. 6*

*Peregrinus d.art. 36. nu. 9*

*Ioannes Baptista Lupus d.comments. 3. S.j.  
num. 53. latè.*

*Caldas de nomin. emphy t.lib. 4. titul. 62. q.  
7. post nu. 36. vers. qua etiam ratione.*

In secundo modo dum filius legi-  
timatur, vt succedat in eo, quod pa-  
ter reliquerit ex testamento, vel ab  
intestato, similiter facto testamento  
illud impugnare non poterit, nec in-  
aliquo contrauenire.

*Alex. conf. 30. vol. 4. & conf. vlt. vol. 5.*

*Angel. conf. 263. nu. 3. vers. si autem.*

*Decius d.conf. 264. col. penult. & fin.*

*Couar. var. resol. lib. 4. c. 21. num. 2. & 3. &  
in fine.*

*Caldas in d.l. si curatorem num. 52.*

Ab intestato verò succedit ex tacita  
voluntate defuncti.

*Soc. in rub. de liber. & posth. vbi Ias.*

*Idem Ias. d.conf. 202. num. 24. &*

*Castron. in d.conf. 200.*

In tertio verò modo, prout in ter-  
minis nostræ quæstionis, nempe vt  
succedat in eo, quod pater ex testa-  
mento, aut ultima voluntate, vel do-  
natione reliquerit, sicut in copia legi-  
timationis expressè legitur, tunc non  
succedit; nisi in quantitate à patre di-  
posita in testamento, seu alia ultima  
voluntate, vel donatione; ab intestato  
verò succedere non poterit; quia  
omnes prædicti tituli referuntur ad  
dispositionem, quæ sit ab homine;  
causa verò intestati procedit à lege.

*Bal. in l. si emancipatum nu. 2. de collation.*

*Alexand. conf. 44. in f. lib. 5.*

*Ias. d. conf. 202. colum. ante penult. vers. 6.  
Ivan. de Garron. in auth. ex testamento  
num. 8. C. de secund. nupt.*

*Rimin. iun. conf. 179. na. 26. cum seq. lib. 2.  
dicēs, quod succedens debet habere  
dispositionem, & formalem titulū ab  
homine, & sic aliquid consequi non  
potest, cùm sint limitati modi succe-  
dendi, vt supra, nisi mediante dispo-  
tione, & iudicio patris, sed ab intesta-  
to non succedit, hic casus in specie  
relatus est à*

*Curt. sen. in d.conf. 73. à num. 6. usque ad  
num. 8. vbi videndus erit omnino.*

*Alcias. conf. 19. lib. 4.*

*Soc. in iisdem terminis in allegato conf.  
246. num. 1. & post num. 3. vers. secun-  
dò principaliter.*

*Ias. in d.rub. de liber. & posth. num. 14. in  
fin.*

*Riminald. iun. conf. 194. num. 29. & 30.  
vol. 2.*

*Peregrin. optimè d.art. 36. num. 9.*

*Mart. Laud. de legie. 10. 8. tractatum p: 2.  
num. 65. & successiù filio taliter legi-  
timato in bonis patris legitima non  
debetur, quam pater nec relinquere  
tenebatur, vt inferius dicetur, quam  
conclusionem vti verissimam in spe-  
cie nostra sequuti fuerunt.*

## Ex Nostris scilicet.

*Alexand. conf. 30. num. 5. vol. 4. loquens  
in legitimato, vt succedat in eo, quod  
pater reliquerit, vel donauerit, vt est  
casus noster, & quia non est legitimā-  
tus qnōad omnia, concludit, legitimā  
non deberi.*

*Decius d. conf. 264. col. pen. ita concludit  
intrepidè sub quacunque forma legi-  
timatio appareat, dummodò succe-  
sio sit limitata, & omnes DD. eum in-  
distinctè sequuntur, & ita intelligunt  
absque controuersia.*

*Curt. sen. conf. 73. vbi similiter ponit ca-  
sum nostrum in plenè legitimato  
quōad personam, limitata tamen suc-  
cessione, vt ibi post num. 5. vers. capio  
secundum, non obstante ponderatio-*

ne Partis, quod loquatur in spurio, ut  
infra dicetur.

*Ripa in d. respons. 19. in tit. de subst. in-*  
*plenè legitimo quoad personam.*

*Rimin. sen. d. cons. 289. lib. 2.*

*Alciat. cons. 89. num. 5. cum seq. lib. 5. alias*  
*cons. 557. in fin.*

*Decian. latè cons. 19. vol. 1. & num. 15. qui*  
*videri debet.*

*Hond. cons. 89. nu. 60. aslegans decisionē*  
*Rota Caesaris de Graffis 179. malè per*  
*Adueriarium citatam, & respondeat*  
*Paris. & alijs in contrarium adductis.*  
*Io. Baptista Costa optimè videndus de*  
*portione rata q. 156. à nu. 30.*

*Siluan. cons. 45. nu. 21.*

*Peregr. in specie de fideicom. d. ar. 36. sub*  
*nu. 9. vbi ita concludit contra Paris. &*  
*Cepb. contrarium tenentes.*

*Bursatus amplissimè consil. 355. num. 60.*  
*vol. 4.*

*Soc. & Iaff. sub num. 16. in rub. ff. de liber. &*  
*posthu.*

*Gabr. cons. 24. in princ. & per tot. lib. 2. vbi*  
*latissimè.*

*Cas. de Graff. dec. 179. in fin. qui decidit in*  
*casu proposito per Gabriel. d. cons. 24.*  
*lib. 2.*

*Lupus loc. cit. in tract. de illegit.*

### Ex Hispanis.

*Tellus latissimè, qui videatur in d. l. 12.*

*Tauri num. 26. & 27. respondens ob-*  
*iectis.*

*Segura in d. l. 1. §. si vir uxori nu. 82. ff. de*  
*acq. poss.*

*Didac. Perez lib. 5. ordinam. tit. 11. tom. 2.*  
*col. 1. in fin. fol. 95.*

*Azued. in d. l. 12. sub nu. 41. qui est lib. 5.*  
*tit. 8. l. x. nou. recop. & mirum est, quod*  
*per Partem in contrarium citetur, cū*  
*pro nobis expressè affirmet.*

*Matienz. cod. tit. 8. lib. 5. l. x. gl. j. num. 6. di-*  
*cens, non deberi legitimam, cūm non*  
*possit conqueri, si pater minus reli-*  
*querit.*

*Caldas in d. l. si curatorem in d. verb. sine*  
*curatore nu. 52. & 53. loquens pariter*  
*in legitimo plenè quoad personam.*

*Azued. in d. l. 12. Tauri, in qua se re-*  
*mittit ad notata per Tellum, & Ma-*  
*rienz.*

*Suarez in addit. ad Gom. var. sol. tom. 3.*  
*e. xij. lib. nu. 28. lit. B.*

*Molin. Theol. d. disput. 173.*

*Moruec. in tract. de diuis. bon. lib. 4. cap. 6*  
*nu. 50. vbi similiter se remittit ad Tell.*  
*& Matienz.*

Idem Suarez pro Parte ex aduerso ci-  
tatis in l. quoniam in prioribus in decla-  
ratione legis Regni limit. 12. circa fin.  
dum concedit patri facultatem gra-  
uandi in legitima; quia relinquere  
non cogitur, vt censeatur appositorum  
grauamen simpliciter adiectum etiā  
in legitima stante restrictione suc-  
cionis, & sic fuisse iudicatum; benè ta-  
men ad tollenda dubia monet, bonū  
esse obtineri legitimations cum vin-  
culis, & conditionibus visis, de quo  
bus inferius dicetur; sed non ex hoc  
sequitur, mutasse sententiam prædi-  
ctam.

Eandem conclusionem sine dubio  
se qui videntur omnes illi tenētes, ge-  
nericē non posse filium ita legitimatum  
aliquid petere contra patris volunta-

84 tem; nam si nihil prætendere potest,  
ergo nec legitimam, vel si ab intesta-  
to succedere nō potest, nec patris te-  
stamentum impugnare, in specie Soc.  
d. cons. 246. num. 1. & post num. 3. vers.  
secundò principal. vol. 2. Tellus loco ci-  
tato, Lopez d. par. 3. tit. 18. l. 9. glof. 3.  
& alij, quos supra retulimus, & infe-  
rius eriam allegabuntur.

Comprobatur conclusio prædicta  
evidēti ratione; nam vt dictum est su-

85 pra. filio naturali legitima non debe-  
tur iuxta glof. in d. l. j. ff. de bon. poss. cont.  
tabul. quam sequuntur sine contradic-  
tione ceteri DD. superius relati, cùm

86 verò filius naturalis simpliciter legiti-  
matur absque restrictione, tunc, q uia  
per legitimationem efficeretur legiti-  
mus ad instar legitimi, & naturalis filij,  
legitima deberetur, vt per Bald. in d.  
cap. de causis de offic. deleg. & habetur in  
Addit. ad Spec. in tit. de success. ab intest.  
Iaf.

*In s. in d. rubr. nu. 10. ff. de liber. & posth.  
Peregr. in d. ar. 36. num. 9.* sed si legitimatus fuerit limitatè quòd successionem in eo, quod pater reliquerit in testamento, aut alia ultima voluntate, vel donatione, respectu successionis dicitur potius dispensatus, vel remanet illegitimus, & in eo statu, prout erat ante legitimationem, in quo statu legitima non debetur, ut DD. supèr*87* ius citati concludunt, & dum affirmant, filium taliter legitimatum (sicut in specie nostra) non succedere ab intestato, annuunt quoque, eidem legitimam non competere, ad text. in L. Papinianus §. si quis mortis ff. de inoff. testam. & l. parentibus C. cod. tit. Bald. in l. maximum vitium colum. fin. C. de liber. prater. Castren. conf. 276. colum. 2. vol. 1. Crauer. conf. 2. num. 13. Cuman. conf. 124. in ff. quia legitima commensuratur portioni intestatæ successionis Paris. conf. 25. num. 4. vol. 2. Nattā in cons. 199. num. 2. vol. 1..

Insuper ex dictis per DD. sequitur *88* aliud necessarium consequens, quòd si filius legitimatus non habet querelam, nec ius impugnandi testamentum paternum, sicut verissimum est in casu nostro, nec legitimam consequi poterit Alex. & cæteri in d. S. & quidstantum, & in d. conf. 30. circa finem, habetur in l. omnimodo C. de inoff. testam. Ruin. conf. 40. num. 12. vol. 3. Decius in d. conf. 264. Segura in d. S. si vir uxori, Decia in d. conf. 19. post num. 68 Rip. in d. respon. 19. nu. 6. cum seq. Gabr. in d. conf. 24. nu. 4. & post num. 20. Quo stante etiam in alijs duobus modis legitimandi, de quibus supra, si filius posset succedere ab intestato ex tacita voluntate defuncti, certum, & indubitatum est in casibus prædictis, quòd testamento condito nihil filius opponere poterit, nec modo aliquo impugnare, nec legitimam petere ex prædictis authoritatibus, Couar. d. cap. 21. var. resol. sequitur Ioann. Baptista Costa in d. q. 156. & propriè nu. 5. Lup. in d. comment. 3. §. 1. num. 62. & Rot.

*Roman. decif. 355. num. 6. pars. 1. in nouissimis, & sic omni casu, quo te statmentum conditum est, cessat querala, ius impugnandi, & petitio legitimæ, & si in casibus prædictis, vbi quamvis daretur successio ab intestato, facto tamen testamento non competenter ius dicendi nullum, nec legitima, fortius in casu nostro, vbi non agitur de successione ab intestato; sed de succedendo ex testamento, codicillis, vel donatione.*

Ad euitandum prædicta Pars ad*89* uersa pretendit ex verbis legitimationis induci successionem ab intestato in beneficium Cæsaris legitimati; Primò ex illis verbis ibi, *Que pueda hauer, y heredar todos, y cualesquier bienes muebles, rayas, y semovientes, que por vos en vuestra vida, o al tiempo di vuestra fin, y muerte por vuestro testamento, o postrimera voluntad, o por otra manda, o donacion, o por otras cualesquier personas le fueren dados, dexados, o mandados en qualquier manera, ex qua clausula dicit, non restringi successionem in eo, quod patri viñum fuerit, aut placuerit, sed simpliciter fuisse admisum ad quamlibet successionem tam ex testamento, quam ab intestato, & illa verba, que por vos, fuisse posita augmentatiæ, dum filius restitutus est Natalibus ex conf. Ruin. 84. col. 1. vol. 3.* Item quia verbum illud, *heredar,* comprehendit vtramq; successionem tam ex testamento, quam ab intestato, vt docet Gregor. Lopez part. 4. tit. 15. l. 9.

Secundò, id videtur colligere ex *90* subsequenti clausula legitimationis, v. 3. *Quod non sit in præiudicium filiorum ex legitimo matrimonio natorum, vel procreandorum, & subsequitur: ni de los otros vuestros herederos descendientes, y ascendientes por linea derecha, ex testamento, o ab intestato, ex quibus verbis appareat, quòd dum Rex voluit, vt legitimatio non præiudicaret heredibus descendentiis, vel ascendentiis ex testamen-* to,

to, & ab intestato, implicitè videtur voluisse, & cōsiderasse, hos filios legitimatos succedere posuisse etiam ab intestato; quoniā alias si ab intestato non succelsissent, illa clausula, ne fieret praeiudicium heredibus ascendentibus ab intestato, non deseruaret, nec operaretur, ex quo sequitur, quòd si filius legitimatus succedit, tām ex testamēto, quām ab intestato, habetur, ac si simpliciter fuisse legitimatus, & habet querelam, & ius dicendi nullum, ex doctrina Gregor. Lopez part.3. tit.18.l.9.glos.3.

Tertiò ponderat, quòd si denega-  
91 retur Cælari successio ab intestato, legitimatio in nihilo operaretur, imò esset ei nocua, & inutilis; quia se- cundum prædicta omne id, quod per legitimationem conceditur, etiā ante legitimationem cōsequi poterat, & iure cōmuni in defectum legitimæ prolis poterat hæres institui, reserua ta tantum parentibus legitima auth. licet C. de natur. liber. & attenta l.10. Tauri poterat etiam parentibus legitima tolli, & attenta legitimatione stantibus ascendentibus disponi non potuisset in beneficiū legitimati, quæ tamen obiecta facillimè resoluuntur.

Quoad primum, si Rex simpliciter  
92 dixisset, ut filius succedere valuerit in quibusunque bonis quouis modo, tunc illa clausula non restringeret successionem, sed potius ampliaret; sed quia specificè in initio legitimationis statuit, ut consequi poslit quævis bona, subdit, quæ per patrem, vel alios quoscunque data, vel relicta fuissent ex testamento, vel alia ultima voluntate, aut donatione, se restrinxit si ne dubio ad id, quod à patre, vel alijs fuerit dispositum, & sic requiritur dispositio aliquo ex modis p̄dictis specificatis, quouis modo patri, aut alijs visum fuerit, remittendo omnia arbitrio paterno, cùm modos relinquendi specificauerit, ob quod sub aliquo illorum motorum, seu titulorum minima cāusa intestati comprehenditur,

vt Rimini. iun. docuit in d. cons. 176. n. 8.  
27.lib.2. & Bero. cons. 84. col. fin. lib. 2. Voluntas enim, de qua in legitimatio ne fit mentio, debet esse dispositiva; non autem permisiva, expressa, non tacita, vera, non ficta ex notatis per Camer. in cap. Imperiale fol. 66. à ter. At causa intestati habet solum fictam, tacitam, & permisivam voluntatem defuncti, l. conficiuntur, & l. si quis cùm nullum ff. de iur. codicill. Merito non comprehenditur, quia cùm successo filij legitimati pendeat ex tenore legitimationis l. fideiussores Magistratum S. pro Aurelio ff. de fideiussor. Soc. cons. 95. num. 13. lib. 1. Barz. decis. Bon. n. 91. num. 28. Costa q. 156. nu. x. legitimatio ex vna causa ad succen dum, ad aliam non extenditur, Soc. d. cons. 246. num. 5. Curt. senior d. cons. 73. nu. 60. Burf. d. consil. 355. num. 27. & omnia potissimum regulantur à voluntate paterna, vt ijdem DD. modò eitati testantur, & Alciat. in rubr. ff. de lib. & post lib. nu. 3. Decian. d. cons. 19. num. 15. 26. & 27.

Confirmantur prædicta ex alio;  
93 quia antiquitùs legitimationes Ca stellæ fiebant ita amplè, quòd legitimatus poterat succedere tām ex testamento, quām ab intestato, vt in l. 9. tit. 18. part. 3. Hæc autem generalis forma legitimandi deinde ex confuetudine Regum posteriorum fuit re stricta ad id solum, quod pater vellet relinquere, vt animaduertit Gregor. Lop. in ead. l. 9. glos. in verbo testamento in fin. ibi secus se sit limitata, vt communiter hodie fiunt ad ea, quæ pater vellet sibi relinquere, & sic contra dis positionem illius legis admittentis filium legitimatum ab intestato, idem testantur Suarez in d. l. quoniam in prioribus limit. 12. num. 4. post princ. fol. 383. in puruis, Couar. de sponsal. 2. part. cap. 8. col. 2. Gama decis. Lusitan. 11. Tell. d. l. 12. num. 20. Azeued. lib. 5. tit. 8. l. 10. nouæ recopilationis, Caldas in d. l. securatorem in verb. sine curatore num. 52. Valasc. consult. 165. num. 6. cum

cum seq. & in praxi partit. loco citato, & Moli. in d. disp. 173. col. 8. l. C. & D. Ideò obseruanda erit omnino limitata successio, prout dictat tenor legitimationis, & si forma consueta restrinxit formam antiquam legitimandi, de qua in d.l. 9. non in alio restrinxit, nisi in tollendo successionem ab intestato, quæ concedebatur per antiquam formam legitimandi, maxime dum limitatur successio in eo, quod pater reliquerit in testamento, vel donatione.

*Confilium* verò *Ruin.* 84. lib. 3. non 94 obstat; Non enim dicit illud, ad quod allegatur, testatur nanq; quòd si quis legitimatus fuerit ab habente facultatem plenè legitimandi, cum successionis tamen limitatione, ut solum succedat ex testamento, vel donatione à volentibus relinquere, quòd ex hac restrictione legitimatio non converitur in dispensationem; sed remanet vera legitimatio, & hoc quoad personam; quia successio est quid à filiatione distinctum, ut dictum est supra, non autem dicit *Ruin.* quòd facultas succedendi ex tali clausula non dicatur restricta, ut ad modos non expressos extendatur, vel procedit in legitimato à Comite Palatino, cui data erat potestas plenè legitimandi, quo casu illa verba possunt videri posita augmentatiuè, secus in legitimato à Principe cum dicta limitatione, cuius vigore successio posita est in voluntate patris dispositiua, ut idem *Ruin.* declarat in *conf.* 86. post num. 19. vers. non obstat eod. vol. 3.

Verbum autem (*heredar*) simpliciter appositum importaret utramq; successionem ex testamento, & ab intestato; sed q. a. statim sequuntur verba ibi: *que por vos, por testamento, &c.* ) è qualquier personas le fueren dados, dexados, &c. hæc verba limitantia, quæ statim subsequuntur, restringunt præcedentia, & generalitatem præcedentis verbi (*heredar*) ut succedere valeat in eo, quod pater reliquerit

uno, vel alio ex modis predictis, & nō simpliciter ad notata in l. si seruus plurium: S. vlt. ff. de legat. 3. & in l. si cùm fundat ff. de verb. sign. Nec verbum predictione referri potest ad hereditatem simpliciter, sicut ad honores simpliciter fuit legitimatus; quia post perfectam orationem quæ ad successionem limitatam modo predicto longè post successionem agitur de honoribus; & officijs per alias verbas habentia perfectam orationem iuxta notata in l. in repetendis ff. de leg. 3. & si successio limitata ab initio habuit suā specificam determinationem, non potest regulari à subsequenti oratione quoad honores ex doctrina Bal. in l. 1. nu. 5. C. de legitim. hered. Alex. latè declarat in *conf.* 48. post num. 7. vol. 1.

*Doctrinæ* verò *Gregor. Lopez* in d.l. 96 9. part. 3. tit. 18. nedum parti prodesse non potest; sed principaliter aduersatur, & confirmat quæ supra retulimus; dicit enim, quòd filius legitimatus potest impugnare testamentum per querelam, intelligas, dicit ipse, in legitimatione simpliciter facta, vel ut bic, idest in illa l. 9. quā glossabat, ubi est casus, ut filius legitimatus succederet in omnibus bonis patris tunc præsentibus; vel futuris quancunq; pater decesserit cum testamento, vel sine testamento. Quare illa legitimationis formula perinde habetur, ac si esset facta simpliciter, dum absq; limitatione admittitur filius ad bona patris, siue decesserit testatus, siue intestatus, addit *Lopez.* secus verò se est limitata, ut communiter hodie sunt ad ea, quæ pater vellet sibi relinquere, ubi videndus est, & sic clarè sentit, quòd dum conferitur legitimatio ad ea, quæ pater vellet relinquere, non erit simplex legitimatio quoad successionē; sed erit attendenda dispositio paterna, contra quam non competit querela, nec ius dicendi nullum testamentum, quod fortius procedit, dum sunt declarati modi succedendi, ut in casu nostro.

Quò-

Quod ad secundum, ponderatio partis dirimitur faciliter; quoniam non ex hoc, quod legitimatio non inferat praividicium heredibus ascendentibus, vel descendantibus ex testamento, & ab intestato, sequitur, quod filius taliter legitimatus succedere potuisset etiam ab intestato, ut illa verba non essent inutilia, siquidem verba illa satis operari poterant, & utilissima sunt, etiam testamento non facto, & non includunt successionem filij ab intestato, quoniam dum Cesar fuit habilitatus ex legitimatione tam ex testamento, quam ex donatione, poterat pater illi facere immensam donationem, & decedere intestatus, & sic pravidicare ascendentibus, qui ab intestato successissent, & a legitima potuissent excludi, si talis filius reputaretur ad instar legitimi, sicut per existentiam legitimi nihil debetur parentibus etiam ratione legitimæ, vt docet Peregr. de fideicom. art. 32. nu. 27. & art. 38. nu. 44. & proinde illa clausula sine praividicio heredum descendantium, vel ascendentium ex testamento, vel ab intestato conseruat iura praeditis, vt aduersus inofficisam talem donationem venire possit, iuxta tex. in l. si filius, vbi gl. Bart. & ceteri C. de inoffic. donation. & eis legitima debeatur non obstante donatione, non autem quod filius ita limitate legitimatus valeat succedere ab intestato.

Quod ad tertium, aduertatur primò, 98 talem legitimationem esse utilem, quia restituit filium natalibus, & deleuit omnem maculam, & alia, vt considerat Lopus de illegit. dicto commento 3. S. 1. num. 51. & Peregrin. punctualiter art. 23. sub num. 83. vers. verum, vbi addit, quod poterit etiam totū capere ex dispositione paterna, deficiētibus illis, quibus ius fuit reseruatum; erit etiam secundò utilis, quia, cum de iure communī statibus legitimis vinciam tantum ex substantia paterna capere poterat, l. 2. vbi Doct. C.

de naturalib. liberis, Alex. in l. si quis ex bonis in princ. ff. de vulgar. & pupill. & in conf. 198. lib. 6. Cagnolus in l. si qua illustris num. 6. C. ad Senat. consul. Ofician. legitimatus tamen potest ex testamento plus capere, licet aliqui voluerint, vt non capiat minus, quam vnu ex legitimis, cui minus sit relatum, ex tex. in l. communium S. si. C. de naturalib. liber. Ioann. Andr. in regula sine culpa in 2. q. de reg. iur. in 6. Dec. conf. 393. colum. 2. Laderch. conf. 107. nu. 77. Paris. conf. 12. n. 172. lib. 2. & alij relati per Peregr. d. ar. 23. n. 31. Alij vero, vt succedat ex testamento in totū, detracta tantum legitima filiorum legitimorum Alex. conf. 187. ante nu. 8. lib. 5. Aret. in d. S. & quid si tantum sub nu. 27. Capic. decif. 22. nu. 8. Alciat. in d. rub. de lib. & postb. num. 13. Castr. conf. 27. lib. 2. Couar. de sponsal. part. 2. c. 8. S. 10. sub nu. 1. vers. in ceteris operatur: & tertio dicta legitimatio quāuis restricta quodad successionem operatur, vt consecuto testamento, licet imperfecto substineatur nedum in beneficium filiorum legitimorum, & naturalium, sed etiam in beneficiū huius filij legitimati, vt docet Burgos de PaZ in 1. par. l. 3. num. 320.

Nec insuper esset damnsa, vt finitur; quia de iure communī ascēdentiibus debetur legitima; ipsis vero naturalibus residuum relinqu potest, etiam attenta illa clausula sine praividicio, & ex paterna dispositione omne illud, quod de iure communi capere poterat ante legitimationem, etiam nunc licet consequitur; quia illa clausula reseruativa nihil ponit in esse; sed tantū conseruat ius ascēdentiibus, quod habebant tempore legitimationis ex traditis per Bar. in l. ille, & quo S. si de testamento nu. 5. ff. ad Trebell. Dec. conf. 106. col. fin. Isern. in cap. 1. num. 9. in fin. qui successores teneantur, & sic conseruat etiam petitionem legitimæ parētibus extra Regnum Castellæ, cum illa lex 10. locum habeat intra Regnum Castellæ, non ultra ad nota-

notata in l.j.C.de sum.Trin.& fid.catb.  
imò illa clausula conseruat iura ascé-  
dētibus, sed non tollit iura trāsversa-  
libus, de quibus non loquitur, & illo-  
rum omisſio relinquitur in dispositio-  
ne iuris communis l.s̄ extraneus ff.de  
cond. ob causam, quō iure agnati ex-  
cludunt legitimatum cum limitatio-  
ne ad successionem ex testamento,  
quemadmodum in eadem legitimati-  
one habilitatur filius etiam ad reli-  
cta ab extraneis ibi: ò por otras quales-  
quier personas, quæ tamen omnia ci-  
tra legitimationem quilibet illegiti-  
mus consequi potuisset, dummodo  
non à parentibus, l.s̄ is, qui ex bonis  
ff.de vulg.& pupill. vbi Bar.Bal.Castr.  
num.6. I mol. nu.2. & Ias.num. 3. & sic  
expressio, quæ inerat, & reseruatio,  
quæ iura conseruat, non tollit iura  
collateralium, ex quibus resultat, quòd  
si pater non disposuisset, talis filius  
non successisset ab intestato, attento  
tenore legitimationis prædictæ, & re-  
mansisset ius saluum, vel quoad duas  
vincias non existētibus liberis d.auth.  
sices, vel quoad alimenta, quæ iam ha-  
buit Cæsar etiam ex dispositione te-  
statoris; factō autem testamento ceſ-  
sat querela, & ius impugnandi, & suc-  
cessiūe nullo modo competit petitio  
legitimæ, dum contra testamentum  
venire non potest.

Ratio autem principalis supradi-  
100 cæ verissimè conclusionis ultra alia  
superiùs adducta, resultat ex eo, quòd  
licet persona sit verè legitimata; cùm  
tamen de successione quærimus, to-  
ta videtur deposita in patris volunta-  
te, cuius liberum est arbitrium filio  
aliquid relinquere, vel in totum præ-  
terire iuxta doctrinā Alex. punctua-  
lem in d.rub. ff.de liber. & postibum. qui  
dum loquitur in legitimato simplici-  
ter, quòd rumpat testamentum pa-  
ternum, limitat, si forma legitimatio-  
nis aliud importaret, scilicet si filius  
ad succedēdum admitteretur ex vo-  
luntate testatoris, à cuius arbitrio to-  
tal is exclusio filij dependet, ita se-

quendo Alex. declarant Decian. d.  
conf.19. Rebus. in praxi benefic. in tit.  
de rescript. nu.13. & 14. fol. mihi 398.  
Ias. d. conf.202. num.14. per tot. opti-  
mè Ruin. d.conf.86. post num.19. vers.  
non obstat vol.3. & Tell. diffusè loc. cit.

Non est etiam omittendum, quòd  
101 si vera esset prætensio partis, quòd  
taliter legitimatus potuisset succede-  
re ab intestato (quod est falsum) certè  
secunda, & posterior legitimatio Cæsa-  
ris ex hoc iolo indubitâter corrueret:  
nam in secunda legitimatione facie-  
da est mentio prioris legitimationis  
alterius filij, cùm vel secundam Prin-  
ceps nō concessisset, vel difficilius, &  
omissis generalibus propriè loquen-  
do in duob⁹ filijs legitimatis, vt sit fa-  
cienda mētio præcedentis legitimati-  
onis, aliàs secunda non subsistit latè  
probat Socin. conf.65. num.10. in fin.  
cum seq.vol.3. quem sequitur Gabriel  
comm.opinio.lib.6.in tit.de legit.conclu-  
sione 7.num.5. Tell.d.l.12.nu. 4. Costa  
in d.S. & quid si tantum par.1.nu.138  
vers. fortassis tantum iuncto vers.præ-  
cedenti, Hondo d.conf.89. num.3. vol.1.  
& licet ibi defendat secundam legitimi-  
nationem num.20. Illud procedit ea  
ratione; quia primus legitimatus (vt  
in casu nostro) non poterat ab inte-  
stato succedere. Proinde ex duobus  
alterum fieri necesse est, vel quòd ta-  
liter legitimati nullatenus ad intestati  
successionem admittantur, vt valida  
sit secunda legitimatio, vel si illius suc-  
cessionis ab intestato capaces exi-  
stant, corruat secunda legitimatio, nō  
facta mentione primæ legitimationis,  
vt per Soc. in d.conf.65. à quo nemo  
dissensit.

Contra hanc verissimam conclu-  
sionem tot medijs confirmatam ad-  
uersarius allegat primò aliquas ratio-  
nes in contrarium. Secundò præten-  
dit, Doctores allegatos pro nostra opini-  
one loqui in casibus diuersis, nēpe  
in spurio legitimato, vel in dispenſa-  
to, non in legitimato verè; vt hic, aut  
in legitimatione restricta cum dictio-  
nibus

nibus taxatiuis tantum, vel dumtaxat, vel in legitimatione per verba negatiuē concepta. Tertiō adducit nonnullas DD. authoritates, quæ tamen sicut veritatem supradictæ conclusio- nis obumbrare non possunt, ita facil- limè ex infrascriptis pro maiori clari- tate reiiciuntur.

Et omissis rationibus, de quibus 102 verba faciemus in secundo articulo grauaminis, & substitutionis, deue- niendo ad secundum. Primò est ad- uertendum, plures ex Doctor. à Rio- bis citatis loqui de filijs naturalibus legitimatis, non de spurijs cum clau- sula limitatiua successionis, vt Höded. Costa, & Peregrin. licet male de spurio ab aduersario intelligantur, qui alias allegant, quamvis adhuc DD. loquē- tes de spurio respexerint ad omnes illegitimè natos; non tamen ex con- cubina domi retenta iuxta tradita- per Couar. de sponsalib. part. 2. d. cap. 8. §. 5. num. 1. Lup. de illegitim. in præf. num. 9.

Secundò, licet facti series in ali- 103 quo casu fuerit in filio spurio, non tamen DD. se fundant in eo, quòd filius legitimatus erat spurius; quoniam licet esset spurius: si tamē Princeps vult, potest eum plenè legitima- re, & erit verè legitimatus, & restitu- tus ad omnia iura legitimorum, tam quoad personam, quam quoad suc- cessionem, vt colligitur ex Alex. in d. rub. ff. de lib. & posthum. Dec. cons. 55. nu. 4. vers. nec obstat, maximè si adsunt clausulæ derogantes, vt notat Pere- grin. art. 23. num. 32. Lup. d. comm. 3. §. 1. num. 51. Etenim in spurio etiam dicitur plena legitimatio quoad per- sonā, licet restricta quoad succeſſio- nem, quamvis eo tempore matrimo- nium contrahi non potuisset; quia ante legem ciuilem omnes legitimati- nascebantur, S. liceat in authent. quib. mod. natur. effic. legit. deinde lex restrinxit successionem ad eos, qui ex matrimonio nati essent, ideò po- rest Princeps tollere impedimen-

tum legis, & omniem differentiam à iure ciuili inuentā, ac ius posituum, & secundum primæua iura legitima- tum admittere, quamvis dispensare non possit super radice matrimonij, aliás lequeretur, quòd Imperator nō posset quemquam verè legitimare, cū non sit luum prouidere super radice matrimonij, quod est falsum, Soc. opti- mè in l. Gallus §. si eius col. 3. in fin. post num. 5. in uers. sed ultra ea, quæ ipse di- cit ff. de lib. & posthum. Alber. in rub. ff. de decret. ab ord. facien. Abb. & Pra- pos. in cap. per uenerabilē S. quod autem qui fil. sint legit. Ant. de Rosell. de legi- tim. part. 2. lib. 2. cap. legitimatis ef- fectus num. 7. tom. 8. Tractat. part. 2. in nouiss. Aret. in Lex factō num. 12. ff. de uulg. & pupill. Minado. decis. 34. nu. 1. Mantic. de coniect. ultim. uolunt. lib. 1 D tit. 10. num. 31. Couar. latè declarat d. cap. 8. §. 8. sub num. 4. uers. quod ex pre- dicta opinione, & uers. quod uerum est; & uers. quia licet ipse Princeps, Peregr. d. art. 23. num. 32. & propriè num. 36. & GonZaleZ reg. 8. Cancel. gl. 5. nu. 122. Idēq; spurius verè legitimatur à Prin- cipe non per approbationem matri- monij, imò remedium legitimatis per rescriptum inuentū est, vbi matri- monium interuenire non pót. sed & aliud in Authentico quib. mod. natur. effic. legitim. & sic DD. non se fundant in eo, quòd legitimatus erat spurius; sed in successione limitata ex volun- tate legitimantis; ob quod clausulæ limitatiua efficiunt, vt quoad succeſſionem remaneat tanquam illegiti- mus, qua ratione Alex. singulariter in d. rub. ff. de liber. & posthum. num. 3. dicit, quòd spurius simpliciter legit- imatus rumpit testamentum, sicut fi- lius naturalis legitimatus, nisi (dicit ipse) adsit clausula restrictiva, & sic nulla cōstituitur differentia inter spu- riū, & naturalem, sed tantummodo est vis in clausulis limitatiuis respectu succeſſionis, sicut in casu nostro, quē Dec. & alij supra relati sequuntur.

104 Similiter nō est facienda vis, quòd ali-

aliqui DD. loquantur in dispensato, li-  
et multi testentur de legitimatis, vt  
*Burs. d.conf.355. nu.27. & 60. Peregri.  
Cald. Tell. Matienz. & Cesar de Graffis  
in locis citatis, Ias. dicto conf.202.lib.2  
Suarez d.l. quoniam in prioribus num.  
4. Lopez dicta par.3.l. 9. glos.3. Couar.  
dicto S.8.num.2. Rimin. sen. dicto confil.  
289.num.51.lib.2. Dec.d.conf.264.nu.  
3. & Soc.d.conf.246.lib.2. quoniam  
DD. omnes etiam loquentes in dis-  
pensato non subsistunt in eo, quod  
filius dicatur dispensatus, non legitimi-  
matus, sed in ratione iuris, quod filius  
legitimus cum successione restri-  
cta dicatur dispensatus, vel quod li-  
cet respectu personae dicatur verè le-  
gitimus quoad successionem, ta-  
men remaneat tantummodo dispen-  
satus secundum patris voluntatem,,  
& respectu successionis habetur pro  
illegitimo, & aduertatur, quod non  
dicimus, filium esse pro parte legitima-  
tum, quia etiam data pro vera cōtra-  
ria opinione, filius quoad personam di-  
cetur verè, & integrè legitimatus in-  
diuisibiliter, & integraliter. Verū quia  
successio non est pars integralis legi-  
timationis poterit restringi, & limitari,  
& dicetur filius legitimatus; sed non  
succederet in plus, quam pater in testa-  
mento relinqueret, vt tradit *Curt. sen.*  
in *d.conf.73. post num.7. vers. & sic ex  
bis omnibus*, & latè inter alios consi-  
derat *Io. Baptista Costa d.q. 156. post  
num.7. & Lopus nu.55. loco citato.**

105 Ponderatio autem partis, vt legi-  
timatus cum successione restricta tūc  
nō admittatur, quādo adfuerint in le-  
gitimatione dictiones taxatiuae tan-  
sum, dumtaxat, vel similes, aliqua ra-  
tione fundari non potest; quia vltra q  
multi ex DD. ponunt casum in legitima-  
tione facta sine dictione taxatiua,  
vt *Alex. conf.25.lib.1. & conf.30.lib.4.  
Dec.d.conf.264. & in l. 1.C.de bon.poss.  
contr.tabul. Tellus. d.l. 12.nu.26. & 27.  
Matienz. Socin. & Lopus locis citatis,  
Ias. dict rub. ff. de liber. & posthum. Co-  
uar. d.cap.21.lib.4. cæteri etiam DD.*

dū narrant factum successionis limi-  
tatæ, referūt, seù ponunt diuersas clau-  
sulas restrictiuas, aliquando cum di-  
ctionibus taxatiuis, nō nunquam ve-  
rò sine, scilicet quod succedat filius  
in certa parte tantum, vel dumtaxat,  
aut in eo, quod pater voluerit, vel si-  
ne præiudicio venientium ab inte-  
stato, vel ex testamento, aut dona-  
tione, vel consimiles; In decisione au-  
tem articuli non se fundant in verbis  
taxatiuis, aut quod illæ tantum ope-  
rentur limitationem, sed in clausulis  
restrictiuas, per quas successio remit-  
titur voluntati paternæ, vt *Alexand.*  
posuit in *d.conf.30. lib.4. & conf. ulti-  
mo lib. 5. allegando cap. 1. de filijs na-  
tis ex matrimon.ad Morgan.contract.*  
qui text. etiam ponderatur ad digno-  
scendum, an successio limitata efficiat,  
vt filius dicatur dispensatus, vel verè  
legitimus quoad personam, *Decius*  
quoque in allegato *conf.264. vers. sed  
quicquid sit*, vtitur illo medio ad tol-  
lendum omne dubium, & quamlibet  
controversiam verborum, quod suf-  
ficit, effectum successionis fuisse limi-  
tatum, quomodounque se habeant  
verbæ legitimationis, etiam quod sit  
vera legitimatio, pariter clausula, de  
qua supra diximus, quod succedat fi-  
lius in eo, quod pater reliquerit ex  
testamento, vel ab intestato, est absq;  
dictione taxatiua, & illius vigore cō-  
muniter DD. concludunt, non dari  
filio successionem aliquam contra  
testamentum, de quo latè *Couar. d.  
c.21.lib.4. var resol.* Item quod suc-  
cedat ex testamento, non ab intestato,  
de quo *Castrensi. in l. sed si hac S. pa-  
tronum nu.7. ff. de in ius voc. Soci. conf.  
246.lib.2. loquens in plenè legitima-  
to absque dictione taxatiua, Ias. in-  
rubr. de lib. & postb. num. 15.*

106 Insuper videantur omnes clausu-  
lae relatæ per *Tellum in l. 12. supra nu.  
26. vers. 2.* in quibus non adjicitur di-  
ctio aliqua taxatiua etiam in vera le-  
gitimatione, veluti quod succedat ex  
testamento, & ab intestato, vel sine

D præiu-

præiudicio ascēdentiū, vel descendētiū, vel in eo, quod patri placuerit, vel alio quoquis modo, & tamen filius non succedit, nisi secundum voluntatem patris dispositiūam, vel permissiūam, contra verō, vel præter voluntatem nihil consequetur, vt ibi latissimē comprobat, & sequitur *Matiens*.*tit.8.l.10.glos.1.num.6.* omnino vidēdi, & *Lupus* amplē declarat *d.S.j. n.49.* quòd si aliter diceremus, seque- retur, clausulas restrictiūas absq; di- citionibus taxatiūis in aliquo nō ope- rari, & daretur successio filio hoc mo- do legitimato cōtra testamētū pater- num, q̄ est omnino falsū, vt per *Couar.* ex aduerso malē ponderatum in *dicto cap.21.num.3.* vbi usque ad finem iu- ribus, & rationibus reprehendens *GoZad.* fundat, legitimatū, ita vt si suc- cedere possit patri ex testamento, vel ab intestato non posse modo aliquo testamentum impugnare, ibique in- vers. *quò fit,* subdit, dictionem tantū nullius esse considerationis, nec per illam similes casus excludi, quia di- citiones taxatiūe non tollunt signifi- cationem illorum verborum, quibus adisciuntur, imò illam extendere so- lent ad similia, & comprobant viua ra- tione in vers. *id verò.* Namq; filio na- turali legibus denegatum erat agen- di contra testamentum, vt dicit *glos.* communiter recepta in *dicta l.1.in- vers. naturales ff. de bon. possess. contra tabul.* sicut in principio notauiimus. Dum itaq; Princeps habilitat filium ad succedendum ex testamento, vel etiam ab intestato, utique succedere non poterit contra voluntatem, cū illa nō sit species successionis, sed po- tius habilitatio ad succedendum, & si admitteretur, aperiretur via successio- nis ab intestato tabulis rescissis, l. *vt liberis* cū ibi notatis *C.de collat.* imò nulla ratione suaderi potest, vt habili- litatio ad succedendum secundum voluntatem trahatur ad casum con- trarie voluntatis, & sic ad impugnādū testamentū, & notant *Sacin.* *Alex.* *Ias.*

& cæteri in *rub. ff. de lib. & posth. abs q;* contradictione, & remanet indubita- tum, ex clausulis restrictiūis etiam si- ne dictiōibus prædictis dari filio suc- cessionem secundū voluntatem patris, & non aliter, quod tantō fortius pro- cedit in quæstione nostra, dum limita- ta est successio in dispositione patris per testamentum, vel aliam volunta- tem, aut donationē, vt diximus supra.

*107* Ultimum assumptum partis con- stituentis differentiam inter legitima- tionem conceptam verbis negatiūis, aut affirmatiūis, leuissimum est, quo- niam si filius legitimatus cum limita- tione successionis etiam per verba affirmatiūa admitteretur, sine dubio con- sequeretur legitimam contra volun- tatem patris, vt infra fundabimus, & sic daretur successio contra testa- mentū paternum (quod est falsum) & clausula restrictiūa successionis affir- matiūe nō operatur **contra commu- nēm conclusionēm** *supra* firmatam, nec talis filius in aliquo differret à fi- lio legitimato simpliciter, seu à filio le- gitimo, & naturali. Insuper quāplures DD. superiū citati loquuntur in clau- sulis appositis affirmatiūe, vt *Alex. d. conf.30.Dec.d.conf.264.* & in *d.l.1.n.10. C.de bon.poss.cont.tab.Perez* *to.2.lib.5. tit.2 fo.95.vers.posterior modus,Couar. d.c.21. Azeue.d.lib.5.tit.8.l.10.nu.41. Tell.Matiens.Cald.* & *Cost.d.q.156.* & *Lup.loc.cit.* & *Greg.Lop.in d.l.9.parti.3 tit.18.* fundamentum autē principale non cōsistit in cōceptione verborum negatiūe, sed solūm in eo, quòd suc- cesso restricta est ad id, quod pater voluerit, siue affirmatiūe, vel negatiūe loquatur, vt successionis causa dicatur reposita in voluntate patris, & cu- ius arbitrio exclusio, vel admissio le- gitimi dependet, vt dicit *Cæsar de Graff.d.dec.179.n.15.in fin.* & omnes clausulæ tām negatiūe, quam affir- matiūe conuertuntur, & paria sunt dicere, succedat in eo, quod pa- ter reliquerit, vel non succedat, nisi in eo, quod pater reliquerit, cū totum remit-

remittatur voluntati paternæ ; aliás pater de necessitate cogeretur relinquare, quod est falsum, ut mox infra demonstrabimus.

108 Nec est verum, quod dum legitimatur filius, ut possit succedere ad eā, quā pater reliquerit, teneatur pater de necessitate relinquere ex significatione illius verbi potest, quod videtur importare necessitatem secundum tradita per DD. in *I. Gallus in princ. ff. de liber. & posthum.* quoniam illud verbum potest, necessitatem importat, quando præcedit negatiua, & subsequitur verbum potest cap. 1. vbi glo. de regul. iur. in 6. Aut si implicitè, & necessariò includeretur negatiua, ita declarant DD. in *d.l. Gallus in princ. Bero. conf. 27. num. 10. vol. 2. Rulan. conf. 20. num. 40. vol. 1.* veluti si fuerit dictum, quod non possit disponere, aut quod possit disponere certo modo, tūc resultat, quod aliter disponi nō possit, ut probat *text. in d.l. Gallus in princ. vbi*, quia posthumi nepotes institui non poterant, inuentus fuit modus instituendi à Gallo Aquilio, & dicitur, sic posse institui posthumos nepotes induxit, &c. absq; negatiua, intelligunt tamen ibi DD. inclusam negatiuam, quia nepotes posthumi aliter institui non possunt, nisi illo modo. In casu autem nostro simpliciter habilitatur filius, ut possit succedere in eo, quod pater reliquerit, & sic remittitur arbitrio paterno, nec includitur negatiua, ut disponere fortè non posset, nisi in beneficium dictorum filiorum, & sic cessat necessitas relinquendi, ut in individuo concludit *Caldas* ponderando dictum verbum (potest) in *d.l. securatorem num. 51.* cuius verbi, & vocis proprietas necessitatem non inducit secundum *Alciat. in d.l. Gallus num. 16.* nisi in casu illius legis ex ratione superiùs ponderata, & latius confirmabimus.

Quo verò ad DD. authoritates, quas aduersarius allegat: quia multi ex ipsis loquuntur etiam respectu le-

gitimæ prætensiæ in relichto à patre cū grauamine substitutionis, vel restitutioonis, ne responsiones iterum repeatantur, & cùm resolutio vnius facile ab altero dependeat, in subsequenti articulo dabimus respōsum omnibus alijs obiectis, & DD. authoritatibus, quā adducuntur ex aduerso.

Ex supradicta autem conclusione 109 resultat, patrem non teneri huic filio legitimato ex necessitate relinquere, quia effectus successionis, & capacitatis non se extendit ultra voluntatem patris *Dec. d. cons. 264. Iaf. d. cons. 202. col. fin. vol. 2. Alex. d. cons. ultimo in fin. vol. 5. Gabr. d. cons. 24. num. 10. & 11. in fin. Caldas in d.l. si curatorem habens nu. 52. Tellus, & Matienz. in locis allegatis, plenissimè Molina de iust. & iur. d. disp. 173. fol. 684. lit. D. non enim filius per legitimationem supradictam fit capax ad impugnandam voluntatem paternam; sed solum habilitatur, ut possit pater eidem intestamēto relinquere *DD. in d.l. Gallus S. & quid si tantum, vbi Castr. num. 16. in fin. Aret. num. 26. vers. nec obstat, Curt. sen. d. cons. 73. Soc. cons. 95. colu. 5. sub nu. 43. vol. 4.* & efficitur habilis ad succedendum ex testamento, non contra testamentum, ut per *Ang. in conf. 264. post num. 3.* & si non compellitur pater relinquere, impossibile est, quod tali filio legitima competit, *Gabr. d. cons. 240. num. 4. & 5. ob quod DD. prædicti concludunt, posse patrem sine dubio filium totaliter etiam legitima priuare pro ipsius arbitrio, Iaf. in d. rubr. ff. de lib. & posthu. num. 13. vbi Soc. cod. num. 13. idem Iaf. dicto conf. 162. num. 4. volum. 2. Tellus, Matienz. Alceued. Caldas, & Molin. in locis citatis, Peralta in l. cùm pater S. à felia num. 32. ff. de legat. 1. & in l. in actionibus S. 1. ff. de in lit. iurand. de qua potestate nullus ex Doctoribus quotquot scripsierunt, dubitauit, dicit exp̄resse *Couar. dicto cap. 8. S. 8. column. 3. vers. verūm bāc minimè probant.***

110 Succedit ex his alia cōclusio principalis, supposita prae dicta potestate grauandi quomodo libuerit, etiam nihil relinquēdo (vt indubitatum est) quod pater grauando filium aliquo non expresso respectu legitimæ, ex onere illo fideicommissi simpliciter adiecto voluerit, in casu restitutionis legitimam detrahi non posse, nec retineri, & minus trebellianicam, de qua suo loco dicemus, quam conclusionem probarunt Alcia. in rub. num. 35. ff. de lib. & posth. & in l. nemo potest num. 34. ff. de leg. i.

Idem Alcia. videndus in conf. 98. sub nu. 7. lib. 9. vbi ait ita iudicatum.

Ruin. in d.l. Gallus §. & quid si tantum num. 14. ff. de lib. & posth.

Peregrin. de fideicom. art. prædicto 36. sub num. 9. & in conf. 27. num. 6. lib. 3.

Mandel. conf. 7. num. 2. & 3.

Caldas in dicto verbo sine curatore sub num. 54. vbi improbat Dec. in conf. 257 infra citandum.

Gabriel d. conf. 24. num. 11. & 14. Tellus videndus, Matienz. Azeued. Suar. & Didac. Peralta in locis allegatis.

Cæsar de Grassis d. dec. 179. nu. 19. qui fuit casus Gabriel. in d. conf. 24. relatus similiter in decis. Rota diuers. 353. & 355 par. 1. In quibus licet casus primo loco visus fuisset dubitabilis ex clausula omni modo meliori, & alijs consideratis inclinabant Domini contra Paris. Cephal. & Dec. in eius conf. 257. attendo conf. eiusdem Decij 264. & tamen in eadem causa in anno 1603. die 24. Nouembris fuit decisum, legitimam non deberi, vt ex decisione nouissimè transmissa ab Urbe Roma, quod fortius procedit in specie nostra, stâte strictiori limitatione successonis, vt supra ponderauimus.

Quæ conclusio pluribus rationibus indubitate comprobatur, Primo, quia dispositio facta de hæreditate ad totam hæreditatem refertur; sic etiam in dispositione facta per fideicommissum, Alber. in l. Titia nu. 7. ff. ad leg. falc. argum. tex. in l. si sponsus §. ff. ff.

de don. inter vir. & ux. quia de re Soc. in l. Centurio num. 31. ff. de vulg. & pup. subst. & Dec. in l. precibus sub nu. 24. C. de impub. & alijs subst. dixerūt, fideicommissum factum de restituenda hæreditate ad totam referri, & legitimam comprehendere ex ipsa testatoris voluntate, licet filijs legitimè natis ex defectu potestatis hoc non officiat ex l. quoniam in prioribus C. de inv. testam. quod dictum Soc. & Dec. late defendit Soc. iun. in d.l. Centurio à num. 152. quando igitur in testatore adest potestas grauandi in legitima (vt in casu nostro) eti generalibus verbis sit explicata voluntas, semper in vniuersali fideicomisso intelligitur grauamen etiam in legitima.

112 Secundò, si pater in specie, quam agimus, nō tenetur ex necessitate filio aliquid relinquere, fortius poterit quocunque onus, & grauamen imponere in beneficium alterius, cum illa institutio ex voluntate procedat, probat sex. in l. iuris g̃etium §. adeò ff. de part. ibi. nam si res potest tolli in totum, cur & non reformari, l. quidam testamento §. fin. vers. nam cum ff. de leg. i. Si enim pater poterat in totū excludere, non minus vincula, & conditio-nes apponere, docet Peralta in d. §. à filia sub nu. 32. vers. ex quibus ll. V a sq. de succes. creat. in repet. l. quoniam in prioribus limit. 73. num. 486. allegans nonnulla iura, & signanter text. in l. se Tito pecunia §. sicuti ff. de leg. i. sicuti in filio, qui renunciauit paternæ hæreditati, quod si pater cum hæredem instituat, liberū erit arbitrium quodcumque onus, & grauamen appone-re, cum illa institutio non ex necessitate procedat, Costa in cap. si pater de testamen. in 6. par. 1. vers. absque deducione num. 25. Molin. de primog. lib. 2. cap. 3. nu. 5. Caldas diffusè comprobat in d.l. si curatorem in ver. sine curatore in vers. secundò infero in fin. fatentur omnes in d. rubr. de lib. & posth. Ruin. in d. §. & quid si tantum nu. 14. vers. quartus, & ultimus casus, quem refert

refert, & sequitur Gabriel d.conf.24. sub num. 10. & D.de Franch. deci. 720 num. 5. loquens in filio naturali, qui licet succedere possit in duabus vncijs non existentibus alijs filijs legitimis, & naturalibus, condito tamen testamento pater, qui de necessitate relinquare non tenebatur, in reliquo potuit onus imponere, & illud grauamē includit etiam dictas duas vncias, cū filius non potuisset testamentum patris impugnare, & si aliter diceremus, sequeretur, quod filius legitimatus limitatè quoad successionem, si legitimam reieクト grauamine retinere posset, absq; dubio veniret contra voluntatem defuncti; quod non est admittendū ex allegatis superiūs, & in nihil differret à filio legitimo, & naturali.

Tertiò, sicut filius conqueri non posset, si nihil, vel modicum ei pater reliquisset, nec minus si cum instituendo grauauit simpliciter onere fideicommissi, Suare in d.l. quoniam in prioribus d.limitatione 12. col. pen. & ultim. referens sic fuisse iudicatum, sequitur Perez d.l. 5. tom. 2. tit. 11. fol. 95. vers. posterior modus, Azeued.lib. 5 tit. 8. l.x. num. 41. prop̄ fin. Dec.d.conf. 264. latissimè comprobant Tellus, & Matienz. vbi supra efficacissimis rationibus, dicunt enim, quod dum pater non tenetur relinquere contra eius voluntatem, illud, quod relinquitur cum grauamine, vel onere, illo grauamine minuitur reliquo, ita quod non est facienda computatio de reliquo simpliciter, sed de reliquo cū onere, & cū si nihil reliquisset, filius non posset conqueri, quia legitimatio ad hoc non porrigitur, à fortiori si modicum, vel grauatum reliquisset, vt per DD. quos allegant, & inter alios Dec. d.conf. 264. col. pen. quo loci, licet ante disputasset de verbis legitimatio- nis, quam videre voluisse, & an intel- ligeretur vera legitimatio, quamvis li- mitata respectu successionis, tandem concludit, quod quomodo cunque se habeant verba legitimatio- nis, dato

quod propria fuisset legitimatio (de qua agitur) nobis sufficit, quod effe- ctus successionis sit limitatus; quia non potest succedere ex testamento, nec ab intestato, nisi in eo, quod pa- ter voluerit, nec potest petere legiti- mam aliquam stante ista legitimatio- ne, & si vera esset prætensio partis, se- queretur, quod hic filius reputaretur ad instar legitimi, & naturalis, si non obstante grauamine posset legitimam detrahere, & sic contra voluntatem testatoris, quod non permittitur filio legitimato limitatè, ita vt nec legitimam, nec supplementum petere pos- sit, etiam quia legitima, nisi sit reliqua, detrahitur contra voluntatem Bart. in l.liberto S.filium ff. de ann. legat. Socin. in d.l. Centurio num. 31. ff. de vulgar. & pupill. Alex. conf. 138. col. 1. lib. 1. Ruin. conf. 55. num. 8. lib. 2. latè Peregri. in d. art. 36. num. 151. Rip. in l. in quartam num. 114. ff. ad leg. falcid. Socin. in l. 1. S. si beras post num. 7. ff. ad trebell. Rimini. sen. d.conf. 289. num. 11. lib. 2. Crauett. qui de communi testatur in l. 1. num. 135. vers. sed in contrarium ff. de leg. 1. Costa in d.q. 156. post num. 7. cumular Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 7. tit. 11. nu. 8. vers. sed Bartolus, & nu. 11. circa fin. Caldas in d. l. si curatorem num. 54. sicuti supplementum legiti- mæ loco querelæ successit l. omnimo- do, & l. sancimus C. de inoffic. testamen. quæ contra voluntatem defuncti in- tentatur Bar. in l. libera S.filium ff. de ann. legat. Soci. in d.l. Centurio num. 24. Dec. in d.l. precibus num. 24.

114. Ex aduerso adducuntur aliquæ ra- tiones, quæ principaliter deducuntur ex Dec. in conf. 257. vbi concludit pro filio legitimato, quibus sigillatim respondeatur, vt cognoscatur meritò fuisse à ceteris reprobatum dictum confil. Dec. sicut pluries contra iudicatum fuit, vtq; confirmata clarissimè rema- neat conclusio prædicta, accingam me ad reiectionem quorumcunque con- traria, licet tam exacta discussione opus non esset in præsenti questione.

115 Primò allegat aduersarius, non esse verum, quòd ex potestate grauandi, quam pater habet in legitima, videatur testator quoad illam in dubio grauamen imponere, cùm habeat etiam potestatem prohibendi falcidiam, & trebellianicam, quæ tamen, in dubio minime prohibitæ dicuntur etiam extraneo hærede instituto, & adhuc dicuntur detrahi contra voluntatem testatoris, ad *tex.* in *l. Titia* cum ibi not. *ff. ad l. Falcid.* vbi *Alber.* num. 7. probat *tex.* in *l. s. sponsus S. ff. ff. de don.* *inter vir. & uxo. glof. in cap. Raynutius,* vbi *Abb.* num. 16. de *testam.* ibiq; *Couar.* *S. 3. ante num. 7. vers. nempe Alcia.* in *l. nemo potest num. 34. ff. de leg. 1. Berenga.* in *d. l. in quartam in 4. pref.* post *nu. 6. vers. 4. puto,* vbi etiam *Rip. nu. 48. Castr.* in *l. 1. C. ad l. Falcid. Salyc. & Ias.* num. 23. in *l. filium, quem habentem C. famil. ercif. Curt. conf. 75. num. 5. Ruin. conf. 146. num. 13. & conf. 159. num. 15 vol. 3. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. c. 11. nu. 1. Gabr. conf. 86. nu. 25. vol. 2.*

Huic rationi facillimè respōdetur, constituendo differentiam inter legitimam, & falcidiā, seu trebellianicā in præsenti casu, & de vna ad aliam, inferri non potest: etenim falcidia debetur hæredi ex dispositione iuris communis ita statuentis in *S. sed quia in fin. Instit. de fideic. hæred.* & antiquo iure falcidia veniebat detrahenda etiam nolente testatore *d. l. Titia* cum ibi not. *ff. ad l. falcid.* iure autem nouo non debetur, si fuerit prohibita, *autb. sed cùm testator, vbi Doctores C. ad leg. Falcid. & in l. iubemus C. ad Trebellian.* Igitur in casu, quo testator non prohibet, remanet dispositio iuris communis, quæ non reperitur correcta; sed tantum limitata in casu prohibitionis, vnde cessante prohibitione locum habet detractione falcidiæ, & trebellianicæ etiam quòd grauamentorum hæreditatem comprehendat, sicut detrahatur contra voluntatem testatoris, qui non prohibendo censetur cum iuris dispositione se confor-

mare, ad not. in *l. hæredes mèi S. cùm ita ff. ad trebell.* in filio autem legitimato non simpliciter, sed limitatè quoad successionem cessant omnia prædicta; quia, circumscripta legitimatione, iure communi non est cautum, vt ei legitima debeatur, & ideo etiam non existente prohibitione non adest dispositio iuris pro filio taliter legitimato, cui dici posset, patrem se conformare voluisse, & minùs attento tenore legitimationis, cùm necessaria sit voluntas testatoris, à qua relictum regulari debet, & sic videtur potius se conformare cum iure competenti ex legitimatione, cuius vigore successio fuit limitata, *Soc. in conf. 150. volum. 2. Ruin. oons. 40. num. 19. & 20. volum. 3. Gabr. d. cons. 24. nu. 23. Cæsar de Graffis in d. decif. 179. num. 18. cum seq. qua attenta filius grauatus legitimam non detrahit, vt dicti DD. testantur, & Alciatus, Peregrinus, & Costa in locis superiùs adductis.*

116 Secundò, aduersarius ex rationibus *Decij in d. cons. 257.* deducit, quòd licet filius ita legitimatus nihil habere possit contra voluntatem patris, illud intelligitur de prima acquisitione, cùm hæres efficitur, vt illam quantitatem habeat, prout pater disposuerit, at postq; ei fuerit relictum acquisitū inspecta secunda acquisitione poterit legitimam retinere, cùm facilius concedatur retentio, quàm petitio, *cap. intelleximus de iudic. l. s. per retentionem C. de usur.* & hæc fuit præcipua ratio *Dec.* ibi *nu. 2.*

Hæc ratio nullam subsistentiam habet, imò attento tenore legitimationis corruit ineuitabiliter, siquidem in legitimatione persona Cæsaris in principio priuilegij legitimationis priùs fuit habilitata ad succedendum limitatè, prout pater disposuerat in testamento, vel donatione, & deinde reintegratur persona ad honores, dignitates, & officia, quod DD. tradunt communiter fieri posse in principio creationis, & erectionis legi-

gitationis cum dicta limitatione, ut latè Tiraq. in l. si unquam in verbo donatione largitus num. 305. & 319. C. de reuoc. donatio. Alciat. optimè in cons. 6. num. 4. lib. 4. Gabriel. in d. cons. 24. post num. 16. uers. uerùm in casu nostro, & sic clausula limitationis qualificauit in initio modū successionis, ut patri videbitur, & à principio legitimatio fuit in esse deducta cū effectu limitato, sunt verba Alciat. & aliorū citatorum, licet secus esset si à principio in esse deduceretur legitimatio plenariè quoad substantiam, & effectum, quo casu non posset ex post facto alterari, cū igitur in specie nostra legitimatio ab initio fuerit in esse deducta limitate respectu successio- nis repositæ in voluntate patris, illa- limitatio, & voluntas patris attendēda est, & modus relicti iuxta tenorem legitimatis cum grauamine, aliàs limitatio prædicta in nihilo deseruit, ob quod voluntas patris cū one- re non potest filio patrocinari, nisi co modo, quo interuenit, & successiuè filius onus recusare non potest, sed adimplere qualitatem annexam, ple- nè Cald. loc. cit. nu. 54. institutio nanq; filij fuit onerata fideicomissio, & eo ipso, quo institutio ponitur in esse, ha- bet esse diminutum cum onere. Igi- tur quando filius in prima acquisitio- ne habet hæreditatem, eam diminutā habet cum illo onere restituendi totam portionem relictam, & aduenien- te casu onus impositum obligat ad re- stituendum, cum sic filius institutus acquisierit, & non possunt dici plures acquisitiones; sed vnica tantum suæ portionis hæreditatis diminutæ cum onere restituendi, & sic non agitur de iure absolutè quæsito, sed de iure quæsito reuocabiliter secundum vo- luntatem testatoris, ut idem Dec. no- tabiliter posuit (de quo inf. dicemus) in l. precibus nu. 24. C. de impub. & alijs subst. qui videri debet. Retentio aut̄ non datur, ubi debitum verè, & abso- lutè non præcedit, ut Dec. ibidem do-

cet, ideoq; prohibitus petere, nec re- tinere potest cessante obligatione, in qua retentio fundari posset l. am- plius nō petif. rem ratam haberet, Alcia. in d.l. nemo potest num. 41. ff. de legat. 1. Tellus latè loco citato num. 27. Caldas sub num. 24. & Peregr. etiam conside- rauit in d. cons. 27. nu. 6. circa fin.

117 Denique considerat aduersarius, quòd testator instituendo Cæsarem, illum tractauit vt filium, proinde cen- setur voluisse, vt tanquam filius legiti- tam detraheret, cùm onus fideicō- missi reguletur ab institutione, vt quòd ad legitimam remoueatur, ex quo in- telligēdum est secundum iuris dispo- sitionem, quæ filio legitimam conce- dit l. si duo ff. de acquir. hæred. sicuti vi- demus in Milite, qui licet habeat fa- cultatem priuandi filium legitima l. si. C. de inoff. testam. si filium instituerit, & onere fideicomissi grauauerit, in fi- deicomisso legitima non compre- henditur iuxta doctrinam Alexan. & Ias. in dicta l. precibus, Ripa in d.l. Cen- turio nu. 48. quam grauatus filius po- terit tetinere, vt dicunt etiam Bald. in d.l. Centurio nu. 31. Angel. sub nu. 12. S. alyc. sub nu. 11. Castr. sub nu. 19. Alex. sub nu. 17. Ias. nu. 17. vers. subiicit, Ga- liaula nu. 74. Soc. iun. sub num. 145. & Menoch. de præsumpt. lib. 4. cap. 196. num. 18. pariter videmus in filia per statutum à paterna successione ex- clusa; vt sit contenta parte à patre re- linquenda, quæ contra voluntatem patris legitimam non consequitur, vt per Bart. in l. Titio centum §. Titio ge- nero ff. de condi. & demonstr. Dec. consil. 86. num. 4. Tiraq. de iure primog. q. 55. num. 9. Graffus de success. §. legitima q. 3. sub nu. 3. vers. contrarium, & tamen si fuerit instituta cum onere restituēdi, retinebit legitimā, & illam portio- nem liberè ablq; onere restitutoris, ita Decius posuit in d. cons. 257. ex mé- te Jacob. Butrig. in d.l. quoniam in prioribus in princ. vers. in multis partibus, consuluit etiam Bened. Capra in consil. 19. & sequitur Gomez. var. resol. tom. 1. cap. II.

*cap. 11. num. 18. & ante eos Oldr. conf. 107. Bero. conf. 107. num. 20. Surd. conf. 185. nu. 19. lib. 2.*

Hoc assumptum partis nedium non obest; sed potest in contrarium retorqueri, licet enim pater Cæsarem tractauerit ut filium, non ex hoc sequitur, quod legitimam cōsequi possit, cū nullo iure tali filio debeatur, & potuisse quoq; instituere filium naturalem, vt in *auth. lices C. de natur. liber.* qui non propterea legitimam retinere posset, ideo non sufficit esse filium, vt detrahatur legitima, sed requiritur, vt sit filius legitimus, & naturalis, vt per *glo. & DD. in l. 1. ff. de bon. poss. contr. ab. Peregr. in d. art. 36. num. 40.* vel vt sit legitimatus simpliciter quod ad omnia ad instar legitimi, & naturalis iuxta *doct. Bald. in d. cap. de causis de offic. deleg.* quem ita intelligunt *DD. superius citati, & inter alios Greg. Lop. in d. l. 9. tit. 18. part. 3. glof. 3.* Cū autem legitimatus est cum limitatione, eidem nullo iure legitima debetur: Igitur nec pater voluit contra dispositionem iuris relinquere, sed grauamen toti hæreditati apposuisse censendus est, *ad tex. in d. l. si sponsus S. si quis rogatus ff. de donatio. inter virum, & uxor.* & videtur se conformare cū iure communi à legitimatione regulato, secundum quam limitata est successio, cessante alia iuris dispositione in beneficium filij, vt *ex Soc. d. conf. 150. Ruin. d. conf. 40. Gabriel. & Cæsar. de Graff.* paulò ante citatis comprobauimus, vnde potest argumentum retorqueri in contrarium, ex alio etiam constat, testatorem non tractasse Cæsarem vt filium; quia cū primò reliquisset legata usque ad summam ducatorum 70 mil. in reliquo pro sexta parte Cæsarem nominando filium naturalem hæredem instituit, vt dicimus inferius in coniecturis.

**118** Simile verò, quod deducitur ex institutione facta à Milite, parti prodesse non potest: quoniam illa opinio, vt filius Militis grauatus simpliciter va-

leat retinere legitimam, quamvis pater eum priuare potuisse, nō est omnino tuta, & contra eam tenuerunt *Barq. in d. l. precibus sub num. 8. Fulgos. & Dec. d. num. 24. Socini. in d. l. centurio num. 31.* qui validissimis rationibus eā impugnant, & propterea aut est vera opinio eiusdem *Dec.* & aliorum prædictorum, quod miles grauando simpliciter, censeatur priuare filium legitima, etiam quod de iure deberetur, & tanto fortius procedit in casu nostro, cū filio legitimato de iure legitima non debeatur: aut verò opinio contra *Dec.* est verior, & id procedit ex eo, quod miles non fuit usus iure speciali, prout in dubio non præsumitur; sed iure communi, vt notant *Doctores in d. l. Centurio, vbi Castrensi. Alexan. & Ripa num. 24.* & cū vtitur iure communi, debetur legitima filio, vt *Caccialup. posuit in d. l. precibus num. 88.* & quod usus fuerit etiam iure communi, colligitur; nam cū iure militari potuisse direc̄to substituere etiam adultis, elegit viam fideicommissi, quæ eidem cum Pagano communis est, proinde filius tunc legitima non censetur exclusus secundum aliam opinionem. In casu verò nostro non potest dici ita testatus iure communi, vt filius non dicatur priuatus legitima, qua priuatus dici nō posset, cū illam nullo tempore habuerit, vel competierit, vt docet *Io. Baptista Costa* ultra prædictos in specie in *dīcta questione 156.* post *num. 7.* ideoq; cū filius alio iure succedere non poterat, nisi virtute legitimationis, non consideratur iuris diuersitas in reliquo, & institutione, sed attendenda est voluntas, & onus impositum absq; distinctione prædicta, quæ non cedit in præsenti quæstione, cū iure communi filio ita legitimato legitima non competit.

Argumentum verò de filia exclusa **119** per statutum non est applicabile ad casum nostrum; quoniam etiam si esset vera illa opinio, de qua dubitarunt *DD.*

*DD. in d.S. & quid si tantum, vt docet Paris. conf. 7. sub num. 28. lib. 2. qui citat Corn. conf. 150. num. 10. cum seq. lib. 2. & Couar. in eod. c. 8. §. 8. col. 3. Consideratur diuersa ratio inter utrumq; casum: nam filiæ exclusæ per statutū debebatur legitima de iure communi iuxta autb. nouissima C. de inoff. testa. & ideò illa portio relicta à patre, qua debet esse contenta vigore statuti, subrogatur loco legitimæ portionis, quæ ante à iure communi debebatur, & sic liberè, & sine onere, ita declarando doctrinam Iacob. Butr. posuit Gomes. variar. resolut. d. cap. 11. nu. 18. in princ. Couar. expressè d. 2. part. cap. 8. §. 8. col. 3. in fin. à vers. nec his obserit, Bal. in conf. 131. circa prædicta vol. 2. Gabriel d. conf. 24. num. 12. Intelligen- do similiter in casu prædicto conf. Oldr. 107. col. 1. Imò nonnulli voluerunt, posse filiam quamvis exclusam petere et supplemētum legitimæ, de quo latè Soci. referēs quinquaginta tres DD. in conf. 150. vol. j. At in casu nostro cū huic filio, vt supra legitimato semota legitimatione aliquid non debeatur, nisi quatenus à patre fuerit relictum, cū respectu successionis certi modi fuerint adiecti, illud relictum non potest succedere loco legitimæ, quæ non debebatur, vt particulariter considerat Couar. lvc. citato, & reiectis rationibus ex aduerso ponderatis superest respondere Doctorum authoritatibus.*

*Dec. enim in d. conf. 257. in quo pars 120 facit fundamentum, nō allegat, nisi rationes superiùs modò confutatas contra communem sententiam omnium, quos citauimus, & eius autoritas tollitur ex alio ipsius conf. supradicto 264. vbi indubitanter concludit contra filium, nec obest partis confideratio, quòd in d. conf. 264. legitimatio continebat clausulam, quòd filius aliquid petere non posset pro legitima, aut ipsius supplemento, quoniam Dec. non se restringit ad clausulam prædictam, imò patet, non vidisse le-*

gitimariōnem, cū dicat, *voluisse videre verba legitimatiōnis; quia taliter concipi potuissent, quòd esset vera legitimatio, licet successio limitata, vt ibi post nu. 3. vers. in hoc tamen voluisse, & nihilominus ad tollendas omnes dubietates exp̄ressè decidit, quòd sint quomodo cūq; verba legitimatiōnis, & dato, quòd esset propria legitimatio, sufficit, quòd effectus successionis sit limitatus, vt succedere non possit, nec legitimam petere, nec impugnare voluntatem patris, & ita intelligunt Dec. omnes supra cit. Doct. qui eum allegāt, & in specie habetur in d. decis. 179. Cæsar. de Grass. num. 10. & 15. Tell. Matien. specificè, & Alcia. d. conf. 98. num. 6. lib. 9. asserens prædictum conf. Dec. erroneum, & facillimè responsum eius fundamēntis p. Rul. & Curt. & contra illud fuisse iudicatum Gabriel idem dicit d. conf. 24. num. 13. Peregr. d. art. 36. nu. 9. in fin. & Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 11. num. 11. in fine, & idem Dec. in d. l. precibus num. 24. & propriè in vers. sed tamen aduertēdum est, qui allegatur ad confirmationem positorum in d. conf. 257. determinat contrarium, ad quod nemo ex Doct. quos viderim, aduertit, nisi tantummodò Couar. qui aliqua pauca verba subneccit in d. §. 8. col. 3. circa medium. concludit enim, faciens mentionem de conf. Dec. quòd in fideicommisso iuncto à milite simpliciter legitima includitur ex natura vniuersalis fideicommissi, stante potestate grauandi filium etiam in legitima, cū agatur de iure quæsito reuocabiliter secundum voluntatem patris, quæ fortius militat in casu nostro, siue sit vera, aut non recepta opinio Dec. vt supra pōderauimus, & sufficit vim fieri non posse in d. conf. Dec. 257. ex quibus similiter remanent confutatæ rationes, & authoritates Butrig. Gomes. Paris. Cephal. ac Rimin. quatenus sequuntur rationes Dec. in d. conf. 257.*

*121 Insuper Paris. qui in suo conf. 7. nu. 45. lib. 2. tenet, deberi legitimam filio taliter*

taliter legitimato, agnoscens benè rationes in contrarium militantes, saluat suam opinionem, distinguendo, quòd aut legitimatur ad certam portionem relictam in testamento iam confecto, & hoc casu dicit, legitimam deberi, quæ non potest esse minus portione relictæ, ad quam filius legitimatus censetur, vt ibi *num. 28. & 32.* Aut legitimatur ad portionem relinquentiam à patre, & sic incertam (vt est casus noster) & tali casu denegat deductionē legitimæ, & sic respondet ad *Alex. & Dec. in d. cons. 264.* vt ibi *num. 55. in fi. cum duobus seqq. ultra,* quòd opinio *Paris.* improbatur vñ cum *Cephal.* vt in *d. decis. Rotæ diuers.* *355. num. 9.*

**122** *Cephal. in cons. 117. in primo dubio lib. 1. sequitur Paris.* quibus ex prædictis remanet responsum, nec obstat alia ratio ponderata per *Cephal. & Rimini. iun. in cons. 469. num. 13. lib. 4.* quòd instituto filio cum grauamine, illud onus respicit id, quod excedit legitimam, non infra legitimā, in qua requiritur expressa prohibitio; quoniā hēc est mera fallacia (pace tantorum *Viroru* dixerim). si quidem loquendo etiam in filio verè legitimō, & naturali, deduceta legitima pater illud plus potest proiecere in mari, & cuilibet relinquere, vt docent *Bal. Ang. Castr.* & alij in *I. bac edictali. C. de sec. nupt. Surd. decis. 21. nu. 14.* & sic onus in filio legitimō, & naturali intelligitur adiectum in eo, quod excedit legitimam, & à legitima rejicitur *d.l. quoniā in prioribus*, si modò idem esset in filio legitimato cum limitatione prædicta; vt succedat in eo, quod pater reliquerit in testamento, vel donatione, nulla differentia esset inter hunc filium legitimatum limitatè, & filium legitimū, & naturalem, & clausula prædicta in aliquo non operaretur, cùm successio secundum rationem *Cephal.* reguletur à successione filij legitimī, & naturalis, & sic de iure communi, & non à voluntate patris, in cuius arbitrio

reposita est quælibet dispositio qualificata, quomodo voluerit. Ideò assumptum prædictum procedere non potest in casu nostro, cùm iure communni talis filius nihil consequi posset, cui rationi congruè non respondit nec *Rimin.* nec *Cephal.* qui licet alia adducere conentur, ex ipsorum lectura faciliter responsio colligitur, vt videri potest, & sic remanet responsum etiā authoritati *Riminaldi*, qui insuper loquitur in casu diuerso in filia *Ducis Ferrariæ* legitimata, vt succedat ex testamento; & ab intestato, & habeat omnia iura legitimorum, & naturaliū, ac si de legitimo matrimonio procreata fuisset, quæ clausulæ defunt in casu nostro.

**123** *Gomes. variar. resol. d. cap. 11. nihil allegat, nec iura, aut authoritates, sed tātum dicit, relictū intelligi ex necessitate, & quia id iure non probatur, subdit, nota nouiter, & subtiliter, agnoscens esse opinionem non subsistentem, & contra opinionem omnium aliorum DD. citatorum, qui contrarium affirmant sine contradictione, sic ut diximus supra, & contrarium in specie tenet *Emanuel Costa in adit. ad ipsum Gomes.**

**124** *Iaf. in cons. 162. vol. 2.* expressè concedit potestatem patri priuandi filium etiam legitima, cùm nihil relinquere teneatur, verū in casu illius consilij de voluntate tantum dubitauit, vt *Couar.* dicit *d.c. 8. §. 8. col. 3. circa medium vers.* sic sane nullus, & sic arguit *Iaf.* ex coniectionata voluntate patris ex duobus. Primo, quia dum ex legatis factis vxori, quæ firma esse voluit, filius legitimatus nec quantitatē vsq; ad legitimam consequbatur, nō præsumitur, testatorem (si de hoc fuisset interrogatus) voluisse, filium unicum, & valde dilectum remanere mendicum ob legata facta uxori, vt ibi notat *num. 5.* Quæ omnia cessant in casu nostro, in quo amplius non agitur de legitima in beneficium filij, sed hæredis illius extranei, cui pater inter-

interrogatus omnino denegasset, cū diuitias sive nobili familie de Caraneo conseruari voluisse præsumitur. *Crauet. conf. 67. vers. 3. principaliter, Menoch. lib. 4. pref. 32. nu. 11. & Bur. conf. 226. num. 138. vol. 3. Sforz. Odd. de fideicomm. q. 8. art. 1. num. 18. & 19.* pariter quia instituerat filium legitimatum, cum alijs filiis legitimis, & naturalibus forte nascituris, quibus filium legitimatum & qui parauit, videtur voluisse, ut saltim habcat legitimam, ut ibi post *num. 5. vers. 3.* & sic casus ille longè diuersus est ex conjecturata mente, & confirmat in specie nostrâ opinionem indubitatam superius relatam.

**125** *Consilium* verò *Laderch. 170.* similiter non refragatur, quia diuersum ipsem censet, ubi filius succedere debet secundum voluntatem patris, ut tunc non competit ius contratestamentum, ut ibi post *num. 4. vers. 2. respond.* allegans *conf. Ias. 202. vol. 2. & Alex. conf. 30. vol. 4.*

**126** *Rip. in d.l. Centurio* simpliciter sequutus est *Decium*, cuius obiectis iam sicut responsum etiam ex alijs fortius in contrarium allegatis per eundem *Dec.* & contrarium idem *Ripa* docuit in *d. resp. 19. Decian.* pariter in *conf. 49.* simpliciter sequitur *Paris.* & *Cephal.* in *d. conf. nihil addens*, ut *num. 43.* quibus iam plenè responsum est, ultra quod videtur sibi contrarius, dum *num. 37.* concedit, hunc filium non habere ius contratabulandi, nec succedere ab intestato, nec agere pro supplemento legitime, & idem *Decia.* aliter scripsit in *conf. 19.* superius citato, & similiter *Surd.* meliores rationes allegavit in *d. conf. 337. vol. 3. & in cōf. 185. in fine* loquitur in militis filio, cui dé iure communi legitima debebatur, & mouetur auctoritate *Dec. d.l. precib.* qui contrarium affirmauit, imò ille casus fortius confirmat nostram opinionem, ut ponderauimus supra.

**127** *Menoch.* verò in *conf. 737. num. 6. in fin.* & *num. 8. lib. 8. nihil ultra* allegat

præter citatos DD. & amplius loquitur, quādō in legitimatione adest clausula, *ut possit succedere ab intestato*, quæ deficit in casu nostro, & similiter *Garsia de nobilitate glo. 21. num. 81.* nec rationem, aut auctoritatem adducit, ut videri potest, *Rena. Coppinus in Consuet. Andeg. cap. 41. nu. 4.* de legitima nō loquitur, imò decipitur; quoniam præsupponit, clausulam limitatiuam referri tantummodo ad hæreditates collateralium, non patris, ut clarè ibi legitur, q̄ in casu nostro esset de directo contra verba legitimationis, nedum respectu aliorum, sed principaliter patris, *Burgos de Pañ si forte ex aduerso allegatur in prima parte l. 3. num. 320. tractans, an tex. in §. ex imperfecto*, ut testamentū coram duobus testibus valeat inter liberos, locum habeat inter legitimatos, dicit, quod si persona est plenè legitimata, quamvis respectu successionis adsit limitatio, procedit doctrina *Bald. in cap. de causis de offic. deleg.* qui in *num. 34.* loquitur simpliciter in legitimato, & addit etiam, quod ei debetur legitima; si vero persona non est legitimata non habet locum *tex. in §. ex imperfecto*, & sic de hoc tātummodo tractat Author prædictus, de *tex.* scilicet in *d. §. ex imperfecto*, non de legitima, *Hsnd. d. conf. 89. num. 7.* circa finem videtur dubitatiuē loqui in eo, quod ex aduerso allegatur, imò concludit, legitimam non deberi legitimato cū clausula, *ut succedat in eo, quod pater voluerit*, & licet approbet *Paris.* loquitur tamen ibi in suo casu, quando est facta mentio portionis relictæ, ut supra diximus:

**128** *Gožadin. in conf. 48.* si benè inspicatur, loquitur de legitimatione plenissima, ac si filius esset de legitimo matrimonio natus in omnibus, & per omnia, & quod ad omnia, & quod habeat viam plenissimam legitimationis, in tantum quod de mente legitimantis appetat, quod voluit etiam contra testamentum posse succedere, ut ibi legitur

gitur aperte, & licet dicat, non adesse dictio nem taxatiuam, subdit insuper, suppleri per alia verba sequentia, quod in omnibus, & per omnia dicatur legitimatus, ut ibi per eum, sicut in casu *Rimin. iunior.* & sic *GoZad.* declarat *Couar.* qui dicit, non esse facienda vim in dictione taxatiua, existentibus alijs similibus limitationibus *in d. cap. 2 1. variar. resolut.* sicut supra ponderauimus.

**129** *Confilium* verò *Ruin.* 84. simili ter non obstat, sicut superius demonstrauimus. Minus *resolut.* *Maceratens.* 28. lib. 2. quoniam dum loquitur de legitimatione sine praividicio venientium ab intestato, se fundat *in consilij Decij 49. Cephal.* 117. & *Paris.* 7. quibus supra iam plenè responsum fuit, & contra illam iudicatum, ut notaui mus.

**130** *Doctrinæ* verò *Suarez* *in d. l. quoniam in prioribus in 12. limitation. col. penul. & ultima, Didac. Perez lib. 5. Ordin. tit. 11. fol. 95. col. 1. vers. posterior modus legitimandi, & *Azeued* lib. 5. tit. 8. l. 10. num. 41. iam fuerunt ponderatae, & adductæ pro nostra opinione, & quamvis pars pôderet, eo idem *Suar.* *Perez*, & *Azeued*. addere, bonum esse obtineri legitimationes cum vinculis, & conditionibus visis, accedente consimili patris petitione, vel quod possit quodcunq; onus imponi, quæ in casu nostro deficere videntur, immo memoriale Baltassaris patris fuit simplex ad honores, & officia, & successionem absq; limitatione. Aduertatur primò, quod memoriale prætentum Cesaris non est exhibitum. Item licet adsit copia memorialis Stephani, nō potest argui de uno ad aliud, quod nō producitur, & in eodem memoriali Stephani, post illud verbum, *et ha*, dicitur, *en forma*, forma autem non intelligitur iuxta legem antiquam 9. tit. 18. part. 3. sed prout reperitur extensa in rescripto legitimationis, quæ attēditur, & non alia, quæ figuratur extra rescriptum, cùm legitimatio sit donū*

Principis, ut *Bald.* dicit *in conf. 19. in questione proposta vol. 5. Greg. Lopez part. 1. tit. 1 5. l. 4. glof. 2.* & iuxta cōcessiōnem, & formam Cancellarię nouis simè cum limitatione introductam intelligenda est, & iuxta contenta in priuilegio legitimationis, & non alieter. Ulterius *Suarez* dicit, onus adiectum censeri etiam in legitima, & sic limitari tex. *in d. l. quoniam in prioribus*, sic q; fuisse iudicatum, & *Perez* addit, grauamē illud intelligi in toto relictio, nec mirum, cùm huic filio legitima non sit debita, & licet dicāt, quod ut dubium tollatur, potest addi in rescripto, ut possit quodus onus imponi, non ex hoc cessante dicta clausula concludunt, deberi forte legitimam, quam expressè denegauerunt, nec propterea recedunt à determinatione prædicta, etiam quia restri ctio nō operaretur, ut diximus, & fundauimus opinionem prædictam tanquam verissimam etiam in simplici grauamine.

**131** Deniq; Rex, dum legitimat Cesar em, ad succedēdum in eo, quod pater reliquerit ex testamēto, vel donatione, addidit; *en qualquier manera*. Igitur relaxatur patri, & qbusuis alijs facultas relinquendi, quæ voluerint quouis modo, cū ex verbis prædictis generalibus non possit dari restrictio, aut limitatio in voluntate patris, ut *Dec. ponderat in conf. 137. post num. 1. circa finem*, attentis verbis prædictis, *en qualquier manera*, quæ non possunt intelligi, ut filius succedat quouis modo, cùm specificè taxauerat modos succedendi ex testamento, vel donatione, sed referuntur ad dispositionē patris, vel aliorum faciendam quouis modo, nedum respectu quantitatis, sed modi, & insuper Baltassar pater benè agnosces facultatem concessā, prout voluerit, post nonnullos casus continuatiuè contentos in ejus testamento, referendo se ad vincula, conditiones, & substitutiones, dicit hēc verba. *usando de la facultad que el decrebo*

recho me dar para poder disponer de los dichos mis bienes libremente con los términos, y condiciones, y substancialenes, que yo quisiere, ex quibus vndeque patet ex parte Regis concedentis, & Baltassaris patris (etiam si legitimè constaret supplicasse pro legitimatione) de facultate disponendi pro eius arbitrio cum limitatione quacunque melius visa.

132 *Couar.* autem in d.c. 8. col. 3. circa medium à vers. sic sanc nullus non bene à parte ponderatur; quoniam dum concludit ex omnium opinione posse patrem filium legitimatum gravare etiam quoad deductionem legitimæ portionis, de voluntate tantum videtur esse controversia in fideicomisso, vnde si voluntas patris manifesta sit, aut certis conjecturis comprehendendi possit, non est dubium, hanc patris voluntatem legitimam censeri, & esse constanter obseruandam, & adimplendam, & præter prædicta, licet *Decij* responsum sibi omnino non displiceat in d.consf. 2 57. dicit, illud improbari ab *Alciat.* referens alias rationes pro opinione nostra, respondens rationibus *Butrig.* & aliorum, & sic concludit expressè contra opinionem *Dec.* ut patet usque ad vers. secundò infertur, & si voluntas Baltassaris ex conjecturis inspicatur, quæ euidens dicitur etiam ex conjecturis *I. licet Imperator ff. de leg. 1. Molin. de primog. lib. 2. c. 4. num. 39.* & seqq. apertissimè patet onus adjicere voluisse in toto reliquo absq; aliqua detractione legitimæ portionis.

133 Prima igitur conjectura, quam etiam considerauit *Peregr.* in hac causa in d.consf. 2 7. num. 3. lib. 3. deducitur ex eodem testamento Baltassaris, qui post nonnulla legata relicta usque ad suminam duc. 70. millia, illis solutis, in reliquo instituit Cæsarem heredem pro sexta parte, Stephanum pro duabus sextis partibus, Dominicum fratrem pro sexta parte, & reliquas duas sextas partes ordinavit distribui pro

exoneratione sui conscientie, quæ distributione adhuc durat, & attingit gradum in toto reliquo Cæsari, & Stephanum in beneficio filiorum procreandorum, & illis deficientibus in beneficio Dominici, & eius filiorum, & heredum, modò legitima Cæsaris si competisset, erat sexta portio eidem reliqua, cùm essent duo filii iuxta auth. *auth. uissima C. de inoff. test.* Imò dicta sexta portio erat minus legitima; quia fuit reliqua ex reliquo hereditatis solutis prius legatis prædictis, & sic in sexta parte residui fuit institutus ad notatum in l. non amplius, & in l. *Civitatibus in ff. ff. de leg. 1.* Cùm ergo grauatus fuerit, & non in plus, quam fuerit in legitima honoratus, dicendum est noluisse testatorem legitimam refineri, sed in ipsa iniunctum fuisse fideicommissum stante dicta potestate grauandi, ex his, quæ notat *Cuman. in l. cohæredi* & cùm filii post num. 5. ff. de vulg. & pupill. *Castrensi. in l. ex tribus num. 5. C. de inoff. testam.* & *Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 3. post num. 5. vers. hec atatem sententia.* Si modò Philippo competet legitima ex persona Cæsaris, illamq; retinere posset; sine dubio fideicommissum evanesceret, & non esset, in quo posset verificari, cùm nihil ad substitutum perueniret; & proinde in dicta legitima grauamen est setur adiectum, ac si expressè testator in legitima grauasset, *Tirraq. de II. con-nubial. glof. 7. num. 128. cum seq. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 12. num. 11.* & in generali dispositione tunc legitimæ venit, quando verba id important; & necessariò ad illâ referuntur *Cuman. cons. 2 88. Dec. cons. 2 99. & cons. 5 2 5. ante num. 9. Peregr. d. art. 36. num. 78. & 79.*

134 Ex aduerso supponitur, Cæsarem non esse heredem pro sexta parte, sed in quarta, sicut in quarta fuit declaratus heres in *Civitate Ianuæ*; ex eo, quod facta distributione illarum duarum partium, quod supererit, cedit in beneficium institutorum pro portio-

tionibus contentis in institutione, & sic integrè dictæ duæ portiones veniunt distribuendæ, remanent in effectu hæredes instituti pro quarta parte, & si aliquid supererit, accrescit vniuersusque eorum cohæredibus, ob quod similiter in effectu resultat institutio Cæsaris pro quarta parte, quæ transcendit legitimam, quæ est sexta, & successiuè deducet a sexta parte legitimæ in eo, quod supereat usq; ad quartam partem relictam, potest habere locum fideicommissum.

135. Huic obiecto respondeatur primò, quod dum testator instituit Cæsarem in sexta parte, decretum preambuli intelligitur seruata forma testamenti, nec illud mutare potest, ad quod refertur vulg. *l. affe. toto ff. de hered. instit.* & tempore testamenti, quod attenditur, *l. cùm queritur C. de inoff. testam.* sexta pars tantummodo competebat. Secundò, & melius in casu nostro inspicienda est voluntas testatoris, qui specificè instituit Cæsarem in sexta parte, & dum in eadem sexta parte reducta grauauit, sine dubio eandem sextam partem, & sic legitimam includere voluit secundum eius mentem, in grauamine imposito. Tertiò, sexta pars reducta fuit in reliquo hæreditatis, solitus prius legatis prædictis ascendentibus ad dictam summam duc. 70. mil. vt dictum est, & sic non fuit sexta pars totius hæreditatis; legitima autem si competeteret, liquidaretur inspecta tota hæreditate etiam inclusis dictis legatis, quæ non minuant legitimam, *l. Papinianus S. quarta ff. de inoff. testam.* etiam si legata essent ad pias causas, ve Bart. docet in d. *l. Papinianus S. si Imperator, Abb. cons. 63. lib. 1. & Peregr. de fideicom. art. 4. num. 14.* & proinde illa quarta portio reducta detractis prius legatis prædictis, quæ esse ciue nō est quarta pars omnium bonorū, videtur ferè æquipollens sextæ parti totius cōpetenti pro legitima, ideoq; onus iniunctum in sexta parte necessariò amplectitur

legitimam, ne dispositio substitutio- nis sit elusoria.

136. Clatum est, Trebellianicam, quando est locus detractioni, esse deducendam etiam ab hærede in quota, de illa portione, quam restituere tenetur, *S. in primis, & S. nibil Instit. de fideicom. hæredit. Berengar. in l. in quartam in 3. præfat. nu. 8. vers. secunda conclusio.* Si modò ultra legitimam duderet Philippus ex persona Cæsaris etiam Trebellianicam ex eadem sexta parte, nihil fideicommissario restituendum esset, quod nullus admittere poterit, de quo etiam dicemus in Articulo Trebellianico. Et si attenderetur lex Hispaniæ, ubi conditum est testamentum, legitima filiorū esset omnia bona præter quam partē, vt in *l. 28. Tauri*, que est *l. 12 tit. 6. tib. 3. nou. recopil.* quo casu institutio esset satis infra legitimam, & sic in grauamine imposito sine dubio portio legitimæ in restitutione includeretur.

137. Secunda coniectura est, quoniam etiam si Cæsar esset institutus in maiori parte, quam sit legitima; tamen quia testator grauauit Cæsarem in toto relichto, ibi, *toto lo qual sin lo poder vender, &c.* vocando primò descendentes, & in defectum Dominicum fratrem, eiusque filios, & hæredes, si ex toto relichto Cæsar grauatus est, eius hæres si aliquid detraheret ratione legitimæ, contraveniret dispositioni testatoris, cùm non integra bona oneri submissa venirent ad substitutos, ex traditis per Bart. in d. *l. precibus nu. 14. & per Dec. cons. 572. num. 6.* Quod non permittitur Cæsari restricte legitimato, vt diximus. Dum enim utitur verbo *totum*, integrum portionem amborum filiorum oneri restitutionis supposuit etiam comprehensa legitima, licet aliás non includeretur, ex notat. in *l. Iulianus ff. de leg. 3. Bart. in l. generali S. uxori num. 4. ff. de usufr. legat. plura Decius consil. 94. num. 31. & Surdus consil. 31. num. 27.*

*nu. 27.lib. 1. & quod legitimatus gra-  
uatus de restituendo totum, non pos-  
sit legitimam retinere, voluit Menoch.  
qui in contrarium allegatur in d. cons.  
737.num. 9.lib. 8. Sicut pleniū con-  
firmabitur in Articulo Trebellianicæ,  
cùm hæc dictio comprehendat pro-  
hibitionem vtriusque quartæ.*

*138 Tertia coniectura succedit ex ea-  
dem dispositione, dum testator vo-  
luit, ut predicti filij legitimati, quousq;  
peruenerint ad ætatem 25. annorum,  
alimenta tantum ex fructibus suarum  
portionum perciperent, relictum verò  
vnâ cum augmentatione ex fructibus fa-  
ciendo ad substitutos deueniret, &  
factus est casus, quod filij mortui  
sunt infra 25. annum. Si igitur filiis  
vsque ad ætatem predictam alimenta  
tantum concessit, & fructus superex-  
cedentes nō ipsis reseruauit, sed sub-  
stitutis, non est credendum voluisse tri-  
buere hæredi Cæsaris extraneo de-  
tractionem legitimæ, quæ debetur in  
corpore, & in proprietate, nō in fruc-  
tibus *l. scimus, §. repletionē C. de inoffi-  
testam.* & sic repugnaret expresse di-  
spositioni testatoris, ultra quod hæres  
Cæsaris extraneus incognitus testa-  
tori esset melioris conditionis, quam  
filius magis dilectus, quod admitten-  
dum non est, *ad tex. in l. cùm acutissi-  
mi C. de fideicom. & l. cùm auus ff. de  
conditio. & demonstrat. & in l. qui fi-  
liabus, vbi glos. & DD. ff. de leg. j. Man-  
tic. de coniect. lib. 8. tit. 12. nu. 14.**

*139 Confirmatur predicta considera-  
tio alia evidenti ratione; nam si legiti-  
ma deberetur hæredi Cæsaris, de-  
trahenda esset ex corporibus vnâ cù  
fructibus à die mortis, cùm fructus  
percepti in legitimam non imputen-  
tur glos. Bar. & Angel. in l. Papinianus  
§. unde si quis C. de inoffic. testament.  
Alex. conf. 69. num. 3. lib. 1. Gabr. in tit.  
de legitim. concl. 1. num. 41. D. de Fran-  
chis decis. 16. & 522. Et sic augmen-  
tum faciendum ex fructibus excedē-  
tibus alimenta à die obitus testatoris  
restituendum esset pro rata legitimæ*

in beneficium hæredis extranei Cæ-  
saris, quod esset contra expressam vo-  
luntatem testatoris, siccq; absque  
controversia deducitur, patrem  
voluisse omne relictum includere in  
restitutione, etiam si legitima in præ-  
senti casu posset considerari, dum vo-  
luit, augmentū ex fructibus post mor-  
tē ipsius testatoris ad substitutos per-  
uenire, relicta tantum quantitate  
competenti pro alimentis.

*140 Nec dicatur, dispositionem prædi-  
ctam intelligi de fructibus peruenien-  
tibus ex portione hæreditaria ultra  
legitimam, de quibus disponere po-  
terat arg. *tex. in l. qui tabernas ff. de  
contrab. emptio.* quoniam id locum  
haberet in filio legitimo, & naturali,  
quem pater priuare non posset legitimi-  
ma, in qua pater nullam potestatem  
haberet, ut ex eodem *tex.* colligitur,  
*ibidem cùm in solo venditor nullam habe-  
ret potestatē;* sed in casu nostro pater  
omnimodam potestatem habebat di-  
sponendi, & grauandi quomodo vo-  
luerit, etiam quoad portionem legiti-  
mæ, quæ prætendi potuisset. Igitur,  
dum amplius de voluntate constat ex  
fideicomisso, & ex coniecturis, non  
est dubitandum, integrum portionem  
relictam comprehendi absque aliqua  
deductione.*

*141 Ultima coniectura colligitur va-  
lidissimè ex alio, quoniā testator con-  
tinuando dispositionem in beneficium  
substitutorum, prouidit duos alias ca-  
sus. Primus, quando aliquis filiorum  
ingrederetur Religionem, & tunc si  
professionem emittat, noluit, bona ad  
Monasterium peruenire, quod fieri  
posse rectè post alios probat Gutier.  
*canon. quest. 10. lib. 1. c. 32. nu. 19. in fin.*  
Alius casus est, casu, quo aliquis filio-  
rum committeret delictum, vnde bo-  
na venirent confiscanda, tunc noluit  
ea posse à Fisco occupari, sed dispo-*

*142 sicut ad substitutos venire. Igitur si-  
gnum est, noluisse detrahi legitimam,  
nam ex ea omne grauamen, ac testa-  
toris dispositio rejicitur, l. quoniam in*

prioribus 32. & l. scimus C. de inoff. testament. Peregr. de fideicom. art. 36. nu. 65. D. de Franch. dec. 127. n. 6. Ideò iudicatur tanquam filij patrimonium nulli oneri subiectum, imò vt æs alienum D. de Franch. dec. 374. nu. 4. Vnde si pater voluisset, legitimam detrahi à Cæsare, & Stephano, consequenter etiam voluisset illud, quod est de natura legitimæ, & illam consequitur, argum. l. cùm quid ff. si cert. pet. l. cùm dubitatur C. de euictionib. Surd. decis. 173. num. 21. est autem de natura legitimæ, vt transeat in monasterium, quod capit eam ex persona monachi, vt per D. de Franch. decis. 29. sicut & cætera bona ingressi cap. in praesentia de probation. auth. ingressi C. de sacro-sanct. eccles. Maximè quando monasterium non contendit cum alio filio 143 testatoris. Quo non extate excludit etiam substitutum in casu mortis filij sine liberis, vt latè comprobatur *Monistica de coniectur. lib. 11. tit. 7. num. 13.* Vnde si hanc noluit habere Monasterium, cui alias de iure competit, cù loco filij habeatur, signum est, nolle per extraneos filij heredes retineri, cùm enim per ingressum religionis quis efficiatur legitimus S. I. in Auth. de Monachis in princ. DD. in l. 1. C. de sacro-sanct. eccles. *Alexand. consil. 121. num. 9. lib. 2. Anch. iun. lib. 3. q. 36.* 144 num. 13. & ei monasterium loco filij agnascatur, excluso monasterio à testatore, quod videtur proximus, pariter remotiores etiam censentur exclusi l. si viua matre C. de bon. matern. *Ias. in l. Gallus S. nunc de lege ff. de liber. & postb. Ruin. cons. 108. num. 12. lib. 2. Crauer. cons. 306. num. 6. Menoch. cons. 204. nu. 36. & cons. 376. nu. 62. Peregr. de fideic. ar. 29. num. 24.* & sic extranei heredes filij, cùm ipsi non sint loco filij, sicut monasterium, similiter cùm filius delinquit in casibus à iure statutis, illius bona occupantur, à Fisco iuxta tex. in auth. bona damnatorum C. de bon. damn. Peregr. de iure fisci lib. 5. tit. 1. num. 49. cum seqq. Nec prohibi-

tio bonorum in monasterium, vel Fiscum intelligi potest in quantitate excedente legitimam, quia clara sunt verba testatoris, qui disposuit, vt integræ portiones fideic commissio essent obnoxiae cum prohibitione alienandi etiam fauore Dominici, & filiorū substitutorum, & illarum usum tantummodo per annum concessit à die ingressus, & in casu professionis expressè disposuit, vt omnia bona filiis predictis relictæ vñà cum fructibus consequeretur Dominicus frater, & eius filii, por el mismo caso todos los dichos bienes, y fructos dellos pase y los baja, y berede el dicho Domingo Cataño mi hermano, o sus herederos. Quibus verbis constat, omnino voluisse Monasterium à toto excludi, multò fortius extraneos heredes, & hæc quò ad legitimam, ultrà alia consideranda in articulo Trebellianicæ, quæ conferunt respectu utriusque quartæ.

### ARTICVLVS IIII.

#### Quoad Trebellianicam.

S V M M A R I V M.

145 Legitimatus non debet esse deterioris conditionis, quām extraneus in trebellianicæ detractione; imò est deterioris, & cum ratione, vt num. seq.

*Trebellianica debetur ex legis beneficio ubique à Testatore non repetitur expressè prohibita.*

... est quarta pars totius hereditatis, vel quota illius secundum diueritatem institutionis.

... illius est virtutis, vt pro ipsa competat immisso ex d.l.f.

146 Legitimatus cum restrictione trebellianicam detrahere non potest, & cum ratione.

... debet plenè exequi testatoris voluntatem, & in aliquo non aduersari.

Filius

- Filius in aliquibus est deterioris conditionis, quam extraneus, & est famigerata traditio apud Andr. & ceteros Feudistas.
- 147 Trebellianica hodie sicut falcidia prohiberi potest.  
... etiam in filiis primi gradus, & sic in hac questione anticipi, & satis controversa censuerunt plures Rota bice relata.
- Idque in filio legitimo admiserunt DD. absque contradictione, & n. 163.
- 148 ... & prohiberi potest nedum expressè, verum etiam tacite.
- 149 ... non detrabitur, quando testator iussit, totā hereditatem restitui propter virtutem huius dictiois universalis.
- 150 Quae universalis dictio eundē operabitur effectum, siue apponatur verbo dispositivo, siue executivo.
- 151 Trebellianica prohibitio quando de prima substitutione ad sequentes porrigitur.
- 152 Substitutiones plures quando sunt factæ sub unica oratione, & structura verborum, tunc dictio illa universalis, totum, expressa in priori substitutione influit in posteriores.
- 153 Dictio illa libet dotti est relativa, & repetitiva, & indicat eandem enixam, uniformem, & individuam voluntatem, ut in priori dispositione demonstratam.
- 154 Dictio copulativa natura est plura inter se diuersa ita vnire, & conciungere, ut inter copulata uniformis inducatur dispositio.
- 155 Testamenti pars una per alteram declaratur.
- Magis honoratus in testamento plus dilectus presumitur.
- 156 Legitimi natura semper manca, deformis, & turpis etiam post legitimam, nullam ex eo descendentia dici potest, cum non sit nobilis, nec per eum conseruetur familia, sicuti per filium legitimum, & naturalem.
- 157 Testamenti verba ita sunt interpretabi, ut ratio naturalis, & sanguinis necessitudo dictat, expostular. Hinc optimè infertur.
- Testator presumitur proclivior ad grauandum extraneum, quam filium.
- Testamenti ea interpretatio capienda est, que magis facit filii Testatoris, quam extraneis.
- 158 Fructus ante fideicommissi eventum percepiti de iure non augent hereditatem, sive ad heredem grauatum, & non ad fideicommissarium pertinent.
- 159 Trebellianica prohibitio inducitur ex prohibitione alienationis facta super integro reliquo, maxime si sit geminata, vel pluries repetita.
- Auth. sed & in ea C. ad leg. falc. que loquitur de falcidi & prohibitione, procedit etiam in trebellianica, prout in terminis attestantur quam plures DD. hic relati, & ita decisum in S. C. etiā in filiis primi gradus.
- 160 Alienationis simplicis prohibitio distinguitur ab ea, quae sit in fideicommisso, secundum Rom. subtilem considerationem, quae tamen exploditur. Duplex prohibitio una tacita resultans ex fideicommissi natura, & altera à Testatore expressa fortius operatur iuxta illud uulzatum, fucus uillus triplex difficile rumpitur.
- Declaratur post Menoch. regula illa taciti, & expressi.
- Interdum quod non operatur tacita prohibitio, operatur expressa.
- 161 Limitant Aliqui, ut tunc alienandi prohibitio Trebellianicam excludat, quando est facta nedum hereditati, sed etiam fideicommissario, sed recte confusat hereditatio, ut num. seq. ubi ampliatur etiam si alienationis prohibitio sit facta ad tempus, & sisit quoque contrarijs, ut num. seq.
- 162 Bald. Alciat. Aret. & Corn. notantur de contrarietate in hac materia prohibitiois de alienando.
- 163 Heres grauatus cum prohibitio de non alienando, si detrabat Trebellianicam

- nicam, dicitur alienare. . .
- Testator dum probibet heredi alienationem, eius est voti, ut integrabona ad substitutum transferantur.
- 164 Trebellianica semel tantum detrahitur, idq; illustratur exemplis.
- 165 Alienationis prohibitio quid operatur.
- 166 Statuto Ianuensi cautum est, ne bases grauatus falcidiam, vel trebellianicam detrahbat, nisi sit de his, quibus de iure nature legitima debetur.
- Trebellianicam per Statutum tolli posse admittunt omnes.
- Statutum antedictum dicitur fauorable, & non odiosum, & cum ratione.
- 167 Originis domicilium regulariter mutari non potest etiam de expressa voluntate. . .
- 168 . . . ciuitas retinetur ex munere, præstatione. . . videtur amitti per domiciliū translatiōnē, cū nullo modo constat de redeundi animo, nec aliqua onera præstantur in Patria, & num. 178. & 203.
- 169 . . . non perditur secundum sentētiā frequentiori calculo receptam, et per mille annos, ubique verè, vel præsumptiū constat de animo in Patriam redendi.
- 170 Testatoris dispositio an subiaceat statuto suè Patriæ, vel loci, in quo fuit confecta, cum distinctione resolutur questio.
- Cæterum Trebellianica detrahitur secundum Statutum, seu morem Patriæ, ibid. in fi.
- 171 Testamentaria dispositio ex quo testamentum est unicum, & indiuisibile, & loco nō circumscribitur, ubiq; bœorum seruabitur uniformiter, non sic causa intestati.
- In successione ab intestato seruat̄ur statuta illorum locorum, in quibus bona sita sunt, precipue si sunt odiosa.
- 172 Statutum quando est fauorable, extendit̄ur ad vniuersa bona etiam si-
- ta extra Statuentium territoriū.
- 173 Statutum an loquatur in rem, vel in personam, magni est effectus, & num. 203.
- 174 Hereditas est ius vniuersale.
- 175 Filius quamvis alibi ortus ab hac sequitur patris originem; idq; à fortiori procedit, si post ubi sum patris domiciliū translaterit ad lares paternos, num. 178.
- 176 . . . legitimatus quoque sub eadem manet censura,
- 177 . . . etiam naturalis apud Hispanos sequitur conditionem, & originem patris, non autem matris.
- 179 Pupillus non potest alibi domicilium constituere.
- 180 Fallit, si Tutoris authoritas intercedat, maximè adiuncto Testatoris præcepto, & num. 199.
- 181 Origo patris alterius loci non attendit̄ur duobus concurrentibus.
- 182 Domicilium non mutatur per habitationem modici temporis, casualem, & facta non animo constituendi domicilium.
- 183 Statutum est ius commune ciuium.
- 184 . . . ligat nedum sub titos respectu originis, sed etiam respectu incolatus, & domiciliū. & sufficit, si ciuitas ista ad sit tempore cadentis fideicommissi.
- 185 Statuta duo si concurrant, unum permissuum detractionis loci originis, & alterum prohibitiuum loci domiciliū, debet attendi, & præferri statutum prohibitiuum.
- 186 Clausula omni meliori modo illius est virtutis, ut tacite censeatur prohibita Trebellianice detrac̄io.
- 187 Trebellianica si sit nacta duas opiniones inter se contrarias in materia detractionis, an competit, in dubio est admittenda negativa.
- 145 **N**ouissimè Philippus Spinula Trebellianicam prætendit, posse retinere etiam semota legitimatione; quoniam licet Cæsar filius nō esset legitimatus, saltem reputari debet

bet, ut quilibet extraneus, cui sola institutio cum grauamine cesserante prohibitione expressa lex tribuit beneficium deductionis quartæ prædictæ, idèq; filius non debet esse deterioris conditionis, ut considerat Hiero. Gabr. d. cons. 24. qui secus dixit in legitima nam. 15. Cæsar de Graffis in d. decis. Rota 179. in fin. & Rota Diuers. par. 1. d. decis. 355. in fin. Alcia. d. cons. 98. num. 6. & Sarmien. selest. interp. lib. 2. c. 7. num. 14. & cùm Trebellianica in præsenti casu non sit omnium bonorum, sed illius quartæ partis, in qua Cæsar fuit institutus, d. S. in primis, & S. nihil Instit. de fideicom. bæred. & sic certa est secundum suam prætensionem, daretur immisso in quarta parte tantum dictæ quartæ portionis, in qua fuit institutus, ut ex mente Zuard. in d. l. f. C. de editto diui Hadrian. nu. 382. in fin. posuit Achill. Personal. in d. tract. de adipisc. possessio. num. 426. vers. si autem bares in fi. Tob. Non. consil. 80. num. 16. cum seq. Menoch. dicta remed. 4. num. 641. quæ prætensio tanquam leuissimæ resoluitur ex infra scriptis.

146 Primo, Cæsar fuit legitimatus ad successionem limitatè in eo, quod pater ex testamento, vel donatione reliquerit, qua de re nihil prætendere poterit, nisi eo modo, quo à patre fuerit relictum, & cum annexa qualitate oneris seruata in omnibus paterna voluntate, cessante qualibet facultate eam impugnandi etiam in minimo, ut in articulo legitimæ supra fûdauimus: Ideòq; filius sic restrictè legitimatus, licet fuerit hæres institutus trebellianicam detrahere non potest, ut contra Dec. in d. cons. 257. voluerunt Alciat. in l. nemo potest num. 34. ff. de leg. 1. & in rubr. ff. de lib. & postbum. cod. nu. 34. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 11. nu. 11. vers. ceterum, Caldas in d. l. si curatorem in d. verb. sine curatore num. 54. Peregr. d. cons. 27. lib. 3. Lup. de illegitim. comment. 3. S. 1. sub num. 64. ea ratio ne, quia hic filius legitimatus debet

exequi plenè voluntatem testatoris, & in aliquo non contravenire, ut Ias. posuit in d. rubr. ff. de liber. & postbum. Couar. var. resol. d. c. 21, cum alijs supra relatis, idèò nec quartam retinere dicit Mantic. videndum loco citato, quoniam Trebellianica detrahetur contra voluntatem testatoris etiā hodie, ut idem Mantic. dicit eod. num. 11. & not. in l. Titia ff. ad leg. falc. & in autb. sed cùm testator C. eod. habetur in cap. Raynutius, & in cap. Raynaldus, vbi Couar. S. 3. num. 6. de testam. Costa in cap. ff. pater vers. absq; deductione eod. tit. in 6. Vajq. de success. creat. S. 8. num. 18. Peregrin. ar. 3. num. 86. Oss. decis. 147. num. 15. ultra alios superius relatios, & sic diuersa est ratio inter extraneum, & hunc filium ita legitimatum, quia extraneus habet dispositionem iuris pro se, ut trebellianicā detrahere possit, si non est prohibita, & nihil habet in contrarium, ne trebellianicam deducat; filius verò legitimatus habet onus, & qualitatem annexam in reliquo, ut contra voluntatē patris aliquid consequi non possit, & si relevatur in multis ex legitimatione, ut supra diximus, in hoc est deterioris conditionis, ut integrè voluntatē patris (ut dictat) adimplere teneatur, & non est nouum, quid filius in aliquibus sit deterioris conditionis, quam extraneus, ut per Andr. & alios in cap. 1. an agnat.

147 Secundò, attendendo voluntatem testatoris, ex alio colligitur prohibitio detractionis trebellianicæ, premitendo prius, Trebellianicam hodie posse prohiberi, sicut falcidiam, Rip. in d. l. nemo potest ff. de leg. j. Couar. in dicto cap. Raynaldus S. 3. num. 6. Graff. d. S. sc. Stamentum quæst. 62. num. 4. Aret. cons. 37. num. 10. Handed. cons. 45. num. 19. lib. 2. Et nedum respectu extranei hæredis; sed etiam in filiis primi gradus, & licet hæc conclusio fatis quidem controuersa sit, & habeat hinc inde innumeros DD. relatios per Gabr. com. opin. in tit. ad Trebellian. concl. 1. nu. 4. per

per Graffum in d.S. testamentum q.62. num.5. Peregrin.d.art.3.num.107. Claram in S. testamentum q.63. Thesaur. qq. forens. lib.1.q.20. à num.1. & apud Hispanos latè per Burgos d.l.3. Tauri num.969. Couar. in d.cap. Raynutius S. 11.num.7. Molin. de primog. lib.1. cap. 17. num.12. Vasq. loco citato num.12. Opinione tamen affirmatiuam tanquam imagis communem comprobarunt Vasq. vbi supra, Costa in d. cap. si pater, Molin. de iust. & iuri. tract. 2. disp. 187. col. S. vers. utrum autem, & ita sæpius iudicatum in Rota Roman. vt per Crescen. decis. 2. de testament. Lancellot. decis. 313. part. 2. diuerso. Farinac. decis. 135. num.1. Seraphin. decis. 570. num. 1. & 553. num.8. & in Rota Marchie, vt refert de Amatis decis. 11. in Regno Catalonie Peguera decision. 107. num.1. in Statu Mediolani Cotta in memorial. in verbo trebellianica, in hoc Regno Viuius decis. 3. lib.1. & in S.C. Dom. de Franch. dec. 11. à nu. 10. & sub num. 19. & in decis. 612. num.1. & si hæc conclusio aliquam disputationem haberet in filiis primi gradus legitimis, & naturalibus, in filio tamen legitimo nemo contradicit, quod prohiberi possit, ita in specie testatur Mantic. in d. tit. 11. num. 11. vbi allegat Ruin. conf. 81. num. 3. vol. 3. Gratum conf. 17. num. 969. Menoch. conf. 737. num. 18. & conf. 272. num. 32. Gabriel. in d. tit. ad Trebell. concl. 1. na. 16. Ceph. conf. 278. num. 17. & Lup. de illegitim. d. comm. 3. 3. 1. sub num. 72. quod fortius procedit in casu nostro stante legitimatione limitata quodad successionem, sicut superius firmauimus.

148 Hæc autem prohibitio detractionis Trebellianicæ fieri potest nedum verbis expressis; sed etiam tacite, & ex verbis generalibus, & ex coniecturis, quæ videantur inferre prohibitionem prædictam secundum cōem opinionem, de qua per Bart. in d.l. Centurio nu. 27: vbi Galia uala nu. 400. Crot. nu. 35. & 36. Ruin. conf. 248. num. 6. vol. 3. Mascard. de probatio. concl. 1395. nu. 3.

Costa in d. cap. si pater part. 3. in verbo interdum num. 99. Berengar. in l. in quartam cap. 1. num. 316. Mantic. de coniect. lib. 7. cap. 12. à nu. 10. Menoch. lib. 4. præsumptio. cap. 198. nu. 9. Peguer. d. decis. 107. num. 2. Gabriel. comm. opin. d. sit. ad Trebell. concl. 2. Matienz. lib. 5. tit. 4. l. 1. glo. 19. nu. 16. Hondoned. d. conf. 45. nu. 25. & conf. 66. nu. 29. lib. 2. Petr. Ant. à Petra de fideic. art. 15. nu. 155. & D. de Franch. d. dec. 11. & 612. & attēdēdo dispositionem Baltassaris testatoris, eliciuntur infrascriptæ evidētissimæ coniecturæ inducentes prohibitionem Trebellianicæ.

149 Prima Coniectura colligitur ex eo, quod testator voluit, vt totum relictum filiis prædictis naturalibus detineretur cum vinculis expressis, vt in facto, & succedente casu iuxta conditiones appositas perueniret ad substitutos vna cum augmentatione faciendo ex fructibus portionum reliquarū, quæ verba, & dictio totum, important omnino prohibitionem detractionis quartæ prædictæ, vtq. restitutio fiat sine diminutione, seu detractione glo. in l. decem ff. de fideicommissilib. Paul. de Castr. in d. auth. sed cum testator C. ad l. Falcid. DD. in d.l. Centurio, vbi Angel. Imol. & Aret. Cumam. conf. 134. Alex. conf. 201. col. 2. & 3. lib. 6. latissimè Burg. de Paꝝ referens quāplures DD. in d. concl. 7. à nu. 977. cum multis seqq. Graffus in verb. Trebellianica quæst. 8. viq; ad num. 6. Mascard. loco cit. vbi de communi nu. 5. Aymon. conf. 174. nu. 1. & 712. nu. 14. & 719. n. 6. Cephal. conf. 471. nu. 31. Berengar. in d.l. in quartam in 5. præf. ampliat. 2. à nu. 11. respondens specificè ad contraria, Menoch. conf. 71. num. 12. lib. 1. Matienz. qui allegat trigintaquatuor DD. tenetes hanc opinionem tit. 4. l. 1. glo. 19. à nu. 7. Petr. de Gregor. syntagm. iur. part. 3. lib. 42. in tit. de Trebell. deductio. cap. 31. num. 15. Padill. in l. post mortem num. 31. C. de fideicommiss. vbi innumeros allegat, nec in iudicando esse recedendum ab hac opinione, &

& respōdet cōtrarijs per quatuor cōlūnas, vt procedāt de iure veteri, quo Trebellianica prohiberi non poterat: sicut nouissimē tradit *Mantic.d.lib.7. c.12. à n.13. cū seq. Peregr.d.ar.3. nū.91* vbi allegat viginti octo *DD.* hanc opinionem confirmantes, & *Rustic.* qui catalogum *DD.* complectitur in *l. cūm 150 auus lib.3. cap.3. num.30.* etiam si dīctio prædicta apponatur verbo, tam dispositiuo, si dixerit *relinquo totam hæreditatem, vel substituo in tota hæreditate,* quām verbo executiuo, cūm dixerit, *volo restitui totam hæreditatem,* *Mantic. dicto lib. 7. cap. 12. num. 14. circa fin. ex mēte Ruin. in conf. 148. nū.1. cū seqq. lib.3. & Grassis. in §. Trebellianica quest. 8. num. 4. in fin.*

Contra hanc primam coniecturā aduersarius obiicit, istam dictionem *totum*, esse appositam in substitutione facta in beneficium filiorum descendētium à filiis institutis, non autem in beneficium Dominici Catanei, & eius filiorum, quæ obiectio reiçitur sine dubio ex pluribus.

*151 Primò*, quia dum voluit, vt in toto relictō filij descendentes succedērent, cūm deinde in defectum illorum vocauit Dominicum, eiusq; filios, similiter in tota hæreditate vocasse cēsetur, & porrigitur prohibitio ad subseq̄entes substitutiones, punctualiter in prohibitione trebellianicæ *Guid. Pap. decis. 545. & 592. & ibi Addentes, Simon de Pratis in tract. ultim. volunt. lib. 2. interpret. 4. dubit. 2. solut. 1.*

*152 Secundò*, quia prædictæ substitutiones tam descendētium quondam Dominici, & filiorum sunt factæ sub una oratione, & unica structura verborum usque in finem; idcirco illa dictionis *totum*, censetur in tota illa oratione reperita, iuxta sex. in *l. in repetendis ff. de leg. 3. doctrina est Bal. pūctualis in l. final. nū. 12. vers. ultimò queritur C. de indic. vidui. tollend. Sforza Oddus latè conf. 95. num. 85. cū seq. Neui. ad materiam conf. 71. nū. 14. & Ludou.*

*Casanat.* latissimē in *conf. 52. num. 22. cūm seqq.*

*153 Tertiò* (quod fortius est) in casu nostro adsunt verba, quæ expressè referunt antecedentem dispositionē, & ex illis colligitur enixa volūtas uniformiter, & individualiter demonstrata ab illo principio ibi, *todo lo que sin lo poder vender, &c.* cui subsequitur, quod deficientibus filijs, *socceda en los dichos bienes, & rursus, es mi voluntad, que lo dichos bienes, &c.* idcirco verba prædicta, quæ repetunt præcedentē dispositionem, includunt eandem substitutionem, vt omnia dicta bona, prout expresserat ab initio, ad substitutiones deueniant, ita individualiter ponderando verbum (*li detti*) docet *Paris.* videndus in *conf. 21. post num. 36. & num. 37. cū seq. vol. 3. Petrus Bim. in conf. 127. num. 11. vol. 2. & clariss in*

*154 conf. 286. num. 27. vol. 3.* Et aduertatur insuper, quod præter dictiones relatiuas adest dictionis copulatiua, quæ coniungit utrumq; gradum substitutionis, ex illis verbis, *ibi, y si lo que Dios no quiera qualquier de los dichos mis hijos muriera sin dejar hijos, en tal caso socceda el dicho Domingo, &c.* sic copulans testator sequentem substitutionem, cum præcedenti per illam dictionem (*y*) Ideòq; cū dux dispositio-nes copulatiuè coniunguntur, qualitas adiecta vni, & sic prohibitio trebellianicæ censetur repetita in secunda, *Bar. in l. sed in ea S. Caio num. 1. ff. defund. instruct. Aret. conf. 1. num. 12. Bero. conf. 120. nū. 166. lib. 2. Iaf. conf. ult. lib. 4. Ruin. conf. 15. num. 8. lib. 1. Gozad. conf. 72. num. 9.* natura enim dictionis copulatiuæ est, vt ad copulata uniformis dispositio inducatur *l. quamuis, vbi Bal. C. de impub. qua ratione idem firmat Anchār. in specie in duabus substitutionibus in cōf. 137. num. 2. Crauet. conf. 208. nū. 5. Menoch. conf. 117. num. 34. & 62.*

*155 Ultimò* confirmatur ex alio subsequenti capitulo testamenti, dum voluit eadem ratione, vt per ingressū reli-

religionis omnia bona prædicta cum fructibus peruenirent ad Dominicū, eiusq; filios, ibi, por el mismo caso, todos los dichos bienes, y fructos dellos, &c. & sic in omni casu ob defectum descendentium eadem ratione ductus, disposuit, vt omnia bona prædicta ad Dominicum, & filios deuenirent, & sic exclusit Monasterium, fortius idē censetur voluisse contra extraneū, vt poderaimus in articulo legitimæ, cui confert etiam præsens coniectura, sicut in Trebellianica, imò dum succedēte casu in beneficium Dominicī, & eius filiorū, voluit ad eos bona prædicta peruenire liberè, & absque vinculo, resultant argumenta maioris dilectionis ex traditis per Soc.iun.conf. 43. col. 1. confidens de vera naturalitate legitimi fratris, & non filiorum legitimatorum, quorum natura semper manca, deformis, & turpis, etiam post legitimationem, vt prosequitur Tholosan. syntagm. iur. can. lib. 2. cap. 3. num. 2. Ideoq; in legitimatis nulla descendencia dici potest, vt per Menoch. conf. 754. num. 5. cùm neq; sint nobiles, idem Menoch. conf. 202. num. 260. qui nec per eos conseruari familiam sicut per legitimos scripsit conf. 164. num. 19. & ante ipsum Dec. conf. 320. col. 4.

157. Secunda coniectura colligitur ex eodem capitulo substitutionis, in quo voluit testator, vt decedente quolibet ex alijs institutis absque filiis succederet Dominicus frater, & eius filij, & sic non substituit ad inuicem Cæsarem, & Stephanum, sed vnicuiq; substituit Dominicum, & filios, quod si ad portionem Stephani morientis absquè filiis non vocauit Cæsarem, nec è contra, & sic exclusit filios dilectos, vocando Dominicum fratre. Quomodo persuaderi poterit, in aliqua parte dictorum filiorum voluisse admittere extraneos incertos, ad quos non poterat cadere affectio, potius, quām alterum filium superstitem, vel fratrem, & nepotes à certe-

nullo modo: quoniam verba testamenti debent interpretari, prout ratio naturalis, & necessitudo sanguinis dictat Curt.Sen.conf. 51. num. 10. Paris. conf. 51. nu. 21. vol. 2. idcirco deducitur, proniores esse testatores ad grauadum extraneos, quām filios l.militis codicillis S. miles in supremis ff. de milit. testam. Bal.conf. 40. nu. 1. ad fin. vol. 5. & capienda est interpretatio, quæ est magis fauorabilis descendentibus testatoris, quām extraneis, Signor.conf. 171. ad fin. vers. item cessat, Roman.conf. 134. num. 5. & Paris.conf. 67. nmm. 114. vol. 3. dum igitur pater in nihilo substituit filios, fortius voluisse credendum est, vt nullo modo aliqua detractio fieret legitimæ, siue Trebellianicæ, quæ faciliter potuisset ad extraneos, non ad filios peruenire, & sic vt integrum relictum ad Dominicum fratrem, eiusq; filios de familia pertineret.

158 Tertia coniectura resultat etiam ex his, quæ diximus in legitima, dum voluit augeri fructus percipiendos ex reliquo post mortem in beneficium substitutorum detractis tantum alienis, qui fructus erant heredis, & de iure non suppositi restitutio, vt Surd. posuit in conf. 291. num. 6. vol. 2. habetur in l.coheredi S. cùm filia ff. de vulg. & pupill. sequuntur Rub. Gomez Lopez Matienz. & alij relati per Christoph. de PaZ ad ll. Styli. fol. 151. nu. 2. Si igitur quod erat heredis post mortem voluit in præiudicium filij includere in substitutione, multò magis censetur voluisse integrum suam hereditatem restitui fideicommissarijs suæ familie, & partem illius nullo modo deuenire ad extraneos penitus incognitos testatori.

159 Quarta coniectura indubitanter deducitur ex prohibitione alienationis ter adiecta à testatore pro integra portione vnicuique ex filiis reliqua, ex qua prohibitione maximè geminata sine dubio inducitur prohibitio detractionis Trebellianicæ, authent. sed

*sed & in ea C.ad leg.Falcid.& in S.fin.  
( vnde sumitur dict. autbent.) in  
Autbent. ut sponsa largit. qui text. licet  
loquatur in falcidia , pariter eadem  
rauone procedit in Trebellianica , in  
terminis testatur Bereg. in d.l.in quar-  
tam in 5.praefat.nu.5. in fin. vers.limita,  
& antea in 3.praefatio.nu.8. in fin. vers.  
16. Molin.de primogen.d.lib.1.cap.17.  
num.18.Molin.T beolog.de iust.& iur.  
tomo 1.dispus.187. in fine , late Peregr.  
de fideicomm.d.art.3.nu.91.per totum,  
Decian.conf.12.num.17.vol.1.& conf.  
57.num.36.cod.vol.Paris.conf.126.sub  
num.33.lib.1.& conf.9.num.15.lib.2.  
Marzar. qui testatur de communi in  
conf.4. num.16. Menoch.conf.272. nu.  
45. lib.3. referens alios quamplures ,  
& conf.643.nu.6. & 11. Matienz.lib.  
5.situl.4.l.1.glos.19. num. 24. Craut.  
conf.790. num.2. Cephal.conf.153.nu.  
90.lib.2. Gabriel.com.opin.lib.4.in tit.  
ad Trebell.concl.9.nu.1.Petra de fideic.  
quest.15.num.15.& ita decisum refert  
D.de Francb. etiam in filijs primi gra-  
dus decif.612.in fine.*

160 Et licet Roman.in conf.206.nu.5.  
intelligat procedere in simplici alie-  
natione prohibita, non in prohibitio-  
ne , quæ sit cum fideicommissio, ex eo,  
quod in fideicommisso tacite inest pro-  
hibitio alienationis , & tamen quarta  
detrahitur, ab quod expressa prohibi-  
tio in fideicommisso neq; operari de-  
bet. Respondet Peregrin. num.91. ex  
mente Alex.in addit.ad Bal. in d.autb.  
*sed cùm testator, vbi ait, Roman.nescire  
quid dicat, quod si simplex prohibitio  
alienationis impedit detractionem  
quartæ fauore alterius , vt impleatur  
voluntas defuncti, fortius quando te-  
stator constituit fideicommissum cū  
prohibitione alienationis expressa in  
beneficium certarum personarum  
maxime, vt in casu nostro adiecta clau-  
sula omnium relictorum ex fideicom-  
missio. Nanq; insurgit tacita prohibitio  
alienationis , & quando adest expre-  
sa, dicitur adesse duplex, vna tacita ex  
natura fideicommissi , altera expre-*

*sa à testatore, imò mixta est efficitur  
parit, Menoch. latè firmat in conf.461.  
num.44.vol.5. qui respondet ad regu-  
lam taciti, & expressi, vt nō habeat lo-  
cum, quād id, quod tacitè inest, pro-  
cedit ex præsumpta voluntate dispo-  
nentis , & alia ratione , vt ibi num.45.  
& quod non operatur tacita prohibi-  
tio, operatur expressa dicit Molin.lib.  
4.cap.11.num.11.*

161 Ex aduerso prædictur, hanc ma-  
ximam procedere , si prohibitio esset  
facta nedum hæredi, sed fideicommis-  
sario, vt ad suos successores bona per-  
uenirent; quoniam tunc fideicommis-  
sarius diceretur alienare, si permitte-  
ret detractionem quartæ , vt notat gl.  
in d.autb. sed & in ea, & ideo prohibi-  
tio tunc operaretur, ad quod fundan-  
dum adducit Corn.conf.164.nu.6.vol.  
1.Aret.conf.37.& conf.19.nu.9.Alciat.  
conf.113. sub num.8.15. & 19.lib.9.  
Decian.conf.120.num.24.vers. sed om-  
nis lib.3. Paris.conf.43.num.28. lib.3.  
Rolan.conf.9.lib.4. aliosq; relatos per  
Mantic. lib.7.tit.12. nu.20. & Peregr.  
art.3.num.91.

162 Sed prima opinio verior est , &  
cōmuniter recepta, de qua inter alios  
Ruin.conf.115.num.25.in fine vol.3.  
etiam si facta fuerit prohibitio aliena-  
tionis ad tempus in conf.118.num.29.  
cod.vol.& sequuntur relati per Peregr.  
d.art.3.num.91. vbi tenet opinionem  
p̄dictam contra partē , & allegat alios  
viginti octo DD. maximæ authorita-  
tis , Marzar.conf.14.nu.15.17.& 18.  
Menoch. latè respondens obiectis de  
præsumptio. lib.4.cap.198.num.29. &  
in conf.373.num.51. & quamuis pars  
habeat aliquos DD. pro se; nihilomi-  
nus ijdem DD. contrarium firmaue-  
runt,Corn. nāq; aliter dixit in conf.182  
num.8.& 9.vol.2. Aretin. contrarium  
tenuit in d.conf.37. num.10. Bald. &  
Alciat. similiter sibi contradicunt,  
vt refert Mantic.loco citato in vers. &  
bec quidem sententia, & nunc respon-  
debimus alijs adductis per Mantic.

163 Doctores nanque ex aduerso ad-  
ducti,

ducti vēt fundante opinionem ex eo; q̄ in liberis primi gradus Trebellianica prohibicōnō potest, quod verū non est, maximē vbi agitur de filio legitimato, vt diximus, vel ex ratione, quod p̄ceptum factum h̄ereditan- quam nādūm p̄ceptum non ope- ratur, quod nō militat in casu nostro, cūm sit factum q̄ beneficium certa- ruim personarum, vel quia arguitur de lex. in d. & fin. vbi prohibicōnō facta erat legatario, vt ad successores perueni- ret, & benē in illo casu prohibicōnō de- bebat fieri legatario rei particularis grauato, quia aliās h̄eres non prohi- bitus poterat falcidiam detrahere, & illa res dimicata peruenisset ad sub- stitutum. Vel inquenatur, quia non est alienatio, sed retentio; & h̄ec est fal- lacia, quoniam illa detractio, per quā dominium transferretur ad h̄eredem grauati, alienationē continet, vt co- siderat Paris. consl. 126. num. 34. lib. 4. Ex Pereg. d. ar. 3. nu. 91. & id probat ex lex. in d. S. fin. ut sponsalit. largi. & mil- litat alia ratio in contrarium; quia te- stator prohibendo alienationem, in- tēgra bona voluit ad substitutum per- uenire, vt Corn. cōnsiderat in d. consl. 182. in 1. conclusione. lib. 2. immo omnia in contrarium adducta non sunt ap- plicabili ad casum nostrum.

164. Primo; quia Trebellianica semel detrahitur. l. 1. S. deniq; vers. inde Ne- ratus ff. ad Trebellian. l. lex falcidia S. nūquam ff. ad leg. falcidiū si h̄eres de- trahit Trebellianicā, fideicommissarii detrahere nō potest, etiam quod non adsit prohibicōnō. Igitur inhibitio alienationis facta fideicommissario non operatur, & esset inutilis, ideo p̄dest, si est facta h̄erediti, cui rationi non re- cit̄ respondet Mantic. ibi num. 21.

165. Secūda prohibitio alienationis de- bet operari, ne detractio fiat ab eo, cui facta est prohibitio, vt lex. dicit in d. S. fin. maximē rer repetita a testato- ro, cum p̄cipiē facta sit, vt bonā, non transferantur in alios, quām in alios. Ab defuncto, ut Corn. cōnsider-

rat d. consl. 126. p̄blika S. & alijs seruū- tur, & si testator fecerit vñdūm gradū substitutionis, vt in casu nostro, quod morientibus filijs absq; liberis bona deueniant ad Dominicū, & filios li- berē absque vinculo, sufficit prohibicō- tio alienationis facta h̄erediti; quoniā aliās esset frustratoria, & si aliās dic- remus, operaretur contrarium effec- tum alienationis per detractionem contra voluntatem expressam testa- toris, quod dicendum non est, maxi- mē in filio legitimato cūr limitata successionē, qui in aliquo impugnare non potest defuncti voluntatem, & il- la inhibitio alienationis iter adiecā- testatore foret inutilis, quod nemo af- firmare poterit, & quia h̄ec opinio in simplici prohibitione recepta est in S.C. teste D. de Franch. d. dec. 612. in 2, hoc non est amplius insistendum.

166. Deniq; Trebellianica detrahit nō potest ratione Statuti Ianuensis, quo cautum est, vt h̄eres grauatus nō pos- sit aliquam falcidiam, scir trebellianicā retinere, nisi esset ex his, quibus de iure naturæ legitima deberetur. Quo- casu vna tantum quarta debet esse contentus, ideoq; cūm Caxari Cata- neo tanquam naturali, & limitate le- gitimato de iure naturæ legitima ali- quo modo competere non potuisse, Philippus h̄eres ex eius persona. Tre- bellianicā detrahere nequit, atten- to tenore statuti pr̄dicti, per quod sine dubio deductio trebellianicæ à iure ciuili introducta tolli potuit, vt trādiderūt Innoc. in cap. Rainutius, & glos. in verb. consuetudinem sub num. 3. de testamen. Abb. consl. 73. colum. fin. sub num. 10. volum. 2. Gabr. lib. 6. de consuetudine conclus. 1. nu. 64. Mantic. de coniectur. lib. 6. titul. 8. num. 10. de Amatis cūpulat decij. 11. num. 16. & in his terminis prohibitionis Trebel- lianicæ ex statuto posuit Ioan. Philip- pus consl. 3. num. 6. quod statutum prohibens trebellianicā dicitur fa- vorabile; non odiosum, cūm disposi- tio reducatur ad ius antiquū duo- decim

decim tabularum, quo nulla erat trebellianica constituta, vtq; defunctoru voluntates sine diminutione adimplentur in specie *Ruin. conf. 159. nu. 2. lib. 3. Dec. conf. 575. num. 10. Costa in d. cap. si pater num. 4. vers. ab/q; deductione de testamento. in 6. Mantic. de coniect. li. 7. tit. 7. nu. 12. Alex. Raudens. de analog. cap. 18. num. 11. lib. 1. Gutier. in l. nemo potest num. 329. ff. de legat. 1. & in l. verbis legis ff. de verbor. signific. fication.*

Insuper est verissimum, Baltassarē Cataneum testatorem fuisse ciuem originarium Ianuensem, vt notorium est, & infrā comprobabitur, quam Ciuitatem ex incolatu in Hispania minimè amisit.

**167** Primò, quia domicilium originis regulariter mutari non potest etiam expressa voluntate *l. assumptio ff. ad municip. ubi glof. & Bart. & in l. fin. S. penult. vers. ulterius quero C. ad municipal. lib. 10. Felin. in cap. Rodulphus num. 14. de rescript. Marian. Socin. in cap. final. num. 18. de foro competenti, optimè Socin. confil. 79. num. 23. lib. 4. vbi loquitur etiam de habitatione alibi per annos 40. Aret. confil. 135. num. 1. Alex. conf. 34. col. 2. lib. 5. & latē Peregrin. alias referens in confil. 126. & num. 7. cum seqq. volum. 5.*

**168** Secundo, quia licet incolatum fecerit in Hispania, adhuc tamē subiit onera in sua Patria Ianuensi, & soluit impositiones à Republica ordinatas pro tempore iuxta necessitates occurrentes, ex quorum munerum solutione ciuitas originis retinetur *Ruin. conf. 200. nu. 7. cum seqq. lib. 2. & conf. 111. à n. 9. lib. 3. Bart. in tract. repræsal. in 2. quest. 7. quest. principalis, Socin. in rub. ff. sol. mat. nu. 127. Cephal. confil. 246. in fin. Roland. confil. 79. num. 29. ad num. 45. lib. 3. Surd. confil. 313. num. 60. & 62. lib. 3. Anchā. Regien. lib. 1. quest. 9. num. 22. & hac ratione attēta resoluitur alia conclusio, quæ videatur aduersari, quod per translationē domicilij amittitur ius originis, quan-*

do nullo modo constat de animo redeundi, nec aliqua onera subest in patria, vt inferius dicemus ex decis. *Afflict. 384. Bald. in rub. C. si a non competen. iudic. Laderch. confil. 74. numer. 5. Peregrin. latē dictio confil. 126. num. 10. cum seq. cum alijs infra citandis.*

**169** Tertiō, Baltassar non fecit incolatum Hispaniae causa ibi perpetuò commorandi, imò constat de animo in patriā redeundi, quod sufficit ostendere siue verē; vel presumptiuē, vt optimè docet Greg. *Lopez part. 4. tit. 24. lib. 2. glof. 14. circa fin.* Etenim causa habitationis in Hispania fuit negotiatio iuxta solitum totius Nationis. Vnde etiam si per longissimum tempus ibi habitasset, vel mille annos, originaria ciuitatem nō perdidisset secundum communem opinionem, de qua per Alber. in leg. 1. sub nu. 11. versic. ex prædictis C. de summ. Trinit. & fid. cathol. *Felin. in cap. dilectus filius num. 11. de rescript. Paris. confil. 53. num. 88. cum seq. lib. 3. Lopez loquens in specie in incolatu causa mercaturæ in dicta glof. 14. post prædictum Corn. videndus in confil. 244. num. 18. & 19. volu. 5. Bero. confil. 60. num. 22. & 23. cum seq. lib. 2. Roland. d. confil. 79. nu. 51. & 52. Menoch. de arbitr. iudic. casu 86. num. 78. & generale est, quoties apparet causa, ex qua aliò quis ad habitandum se contulit, non dici mutatam ciuitatem originis, vt ultra prædictos posuit Alciat. confil. 55. nu. 9. Carauit. tit. 301. num. 21. Surd. confil. 206. num. 5. lib. 1. Rota decis. 105. nu. 5. in 2. part. Alzued. l. 19. titul. 3. lib. 1. recopila. Et sic bona existentia Hispaniae non dicuntur translata, sed quæ sita iuxta tex. in leg. 2. C. ubi Senato. vel Clariss. & etiam si fuissent træslata, sat is est, quod necessariò non inferantur effectus domicilij, cùm subsit alia consideratio prædicta negotiationis, vt per Menoch. d. casu 86. num. 18. & 28. per tex. aureum in l. ex facto la 2. S. ff. ff. de bared. instituend. Salyc. in d. l. 1.*

F sub

sub n. 14. C. de sum. Trin. & fid. casb.  
 Cum autem ultra causam negotiatio-  
 nis apparet de animo nolle domiciliū  
 contrahere in loco habitationis , res  
 indubitate remanet citra controver-  
 siam, ut latè Menoc. d. cas. 86. n. 7. licet  
 contributio onerum in patria de per-  
 se sufficiens esset. Animus verò Bal-  
 tassaris patet ; quia dum matrimonii  
 Hispaniae contraxit, stipulatus fuit se-  
 cundum morem suę patrię Ianuen-  
 sis, item in testamēto præcepit, ut filij  
 Ianuam transferrentur , ibi commo-  
 raturi, quę conjecturę, & præsum-  
 ptiones in his terminis clare demon-  
 strant animum Baltassaris quodad ci-  
 uilitatem originis ex traditis optimè  
 per Alciat. conf. 164. nu. 5. lib. 5. alijs  
 est conf. 719. secundum aliam impres-  
 sionem, Riminald. Iun. conf. 436. num.  
 42. lib. 4. Bero. d. conf. 69. sub num. 27.  
 verf. & licet lib. 2. Menoch. d. casu 86.  
 num. 28. in fine.

170 Ex his modò sequitur, quod licet  
 Baltasar testamentum fecerit in  
 Hispania, comprehenditur sub statu-  
 tis patrię suę Bart. in d.l. 1. num. 119.  
 Salyc. num. 12. Cacciulup. num. 169. &  
 alij, quos latè cōmemorat Surd. cōf. 2.  
 num. 27. lib. 1. quia locus testamenti  
 inspicitur tantummodo quodad solé-  
 nitates actus, etiam quodad forenses,  
 ut Bart. declarat, & alij in d.l. 1. in 3. &  
 6. quest. Corn. d. conf. 244. num. 22. &  
 latè Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 8. nu.  
 14. ultra alia adducta superiùs in arti-  
 culo nullitatis testamēti Cæsar, quò  
 verò ad interpretationem dispositio-  
 nis, & quomodo dicatur ordinasse,  
 intelligitur sine dubio secundum sta-  
 tuta patrię suę l. bæredes mei , S. cùm  
 ita, vbi Rip. num. 74. ff. ad Trebell. l.  
 summis ff. de leg. 3. Alciat. conf. 44. nu.  
 33. lib. 9. Traq. latè in leg. s. unquam  
 in verbo suscepit liberos à num. 101.  
 C. de reuoc. donat. Menoch. de præsump.  
 lib. 4. cap. 202. num. 10. cumseq. & sic  
 magis inspiciendam esse consuetu-  
 dinē loci originis , quām loci, in quo  
 tanquam forensis fecit testamētum,

ita se habere opinionem cōminem  
 tradit Roman. in l. si non speciali nu. 6.  
 in fin. C. de testament. Corn. in dicto  
 consil. 244. colum. penul. volum. 2. & in  
 simili statuto Ianuæ in pari casu ciuis  
 alibi mortui, vbi habitabat, responderet  
 Rubeus in conf. 45. Et in specie, quod  
 ex statuto, vel consuetudine patrię  
 attendatur voluntas testatoris circa  
 detractionem Trebellianicę posuit  
 Matic. optimè in d. lib. 6. tit. 8. sub nu.  
 10. citat Gabriel. de consuetud. concl. 1.  
 num. 63.

171 Et dum attenditur dispositio Bal-  
 tassaris regulanda secundum statuta  
 Ianuæ, non est quærendum, an illud  
 statutum prohibitum detractionis  
 Trebellianicę extendatur ad bona  
 extra territorium Reipublicæ Ianuē-  
 sis; sed si voluntas Baltassaris porrecta  
 præsumatur ad mentem statuti, sicut  
 probauimus: propterea dispositio te-  
 stamentaria locum habet in bonis si-  
 tis vbiique locorum, cùm testamētum  
 sit vnicum , & indivisibile , & conse-  
 quenter vbiique suas vires extendit ,  
 optimè Bald. in conf. 439. col. fin. vers.  
 sed dices aliquis lib. 4. & consil. 132. in  
 fin. vol. 2. Signorol. de Homode. in l. 2.  
 num. 2. C. quand. testam. aper. etenim  
 causa testati multum differt à causa  
 intestati, prout in terminis statutorū  
 obseruat Lancell. Galiaut. in prefatio.  
 8. in comment. ad conf. Alex. 13. verfc.  
 partim verò , & in successione ab in-  
 testato seruanda esse statuta locoru,  
 vbi bona existūt, maximè si sūt odio-  
 sa, dixit Menoc. in conf. 102 1. n. 10. vol.  
 11. vbi allegat quinquaginta sex DD.  
 hoc affirmantes; cù verò testator cé-  
 seatur disposuisse secundū statuta pa-  
 trię suę, illud testamētum, quod loco  
 nō circūscribitur, amplectitur omnia  
 bona iuxta dispositionem Statuti loci  
 originis , & proinde vbiique operatur  
 etiam quodad bona existentia extra  
 territorium, ita ex mente Bart. col. 9.  
 verf. sed quero de effectu, Bald. nu. 13.  
 vers. sed hic quero, & num. 17. Salyc.  
 col. 4. vers. nunc quero, Ias. in 1. lectura  
 num. 44

xum. 44. vers. 3. quod ab principio principalis, & in 2. lib. col. penult. in finia d. l. 1. C. de sum. Trin. & fiducib. & aliorum posuit Ans. Gabr. lib. 4. com. opinio in sic. de se filiam. concil. in princ. sicut si forensis valuerit testari secundum censuetudinem loci, ubi sic testamentum, similiter operaretur quod ad bona vbi- canque existentia, ut ibi num. 2. alle- gans consil. Alex. 44. vol. 5. col. fin. ea- dem ratione, quia testamentum regu- latur a mente statui. quod porrigit vires ad universa bona vbiunque existentia, cum ad certum locum non restringatur.

172 Ulterius, si de viribus statuti in- spicendum esset, adhuc dicimus, illud tanquam fauorable, ut in principio fundauimus, extendendum esse ad omnia bona extra territorium, secun- dum Bart. in d. l. num. 32. quem ibi sequuntur Caslrensi. Aretia. num. 16. Ies. num. 82. & 86. Idem Bart. in L. si duo num. 2. ff. de administ. tuto. & in L. ex caslrensi ff. de caslrensi. pecu. Nast. consil. 149. in fin. Alex. consil. 41. num. 5. lib. 1. & consil. 116. num. 6. lib. 6. Ruin. consil. 160. sub nu. 3. ver. secundus ca- sus lib. 4. Cephal. consil. 309. nu. 24. lib. 2. Surd. consil. 343. nu. 19. & 24. lib. 3. Soc. consil. 74. nu. 2. lib. 3. Gabriel de statut. concil. 8. in princ. Roland. consil. 80. nu. 6. lib. 4. Bero. consil. 60. sub num. 70. lib. 2. Corn. consil. 152. nu. 1. lib. 1. Rub. d. consil. 45. nu. 4. & Menoch. consil. 1086. nu. 7. vol. 11.

173 Insuper, statutum prædictum lo- quitur in personam, inhabilitas sub- ditos hæredes, ne trebellianicam de- trahant, quo casu excedit vires ex ea territorium ad bona vbiunque sita, que dicuntur venire accessoriè ad personam, Calder. sive Franc. de Ram- pa. consil. 34. Salyce. in d. L. 1. sub num. 14. ver. confirmatur 2. Nast. in cap. qua- quis, de pact. in 6. Alex. consil. 16. nu. 4. lib. 1. & consil. 141. num. 18. lib. 7. Brun. de statut. excludens. summa q. 8. nu. 9. Purpur. consil. 320. nu. 13. & consil. 527. num. 4. Rub. consil. 16. 45. & 74. num. 10. vol. 11.

Campeg. de doce q. 49 per rot. Romane. consil. 39. num. 3. ver. 1. est enim confide- nandum, Soc. caslrensi. 36. lib. 4. Cephal. consil. 309. num. 30. Surd. d. consil. 343. nu. 26. lib. 3. & consil. 553. numer. 11. lib. 4. Mer- 174. nach. consil. 469. num. 8. lib. 5. Bur. sal. consil. 93. num. 35. & Consil. de Anna. in consil. 92. nu. 53. & 55. Quod maxi- mè procedit, ubi agitur de successio- ne, vel de excludendo ab hereditate, que est ius universale, ut nonnulli ex prædictis cōsiderant, relati per Surd. in dict. consil. 553. & num. 11. volum. 4. Bero. consil. 35. sub num. 36. & 41. & in q. 109. in fin. Alber. in d. l. 1. num. 25. ibiq; Satyres. num. 14. in fin. Thesaur. decif. 37. num. 6. Consil. de Anna. consil. 92. numer. 52. volum. 2. & Mi- nado. consil. 12. numer. 13. & consil. 21. num. 8.

Si vero inspicimus personas Ces- ris, & Stephani, adhuc est clarissimum, esse seruandum statutum Ianuz ori- ginis paternæ, cuius vigore Trebel- lianica ex hæreditate prædicta non est detrahenda, ex pluribus.

175 Primo, quoniā licet prædicti filij orti fuerint in Hispania, sequitur tamen originem patris, Assumptio S. filius, ff. ad municipal. l. filios cum l. scilicet. C. de municipal. & origin. lib. 10. Alber. in rub. ff. de munere. & honor. Iaf. in l. buiusmo- di, l. legarum numer. 18. ff. de legat. l. Marian. Socin. in cap. fin. quæst. 8. num. 11. vbi I mol. num. 10. de for. competen. Menoch. consil. 80. n. 10. lib. 1. & Peregr. consil. 126. num. 2. lib. 5. Gregor. Lopez. in l. 2. sis. 24. partita 4. gl. 14. ver. sed an si naturales Regni, Bero. consil. 155. n. 36.

176 lib. 2. & hoc procedit etiā in filio le- gitimato, vi expressè Bart. in d. l. filios num. 5. vbi gl. 6. & Luc. de Penn in fine post gl. ibi nam in materna, imo in. 177 Hispania filius etiam naturalis le- quitur conditionem, & originem patris, non matris, ex test. in l. l. titul. 11. partita 7. vbi Lopez, & l. 19. titul. 3. lib. 1. recopilar. vbi Azened. sub num. 1.

178 Secundò, quia filii p̄dici post mor-

tem patris ex Hispania ad Iauam  
domicilium transstulerunt, & sic alia  
Ciuitatem Reipublicæ Iauensis ac-  
quisierunt, ve per glof.in d.l.filios in-  
fine primæ gl. et in d.l.assumptio filius  
in glof.magna vers.su dic, Abb.in cap.  
vlt. in fine de paroch. maximè si nihil  
oneris, vel honoris subierint in loco  
natiuitatis, vt gl.prædicta docet, Affl.  
in dec.384.nu.2. & 3.Decian.conf.49.  
num.15.lib.5. Socin.conf.288.num.5.  
lib.2. Bal.conf.207. queritur utrum  
num.1.vol.1.Surd.d.conf.343. nu.63.  
lib.3. sic intelligendo doctrinam Bal.  
in rub.C.si à non competenti iudic.Rim.  
optimè in conf.23. post nu.129.vol.1.  
Menoch.dicte conf.86. num.14. & 15.  
Marian. Socin.in d.cap.final.de foro  
compet.DD.in cap quòd clericis eod.tit.  
Cyn.& alij in l.2.C.vbi Senat. vel Cla-  
rissim.Felin. in cap.dilectus lo 2.sub n.  
12.de rescript.Menoc.de arbitr.Iudic.  
casu 86.lib.2.Ioseph. Ludou.dccis.Pe-  
rusin.76. num.12. & sic conciliando  
opiniones, de quibus etiam supra lo-  
cuti sumus, priuilegium originis non  
mutatur, nisi in totum deseratur, & in  
ea quis onera nō subeat, vel animum  
non habeat rodeundi, de quo habe-  
tur etiam in cap.2.de sepultur.in 6. &  
in d.l.assumptio S.iuris prudentib.ibi,  
si virrobique, ff.ad municip.

179 Nec obstat, quòd filii prædicti nō  
voluntariè, & proprio motu se tran-  
stulerint ad Ciuitatē Iauæ; sed tra-  
ducti à Dominico Cataneo tutore,  
ipsis existentibus in minoritate, qui  
vti pupilli domicilium constituere  
non potuerant, vt Bar.posuit in l.1.ff.  
de sus. & curat. quoniam prædicti filii  
ex præcepto patris traducti fuerunt  
ad Ciuitatem prædictam, vt ibi resi-  
derent, quod efficit, vt tanto magis  
180 dicātur secuti originem patris. Itē  
quia pupilli benè possunt alibi domi-  
cillum constituere cum auctoritatē  
tutoris, ita ex mente Bart.in d.l.1. &  
Sahy.in l.1.C.vbi petant. tuto. docuit  
Gregor.Lopez riçul.16.par.6.l.11.gl.2.  
verb.isem neque proprium, & melius,

181 quia in filio requiruntur duo, origo  
scilicet, & domicilium, cū origo sola  
nō sufficiat, & his duobus cōcurren-  
tibus non attenderetur origo patris  
alterius loci, Dec.conf.352.num.3. &  
4.in fine, Boer.decis.13.num.36.maxi-  
mè si non habitat, nec onera substi-  
net, iuxta dicta per Affl. d.dec.384.  
Boer.decis.260.Cephal.conf.246.num.  
20.vol.2.Ruin.conf.200. nu.13. lib.2.  
& Neuiz. inter confil. Brunii conf.12.  
col.1. si modò filii prædicti aliud do-  
miciū natī sunt in Republica, ibiq;  
descripti, vt Iauēses inter Nobiles,  
& effetti maiores domicilium prædi-  
cum, & originem patris continuaue-  
runt vsque ad mortem, relictō peni-  
tus domicilio originis Hispaniæ, vbi  
onera modo aliquo non subtinue-  
182 runt, sine dubio ex prædictis vti Ia-  
nuenses censeri debent, nulla habita-  
ratione habitationis Cæsar is in Ciui-  
tate Neap. per breue spatium, non  
animo constituendi domicilium; sed  
casualiter causa associādi Philippum  
eius sacerorum reuersurum ad lares  
suos paternos, ex notatis in his ter-  
minis per Bar.in l.que situm, ff.de leg.3.  
Castr. & Iaf.in d.l. huiusmodi S.lega-  
tum num.9. & 10. ff.de leg.1. Peregr.in  
d.conf.126.n.9.Feli.in d.cap.dilectus,  
& Surd.d.conf.343.sub n.28.vers.nec  
super lib.3.

183 Ex quibus sequitur, q statutū præ-  
dictūm prohibēs deductionem Tre-  
bellianicæ, quod est ius commune ci-  
uum, c.1.in fin.vi lit.pend.de quo latè  
Mantic.de coniect.lib.6.c.7.n.1. ligat

184 ciues subditos, nedū originarios, sed  
etia ciues per incolatum, & domi-  
cillum, Soc.conf.79.n.12.li.4.Sur.d.conf.  
343.n.32.lib.3. & sufficit, quòd ciues  
reperiatur effecti, antequam eueni-  
ret casus fideicomissi cōditionalis,  
scilicet tempore mortis ipsorum sine  
filii, quod tempus inspiciendum est,  
secundūm Bart. in l. quanquam C. ad  
l.Fakid.Peregr.de fideicom.art.3. sub  
num.25.Mantic.de coniect.lib.3.titul.  
11.nu.17. Socin.conf.81, nu.1. lib.3.  
quo

quo tempore non poserat considerari impedimentum respectu loci Hispaniae, & in individuo respectu statuti, & ciuiis effecti tempore fideicommissi, ex pluribus respondet Menoch. conf. 1089. num. 3. & seq. & nu. 17. lib. 11. Castr. conf. 286. li. 2. alijq; relati per eundem Menoch. conf. 1140. num. 34. li. 12. vbi refert ita bis iudicatum Mediolani.

185 Accedit etiam in casu fortiori (etiam si loci originis ratio aliqua habenda esset) quod quando concurrunt duo statuta, vnum permissuum detractionis; aliud prohibitium, debet attendi, & praeferrri statutum prohibitium, vt sentit Alex. in l. si Rufinus num. 6. ibi, quod tene menti pro statutis C. de testam. milir. punctualiter Socin. conf. 79. nu. 27. lib. 4. loquens in duobus statutis, uno permissivo loci originis, altero prohibitivo loci domiciliij, & concludit esse attendum statutum prohibitium loci domiciliij ex notat. per Bart. in l. 1. ff. de suspectu. Sicut in casu nostro ex predictis inspici debet statutum Ianuae prohibitiuum detractionis Trebellianicæ, & hæc ultra alia, quæ allegabimur infra in Articulo successionis ab intestato in bonis Stephani Catanei predicti.

186. Succedit & alia nonissime consideratio voluntatis Baltassaris senioris, qui, ut sua dispositio in omnibus sortiteretur effectum, adiecit clausulam omni modo melius, ibi, emanda todo lo dentro està escrito, y se contiene, y declaro, y lo hale, e otorga por tal su testamento, e ultima voluntad, y en aquella dia, se forma que de derecho mayor lugar aya, y que mas valido sea, y dixo, vigore qulus clausula colligitur voluntas testatoris, ut tacite censeatur prohibita detraccio trebellianicæ, non secus, ac si iussisset totam hereditatem restitui, cum non diceretur melius, quam fieri possit, ad effectu perduci, si quarta predicta detraheretur, ita notabiliter posuit Ruin. videndus in conf. 146.

nu. 10. lib. 3 & conf. 47. col. fin. in fin.  
lib. 2. Rim. Iun. conf. 204. num. 122.  
lib. 2. Gozadin. conf. 46. num. 26. lib.  
Non. conf. 1. nu. 17. & conf. 20. num. 12.  
Hieron. Gabriel. conf. 86. nu. 22. lib. 2.  
Menoch. lib. 4. pres. 31. nu. 13. & Turret. in tract. de claus. codicill. quæst. 133  
num. 6. Et in casu nostro satis, superq; constat de enixa volūtare Baltassaris, qui voluit considerare, & protidere omnes casus possibles, vt omnimodo bona suæ hæreditatis deueniret ad filios Cæsaris, & Stephani pro quotis relictis, si nati fuissent, & in defecum illorum ad Dominicum fratre, eiusq; filios, & hæredes. Si enim eisdem filijs alimenta tantummodo reliquit usq; ad annun vigesimum quintum, & integrum portionem relictam uniuicique vnâ cum augmento perueniendo ex fructibus cum prohibitiione alienandi, voluit ad filios, si nascerentur, peruenire, & illis deficientibus filios suos institutos non substituit. ad inuicem, sed vocauit Dominicum fratrem, & eius filios, & hæredes, excludendo patriter Monasteriū totalieer, certe persuaderi non poterit, voluisse Baltassarem, vt ex persona filiorum bona ipsius proprijs laboribus, & vigilijs quæsita pro aliqua portione deuenirent ad concubinas, vel ad hæredes filiorū extraneos penitus incognitos, vck: odibiles contra expressam ipsius mē-  
187. tem, & volūtatem, & si in dubio illa opinio eligenda est, per quam tollitur Trebellianicæ detraccio, vt per Ruin. conf. 159. num. 2. & 3. lib. 3. Menoch. conf. 643. num. 14. lib. 7. & Meniscalate de canect. lib. 7. sis. 12. num. 12. Et quælibet ex rationib; superioris adductis de perse sola sufficiens esset ad tollendam detractionem predictam, concurrentibus omnibus predictis pro declaratione voluntatis Baltassaris, indubitate redditur, detractionem predictam competere non posse.

## ARTICVLVS. V.

Quod ad successionem ab intestato in bonis Stephani.

S X. M M A R I V M.

188 Transmissi in heredem nequit id, quod defunctus non habebat ex iuris regulari satis vulgata.

189 Nati ex eodem patre, sed ex duabus concubinis: adiuicem non succidunt.

190 ... inter se non sunt cognati, cum per matrem contrabatur cognatio.

191 ... nec agnati, ex quo agnatio per partem contrahitur mediante legitimo matrimonio.

192 L. si spurius la 2. ff. vnd. cogn. quamvis loquatur de spurio, procedit nibilominus in omni illegitimo.

193 Naturalis simpliciter quod ad omnia legitimatus, dicitur legitimus etiam quod ad agnatos.

194 Non tamen manet absque controvèrsia, si inuicem cum coniunctis ex latere patris succedere possit, cum binc inde adfint DD. autoritates.

195 Opinio affirmativa erit indubitate, si in legitimatione fuerit expresse canrum.

196 Vel si dictum, quod legitimatus habeat successiones actiunas, & passiuas, etiam respectu agnatorum, quod in idem recedit.

197 Vel si eodem actu omnes filii fuissent plenè legitimati, unde censetur alii alteri consenserit.

198 At negativa pariter absque difficultate procedet, ubiunque legitimatio fuerit quod ad successionem limitata.

199 Legitimatus ubi non succedit patri, multò minus nec fratri.

200 Fratrum naturalium inter se successio regulatur à successione patris, ut si patre nō succedunt ab intestato, tamen fortius inter se non succedunt.

201 Legitimatus interdum ex legitima-

tionis forma redditur, incapax successionis aetue, non autem passiue.

202 Fratri naturali defuncto ab intestato si non super sit frater uterius, succedit alius frater ex eodem patre, licet diuerja matre susceptus secundum particularem legem Hispanie.

203 Forensis non gaudet beneficio, siue dispensatione statuti nec actiue, nec passiue, maxime si statutū respiciat personas, idque procedit etiam quod ad bona infra territorium statuentium.

Nec desunt DD. in terminis id affirmantes quod ad successionē ab intestato, & cum ratione.

204 Statutis loquentibus de successione, tanquam forensis non gaudet is, qui primo loco fuit originarius, & postea relicto originis loco, nec ibi munera solvens, alium in locum transtulit domicitum.

Fallit in Hispania, & Gallia secundum Theslaur.iun.

Vbi iij tantum gaudent, qui priuilegium obtinent naturalitatis.

In successionibus attenditur persona defuncta, de cuius successione agitur, an fuerit statuentibus subdita.

Avia materna excludit fratres utrinque coniuctos in Hispania.

Statuto Iaxiensi inuitatur ad successionem agnatus masculus natus ex legitimo, & vero matrimonio proximior defuncto ab intestato usque ad quartum gradum inclusuē, ibid. circa med.

Idq; secundum alterum eiusdem Cinciatris procedit etiam in successionē alii cuius naturalis ab intestato decedentis.

Enunciatur decisio Sacri Confly iunctis tribus Aulis facta in Collaterali coram Excellentissimo Comite de Lemos. ibid. in finalibus verbis.

Hucusq;

**H**ucusq; demostrauimus, non cōpetere legitimā & minus Trebellianicam ex pérsonis Cæsarīs, & Stephani in bonis quondam Baltassaris Catanei senioris, & successiū in bonis prædictis cessare quālibet prætensionem Philippi Spinulæ, qui agnoscens se euidentissimè exclūsum, instat pro interpositione decreti præambuli in bonis Stephani ab intestato defuncti, & hic articulus posset concernere bona propria Stephani, vel materna, si tūc adfūssent, cūm respectu honorū Baltassaris patris res expedita sit, nec opus sit declaratio nē vigore decreti præambuli, cessante

188 qualibet detractione legitimæ, aut Trebellianicæ, ideoq; ad Cæsarem, vel alium prætensem hæredem transmittere non potuit, quod sibi nullo modo competebat, *ex reg. l. nem plus iuris fī de reg. iur. cum alijs relatis per Surd. decis. 11. num. 10. & decis. 93. nu. 28.* & qnād bona propria Stephani, quamuis incerta, si apparuerint adesse adhuc Philippum excludendū esse ex persona Cæsarī Catanei, quem reprezentat, ex infra scriptis clarissimè demonstratur.

Primo, si ad præsens constaret de bonis proprijs Stephani (citra bona hæreditatis Baltassaris senioris) Cæsar in illis succedere nō poterat Stephani 189 no fratri, ideoq; nec Philippus Spinula ex persona Cæsarīs; quoniā Cæsar, & Stephanus non erāt fratres veterini, cūm nati fuissent ex duabus concubinis, & sic adinviçem non succedebant secundum glof. communiter approbatā in *L. bac part. ff. unde cogn. Alex. conf. 57. num. 3. lib. 4. Gugliel. de Bened. in cap. Raynūsius in verbo, & uxorem nomine Adelasiām num. 144. Affl. in cap. 1. S. naturales sī de feudi defuncti mili. Florian. in *I. qui testamen tum de probation. Cacciakup. in l. si qua illūstris num. 44. C. ad Orficiā, Aretin. in S. vulgō quæstīos num. 4. Instit. de success. ab intest. Abb. oī. 50. col. 2. vol. 2.**

190 ea ratione, quia inter se non sunt

cognati, cūm cognatio per matrem contrahatur, l. 4. ff. unde cogn. S. penult.

191 *Instit. de success. cognato.* nec etiam dicuntur agnati, quia agnatio per patrem contrahitur, ex legitimo tamen matrimonio, d. S. vulgō quæstīos, & S. filium verò in auth. quib. mod. natur. efficia. sui, habetur in *L. communium C. de natur. liber.* probat etiam *tex. in l. spurius la secunda ff. unde cogn. qui &*

192 si loquatur in spurio, pcedit in omni illegitimo, *Couar. dc. / ponsal. part. 2. cap. 8. S. 9. num. 19. Crauet. latè in conf. 138. à num. 6. & num. 12. Dec. conf. 315. num. 1. Paris. conf. 100. num. 12. lib. 2. Paleot. de notis, & spurijs cap. 39. nu. 5. Grass. in S. successio ab intestato quæst. 34. T. besaur. lib. 1. quæst. forens. quæst. 22. num. 5. in fine, quem pars malè professa allegavit, & sic attēto iure communī Philippus excluditur ex persona Cæsarī à successionē ab intestato in bonis proprijs Stephani.*

193 Pariter secundò attenta forma legitimationis nō minùs venit excludēdus; quoniam licet fortè legitimatus dici possit legitimus etiam quād agnatos, id procederet in filio naturali simpliciter quād omnia legitimato, qui cæteris omnibus fieret legitimus iuxta text. in S. quapropter in auth. quib. mod. natu. effic. sui, habetur in *d. l. communium C. de natur. lib. Ang. in conf. 17. superius allegato, & tamē*

194 adhuc Viri maximē authoritatis tenuerunt, etiam simpliciter legitimatum non inuicem cum coniunctis ex latere patris succedere posse, nisi in legitimatione fuerit expressè cautū,

195 vt voluit glof. in dict. l. 2. ff. unde cogn. Bald. in *L. cum in adoptiis in principio num. 5. C. de adoptio. Alex. conf. 139. post num. 2. lib. 1. Salyc. in auth. item si quis C. de natur. lib. Greg. Lopez part. 4. tit. 15. l. 7. glof. 10. Couar. in d. cap. 8. S. 10. nu. 2. & seq. Dec. conf. 698. Decian. conf. 19. nu. 49. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 43. num. 58. in fin. Lup. de illegitim. com. 3. S. 1. num. 67. in fin. ea ratione ne agnati inuiti, vel incogitantes habent*

- beant talem hæredem, *Bald.* *conf. 17.*  
*lib. 4.* *Menoch.* *conf. 108.* *num. 4.* *lib. 2.*  
 Requireretur ergo saltem, vel quod  
 196 ab solutè fuisset legitimati, vel quod  
 respectu agnitorum fuisset dictū spe-  
 cialiter in legitimatione, ut legitimata-  
 tus habeat successiones actiuas, & pas-  
 sivas, vt docet *Alciat.* ex mente *Jacob.*  
*de Beluis.* & aliorum *in conf. 6.* *num. 13.*  
*lib. 4.* *Alex.* *dictio conf. 139.* post *num. 2.*
- 197 Aut si eodem actu omnes filii fuissent  
 plenè legitimati, vnde cesserentur al-  
 ter alteri consensisse, idem *Alciat.* *in*  
*conf. 15.* licet præsens casus nu. 2. & lib.  
 9. Cùm verò legitimatio limitata est
- 198 quod ad successionem, taliter legitimatus  
 remaneret exclusus, vt per *Lau-*  
*douicum de Sard.* *in tit. de legitimatio-*  
*effectu nu. 14.* fol. mihi 42. tom. 8. tract.  
*par. 2.* *Lupus de illegitim.* alios referens  
*d. com. 3.* *S. 1.* *num. . . .* quod fortius pro-  
 cedit in casu nostro; quia sub unica  
 forma Cæsar, & Stephanus fuerūt le-  
 gitimati, & habilitati ad succedendum  
 in eo, quod pater, vel alia quævis per-  
 sona reliquerint ex testamēto, vel do-  
 natione, idèoq; ab intestato penitus  
 celerentur exclusi, & à qualibet succe-  
 sione, quaniā (vt fundatū est) Cæ-
- 199 sat ita legitimatus non succedit pa-  
 tri ab intestato, multò minùs fratri, *i.*  
*fin. x. ibi not. C. de natur.* *lib. Dec.* *in L.*  
*illam col. 3.* *G. de collat.* *Craues.* *d. conf.*  
*138.* *nu. 8.* *Affid.* *in terminis in decis.*  
*96.* *num. 3.* & 4. & *successio fratrum*  
 naturalium inter se regulatur & suc-  
 200 cessione patris, vt si patri non suc-  
 cedit ab intestato, tanto fortius nec  
 inter se succedunt *Bart.* *in l. fin. nu. 5.*  
*ff. de his, quib. us indig.* *Gama decis. 3.*  
*num. 4.*
201. Ex quod sequitur, quod dum suc-  
 cesso est limitata modo supradicto,  
 restrictio operatur in successione  
 actiuas, vt legitimatus alijs contra for-  
 man legitimatis succedere non  
 possit, bene tamen in successione pas-  
 siva ad succedendum ipsis legitimatis  
 admittuntur agnati patris, vt con-  
 cludit optimè *Hondedeus in confil.* 83.
- num. 11. & clariūs num. 45. & 46. *lib.*  
 2. ex mente *Alciat.* *in confil.* 14. *num. 7.*  
*lib. 9.* ad cuius confirmationem videar-  
 tur omnino *Martin.* *Laudens.* *in tract.*  
*de legitim.* *num. 106.* qui bene prædi-  
 cta comprobatur, & dicit, legitimatum  
 tunc succedere actiuè, & passiuè,  
 quando est simplex legitimatio ratio-  
 ne personæ, rei, & loci, alias ipse legi-  
 timatus non succedit, & ipsi succe-  
 dent cōiuncti ex linea paterna, quod  
 dicit esse menti tenendum, & sic Phi-  
 lippus ex persona Cæsaris venit ex-  
 cludēdus etiam à bonis proprijs Ste-  
 phani, si quæ adessent.
202. Aduersarius nunc opponit, quod  
 licet de iure communi Cæsar exclu-  
 sus sit à successione Stephani etiam  
 attenta legitimatione, tamen ad illius  
 successionem vocatur ex lege Hispaniæ,  
 qua cauetur, vt fratri naturali de-  
 cedenti ab intestato, cùm veterinus  
 frater nō superest, succedat alius fra-  
 ter ex eodem parte natus, licet ex di-  
 uerfa matre, vt ex text. *in l. fin. tit. 13.*  
*par. 6.* *Gomes.* *in l. 12.* *Tauri* *num. 47.* &  
 48. *Couar.* *desponsal.* *par. 2.* *cap. 8.* *S. 5.*  
*num. 19.* *circa fin.* quæ obiectio resol-  
 uitur ex infra scriptis.
203. Primò, ex antedictis in articulo  
 trebellianicæ iam fundatum est, di-  
 gitos Cæsarem, & Stephanum iudica-  
 ri Iannenses, & proinde ligari statutis  
 propriæ Ciuitatis, non Hispaniæ, cām  
 dicantur secuti domicilium originis  
 paternæ, sicut ex patris mandato do-  
 micilium considerunt Ianiæ, sic q; fo-  
 reles dicuntur quod ad *ll.* Hispaniæ,  
 non obstante quod ab idem nati fue-  
 rint, cùm incolatum penitus dereli-  
 querint, & onera aliqua nō subierint,  
 & ut foreles gaudere non poterant  
 beneficio *ll.* sive statutorum Hispaniæ,  
 vt in specie quod ad successionem  
 ab intestato voluerunt *Alex.* *conf. 41.*  
*lib. 7.* & *conf. 46.* *num. 1.* *lib. 6.* *Soc. con-*  
*fil. 10.* *sub nat.* 12. *vers. sed ad prædi-*  
*cia lib. 1.* *Socin.* *iur. conf. 49.* *num. 2.* &  
*conf. 80.* *num. 5.* *lib. 4.* *Grot.* *in l.* *omnes*  
*populi num. 44.* *ff. de iust.* & *iur. Rola.*  
*confil.*

consil. 24. num. 27. & consil. 34. num. 4.  
lib. 3. alijq; relati per Paris. conf. 12. n.  
26. et consil. 53. nu. 99. lib. 3. Burj. conf. 8.  
num. 27. & seq. lib. 1. Marzar. conf. 14.  
Gabriel. de Flatu. consil. 8. nu. 13. &  
Magon. decis. Florent. 107. nu. 10. ex  
quo statuentes subditis taneummo-  
dò prospicere præsumuntur, Bar. in l.  
seruo legato 9. & si testator, ff. de leg. 1.  
Soc. conf. 5. lib. 1. & sicut non ligantur  
dictis statutis in sui incommodum,  
Castr. conf. 32. num. 1. lib. 2. Alexa.  
conf. 44. per totum lib. 5. ita nec in eo-  
rum cōmodum, vti Rom. conf. 34. n. 6.  
Ruin. conf. 112. nu. 11. lib. 5. Soc. conf.  
120. n. 12. lib. 1. respōderunt, maximè si  
dispositio statuti respiciat plonas, vt  
ex leg. prædicta patet, quo casu tanto  
minus porrigitur ad forenses, Alexa.  
d. conf. 44. vol. 5. Ruin. conf. 48. num. 4.  
vol. 3. etiam quodad bona infra terri-  
torium statuentium, Felin. in cap. po-  
stulati col. 2 de foro comp. Bart. in d. l.  
1. num. . . vers. sed posse dubitari, C. de  
fum. Trinit. & Fid. Cath. Magon. d.  
decis. 107. n. 10. Roch. de Curt. in tract.  
de consuet. cap. fin. scil. 9. n. 13. & latè  
Lancel. Galiau. in d. prefat. 8. n. 37. au-  
thoritate Bar. in l. 1. nu. 42. vbi Castr.  
num. 11. Aret. in num. 16. Ias. num. 82. &  
86. & alij relati per Roland. d. conf. 24.  
num. 17. lib. 3. Alex. d. conf. 44. & nu. 12.  
& Tiraq. de iur. primogen. q. 26. num.  
7. & 8. quod in casu nostro nō potest  
habere dubietatē, cùm Baldassar Ca-  
taneus ex priuilegio tempore aequi-  
sitionis obtinuerit, vt in illis bonis  
succederēt eius hæredes secundū le-  
ges, & statuta patriæ, vnde erat natu-  
ralis, & originarius, & citera hoc priu.  
204 legiū adhuc prædicta procedit ēt  
in eo, qui fuit originarius, sed postea  
deserto loco originis, nec ibi munera  
subiens, aliū in locum transtulit do-  
miciolum, qui tanquam forensis non  
gaudet statutis loquentibus de suc-  
cessione, sicut in casu nostro, vt pun-  
ctualiter voluerunt Ruin. conf. 200. n.  
10. & 12. lib. 2. Signorol. conf. 166. nu.  
17. & 23. Riminal. iun. dict. conf. 353. d.

num. 59. lib. 4. Burj. d. conf. 8. nu. 30:  
lib. 1. Cephalus conf. 547. nu. 34. lib. 4.  
& Handed. videndus consil. 5. nu. 25.  
cum seqq. lib. 1. Quæ confirmantur ex  
his, quæ in individuo dicit Tbes. iuns.  
lib. 2. qq. forens. q. 4. sub n. 14. vbi licet  
videatur fuisse in opinione, forēsem  
frui beneficio statutorū, limitauit ta-  
men, illud procedere in Gallia, & in  
Hispania, vbi ait, eos tātū gaudere,  
qui priuilegium obtinēt naturalita-  
tis, quod etiam patet ex dictis in l. 1.  
n. 18. p. 2. in gl. 6. Cām enīm de suc-  
cessione agimus, inspicitur persona  
decedēs, de cuius hæreditate trac-  
tur, an fuerit subditus statutib; Alex-  
and. d. conf. 44. sub nu. 15. vers. nec  
prædictis lib. 5. Signor. d. conf. 166. sub  
n. 6. Alter. in ead. l. 1. & Bart. in l. fin. n.  
42. cum seq. C. codem tit. de sum. Trin.  
& Fid. Cath. & si leges Hispania ser-  
uandæ essent in præsenti casu, Auia  
materna Stephani Maria de Figue-  
roa ascendēs exclusis fratres, nedū  
naturales, sed ēt vtrinq; cōiunctos, ex  
particulari lege illius Regni, vt dice-  
mus in articulo p̄tētē incapacitatis.  
Denique excluditur Philippus ex  
persona Cæsaris per aliud statutum  
Ianuense sub titul. de succes. ab intest.  
vers. quibus, & c. quo vocatur ad  
successionem agnatus masculus pro-  
ximior defuncto intestato usque ad  
quartū gradum inclusuē, & intelli-  
gitur, vt expressè disponit, de natis  
ex legitimo, & vero matrimonio, &  
nō aliter, & sic. Et legitimatus exclu-  
ditur vigore statuti p̄dicti, quod sta-  
tutum intelligitur etiā in successio-  
ne alicuius naturalis ab intestato de-  
cedente, vt illi succedant proximio-  
res nati de vero, & legitimo matri-  
monio, vigore alterius statuti eiusdē  
Reipublicæ, sicut in facto notatum  
est, quæ statuta Ianuæ in præsenti ca-  
su attendenda sunt, tām ratione pa-  
ternæ originis prædictorum filiorū,  
quām ratione domiciliij ipsorum tra-  
lati ad Ciuitatem Ianuensem, ex his,  
quæ latè in articulo Trebellianicæ  
con-

considerauimus, & propter eam Philippus benè agnoscēs, filios prēdictos inter Ianuenles comprehendē, vtitur nouissimē contra Io. Baptistam alio statuto lanuēsi, licet inutiliter quoad prētensam incapacitatem, cū certū sit, illos legibus Hispaniæ non ligari, nec p parte prēdictæ diuersæ dispositiones in præsentī quæstione applicari possent, vt fundauimus. Ex quibus Philippus nullo modo ex persona Cæsaris succedere posset Stephano ab intestato defuncto, in bonis proprijs, quæ Stephanus reliquisset, exclusis penitus bonis Baltaslaris senioris, in quibus nec Stephano, aut Cæsarius aliquod competebat ratione legitimæ, vel Trebellianicæ, quemadmodum in Hispania per binas sentencias fuit iudicatum in favorem Ioan. Baptistæ Catanei, excludendo Auiā maternā Stephanii legitima, & qualibet prætensione, soluta quadam minima quæcavate, habito respectu ad bona materna, cuiusdem Stephanii.

Die Lunæ 6. Maig 1613.

Facta relatione in Collaterali Cœflio cum interuentu Comitis de Lemos bius Regni Proregis, ac trium Aularum S. C. fuit decisum, non competere Philippo Spinula legitimam, neque trebellianicam, & proinde non esse locum petita immisioni. Pendit Cioffum Actuar.

### ARGUMENTVM.

**L**ex 10. Tauri, quæ patri tribuit facultatem relinquendi filio illegitimo quintam honorū partem, multifariam, multisque modis, cū breuiter, tūm dilucidè exponitur, & declaratur.

### S V M M A R I Y M .

- 1 *Ad intellectum l. 10. Tauri in limine discepcionis ex scribentur eius verbis.*  
*Quæ lex pariter declaratur per alteram immediatè subsequenciam.*  
*Veriusque editio, & promulgatio quæ spectat? & num. scq.*
- 2 *Prescriptis dd. II. maximum est diffidium inter DD. quomodo sit in euda rario circa taxationem alimentorū, quæ a parentibus suis illegitime debentur faboli.*  
*L. 9. & 10. Taur. edita est in flante Joan. Lopez, insigni I. C. Hispano, idcirco ipsius interpretationi ad illas est summa fides adhibenda, & n. q.*
- 3 *Eadem lex 10. que taxas quinque pro aliquatenus etiam obireat, si dicta pars quinta non sufficiat. Convenientia ingens fuit inter Scribentes, pro ut ex ordine hic subiectitur.*  
*D. Author ip prefato articulo distinguens opinionem sequitur, velut magis communem & a cunctis DD. Hispanis receptionem.*
- 4 *Pater accesso bac lege an possit minus quinto relinquere filio illegitimo propria alimentis, & resolutio est affirmativa, cum modificatione comen, de qua num. seq.*  
*., ., potest alimenta relinquere in annuo reditu. vel usufructu, neque quinem in proprietate relinquere compellitur.*  
*Prefata legi varie à DD. dñs sur limitationes, qua hinc recensentur, explorata penitus Cervant opinione.*  
*Alimenta de ipsorum natura morte finiuntur.*  
*., ., debet sunt filiis spurijs de equitate canonica.*  
*Pater non cœnatur alimenta præstare ultra vitam filij illegitimj,*  
*Cisatal, Tauri loquitur permissuē, et non preceptuē,*
- 5 *Pater nec totū quinque filia spurio relinquere tenetur, nisi quatenus ad ali-*

- alimenta sibi necessarium, idque ampliatur, ut num. 6.  
 . . . nec filio spurio habenti unde se alat aliquid relinquere cogitur.  
*Quod non procedis in matre, & ibi de ratione.*
- 7 Mentionatum quintum respuit grauamen à patre impositum secundum Gomez. Ceruant. & Molin. quorum opinio poterit saluari, si intelligatur, ut infra.  
*At communis schola DD. Hispanorum stat in contrarium, cum declaracione tamen, de qua hic.*
- 8 Idemq; grauamen pariter subfistet, si constet de patris voluntate etiam tacita.  
*Onus fideicommissi ab initio successio nem minuit.*
- 9 Origo, siue domicilium non amittitur per diuturnam habitationem, etiam mille annorum, si inhabauerit quis negociationis causa, & redeundi animo.
- 10 Statuto ligatur forensis quoad solemnitatem, non quoad dispositionem.

## C O N S I L I V M I I.

**P**N causa reclamationis interpositæ per Philippum Spinulam, ultra adducta, & decisa in prima instantia; duo alia cumulauit Philippus ad obtinendam immisionem, & excludendum Ioa. Baptistarum; Alterum, quod ex persona Cæsaris, qui ipsum instituit hæredem, sibi deberi existimat quintam partem bonorum quon. Baltassaris Catanei genitoris Cæsaris, & sic esse locum immisioni petitur ob detractionem predictam ex lege particulari Hispanix, quæ est l. 10. Tauri, de quo in præsentí: Alterum, Ioa. Baptistarum esse repellendum ab immisione, & successione contendit propter eius incapacitatem, siue indignitatem ex causa prætensi homicidij commissi in per-

- sonam Stephani Catanei, de quo in sequenti.
- 1 Prætendit igitur Philippus quintam partem ex speciali prouisione l. 10. Tauri, cuius verba sunt infra scripta: *Mádamos que en caso que el padre, ó la madre sea obligado á dar alimentos á algunos de sus hijos en su vida, ó a tiempo de su muerte, que por virtud de la tal obligación, no le pueda mandar mas de la quinta parte de sus bienes de la que podria disponer por su alma, y por causa de los dichos alimentos no sea mas capaz el tal hijo, de la qual parte despues que la viviere el tal hijo pueda en su vida, ó en su muerte hacer lo que quisiere, ó por bien tuviere.*
- Ex qua lege primò determinatur quantitas, ad quam alimēta præstanda ascendere possunt, scilicet usque ad quintam partem bonorum paternorum. Secundò, an illud relictum transmittatur ad hæredes filij illegitimi, & deciditur, quod sit transmissibile; hoc autem declaratur in subsequenti l. 11. vt intelligatur in illis tantum filiis illegitimis, qui nati sunt ex his, inter quos tempore conceptionis, vel nativitatis matrimonium consistere poterat, non autē in alijs, & leges prædictæ promulgatae fuerint ad tollendam controversiam, an quoad præstationem alimentorum attendetur necessitas naturæ, vt filius vivere possit, vel attendendæ essent filij, & familiæ dignitas, & patris facultates, in qua nonnulli dixerunt, deberi alimēta, quæ ad necessariam substantiationem vitæ requiruntur, vt per Bal. in l. eam, quam nu. 41. C. de fideicom. & in l. si maritus ff. solut. matrim. Abb. & alij in cap. cùm haberet de eo, qui duxit in matrimon. quam polluit per adulter. Lup. in cap. per vestras S. 24. num. 3. de don. inter virum, & uxorem fol. mūhi 304. Crauerit. cons. 219. col. penult. Petr. Beninten. decis. Bononiæ 22. num. 6. in fine, de Franch. decis. 283. num. 18. alij verò voluerunt, esse attendendas dignitatem filij, & quantitatem patri monij

monij, *Lup. de illegit. commen.* 2. S. 1. num. 43. *Surd. de alim. sis.* 4. q. 18. à nu. 49. *Molin. de primog. lib.* 2. c. 15. nu. 75. *Peregrin. de s. ure Fisci lib.* 3. sis. 18. nu. 72. alias darentur tantummodo panis, & olera dicit *Tell.* in d.l. 10. nu. 2. *Cœuall. commun. contra commun.* lib. 2. q. 780. num. 49. & seq. *Spino in specul. testamens. glo.* 16. num. 102. *Couar. de sponsal.* c. 8. §. 6. num. 7. & 8. par. 2. de qua latè scripsit *Gratian. discept. foren.* par. 1. c. 112. per tot. & prædictæ leges instantे *Io. Lupo* editæ fuerunt, vt ipse restatur in d.S. 24. sub n. 10. vers. super bis omnibus, de quibus etiam mentionem fecerūt *Lup. de illegit. com.* 2. S. 1. sub num. 45. *Surd. de alimen. tit.* 5. q. 2. num. 52.

3 Nunc pro resolutione videndum est de pluribus: Primò, an si quintum non sufficiat ad alimenta, liceat patri ultra quintum relinquere, & in casu prædictio alimenta supplenda esse ex reliquo patrimonio voluerunt *Greg.* *Lop.* in l. 8. tit. 13. part. 6. glos. 6. in verb. menester, & glos. 10. vers. in contrarium, *Roderi. Suar.* in l. 1. sis. 6. lib. 3. leg. fori in si. *Garçia de meliorat.* cap. 3. sub nu. 27. vers. ob idque, *Couar. loco citato* dicitq. a. 8. §. 6. sub num. 8. vers. que quidem pars, *Didac. Perez* lib. 1. ordinat. l. 22. tit. 3. in vers. versatur, *Bacza de non melioran.* c. 8. num. 30. *Lopus in d.S. 24. num. 17. Cordub.* in l. 5. quis à liberis §. idem rescripsit sub num. 59. & 66. de liber. agnosc. & *Masienz.* lib. 5. recopil. leg. 8. tit. 8. glos. 1. num. 8. & 9. ea ratione, quia dum alimenta prædicta naturali ratione æquitate canonica suffulta debentur, minimè possunt lege regia coarctari, cum equitas canonica etiam in foro ciuili recepta sit: contrariam verò sententiam fecutus est *Tell.* in d.l. 10. num. 3. *Ivan. de Royas in epicom. success.* cap. 21. num. 17. *Barbos.* in l. 1. solut. matrim. par. 4. num. 67. & 68. allegates, non alimentorum dispositionem, sed ipsorum quantitatem potuisse regia lege minui, siue augeri *Molin. de primog.* lib. 2. cap. 15.

nu. 53. declarat, opinionem affirmatiuam procedere, quando defunt filij legitimi, & naturales, & quantum non sufficit ad alimenta secundum necessitatem naturæ, & vitæ substantiationem: In casu autem præstationis alimentorum secundum dignitatem, & facultates, siue pater filijs legitimis careat, siue non, ultra quintum relinquare non tenetur, & cum hac distinctione træscunt omnes DD. Hispani, *Ceruantes* in d.l. 10. num. 69. *Gutierrez* præst. quæst. lib. 2. cap. 109. *Cordub.* in d.S. idem rescripsit nu. 59. *Azeued.* lib. 5. nou. recopil. tit. 8. l. 7. num. 11. *Royas loco citato*, *Alanus in antinomis ad ius ciuile lit. F.* num. 7. *Auendar.* in dict. l. 10. *Tauri* nu. 80. *Barbos.* in d.l. 1. solut. matrim. par. 4. num. 77. *Matienz.* in d.l. 8. num. 12. & *Cœuall. commun. opin. contra communes lib.* 2. q. 780. nu. 67. & 71.

4 Hinc secundò succedit alia prætentio aduersarij, quod si pater non senatur ultra quintum legare, non tamen possit minus quinto relinquere filijs illegitimis, cum lege regia sit taxatio facta pro alimētis, in casu autem nostro Baltasar Cataneus reliquit Cæsari Cataneo illegitimo sextam partem suorū bonorum, & cum grauamine, vt inferius dicetur, ideo videtur dici posse deberi quintum Cesari, & eius hæredi, in quo articulo cōclusuè loquendo, illud verissimum est, posse patrem alimenta relinquere in annuo reditu, vel usufructu, nec tenetur relinquere quintum in proprietate, ita sentiunt *Lup. in cap. per vestras in not.* 3. S. 24. sub num. 10. & 11. & cum ipse fuerit Author dictarum legum *Tauri*, in illarum interpretatione eidē vti oculato testi summa fides adhibenda est *Suar.* in ll. fori lib. 3. l. 1. num. 6. *Royas in epis. success.* c. 11. num. 11. & num. 36. ait, filios succedere ex testamento patris in quinto pro alimētis, sed in libera voluntate patris relinquetur exceptis alimētis *Tell.* in d.l. 10. nu. 10. & sub nu. 18. vers.

*vers. quarta, & ultima conclusio*, ibi, Si pater vult, quod illud quintū et retinetur, & vendatur, & ex venditione ematur aliquid, quod reddat fructus competentes alimentis, & quod morte finiatur, illud non transmittit ad heredes, nec de eo disponere potest. *Matienz. lib. 5. recopil. l. 8. gl. 3. nu. 4. tit. 8. Azeue. eod. li. 5. recopil. tit. 8. l. 7. n. 17. Barbo. in d. l. 1. p. 4* sub nu. 75. *vers. quæ tamen ff. solu. matr. reiecta opinione Ceruant. in dict. l. 10. Tauri nu. 106. cum seq. affirmantis, debet alimenta illegitimis in proprietate, de qua disponere possint, quia alimenta ex sui natura cum vita alimentarij finiuntur, l. cùm y, S. vult igitur vers. modus autem ff. de transact. & parter, qui ex æquitate canonica tenetur filiis illegitimis alimenta prestare, non compellitur ad ea ultra illorum vitam, ad sex. cū ibi not. in §. si. in auth. quib. mod. natur. effic. sui, Matienz. d. gl. 3. Tell. in d. l. 10. nu. 16. Couar. d. c. 8. §. 6. nu. 15. & Peregr. de iur. fisci lib. 3. tit. 8. nu. 77. Etenim l. 10. Tauri nō imponit parentibus necessitatem dandi proprietatem pro alimentis illegitimorū; sed tantummodo concedit facultatē, vt possint vsque ad quintum disponente, vt colligitur ex verbis eiusdem leg. quæ non sunt præceptiva; sed tammodo permissiva, quæ non important necessitatem, arg. tex. in auth. matri. & auie C. quando mulle. tutel. off. fung. pot. vbi glo. in verb. permittimus, & ibi DD. Ceruan. in d. l. 10. nu. 60. circa fin. Royas in d. c. 11. nu. 37.*

5 Ex prædictis sequitur, quod licet pater possit de quinto disponere in beneficium filij illegitimi; non tamen tenetur totū quintum relinquere, quoties excedit debitam quantitatē alimentorum; sed tantum illud, quod necessariū est pro alimentis, cùm tantummodo l. 10. disposuerit, vt ultra quintū dari non possit; benè tamen permittit minus dare, quod sufficiat ad alimenta Lopez d. l. 8. tit. 13. gl. 5. vers. an autem, Baez de non melior. c. 8. nu. 33. Moli. de primog. li. 2. c. 15. nu. 54. vers. hic autem,

Tell. in d. l. 10. nu. 8. & sub nu. 15. Matienz. d. l. 8. glo. 1. ante nu. 13. vers. non tamen, & sub nu. 18. Cordu. in d. S. idem rescripsit sub nu. 66. vbi ait, teneri patrem tantummodo necessarium relinquere ad alimenta, quod si alendo filio sexta, vel octaua pars substatiæ paternæ sufficiat, non cogatur pater inuitus ultra illam erogare, quia sponte sua quintam dare poterit, inuitus autem nō cogetur, nisi eā partem, quæ alendo filio spurio sit necessaria; sequitur Azeued. d. tit. 8. l. 8. à nu. 6. & propriè sub nu. 8. vers. ergo opinio hæc, Gutier. in 2. par. ad ll. regni q. 150. Ceruant. in d. l. 10. sub nu. 56. & sub nu. 162. & Cœuall. commun. contra commun. lib. 3. q. 756. nu. 21. & 27.

6 Imò nedum pater cogi nō potest ad integrum quintum relinquēdum, sed integro quinto sua voluntate relicto, si metam alimentorum excedat, illud, quod excedit, deducitur à quinto in beneficium hæredum Castill. in d. l. 10. in vers. mas de la quinta, Tell. ibidem num. 9. & 15. Matienz. d. l. 8. gl. 1. num. 13. Moli. loc. cit. nu. 54. Azeued. cōem dicit d. l. 8. n. 8. & 9. Gutier. præf. qq. li. 2. c. 110. Cœuall. li. 2. com. cōt. com. q. 757. n. 26. & 27. quē admodum pater non tenetur filio illegitimo aliquid relinquere, si aliunde habeat unde vivere possit, Royas d. epito. success. c. 22. nu. 3. & 4. cum seq. Tell. in ead. l. 10. n. 6. cum seq. & ibid. Ceruant. à num. 49. & propriè paulò ante nu. 66. Auenda. in ead. l. 10. gl. 1. num. 1. vbi limitat in matre, quæ diuini relinquere potest, quia non iure alimentorum, sed successoris ei permittitur quintum relinquere filio illegitimo Azeued. d. l. 8. tit. 8. nu. 3. & 10. Cœuall. q. 780. sub nu. 68. Spino in specul. testa. c. 16. sub nu. 14. & 15. Matienz. loco citato sub num. 17.

7 Deniq; remanet videndum, an potuerit Baltassar Cataneus imponere grauamen in sexta parte Cœfari relicta, vt post ipsius mortem absq; filijs restituatur Dominico fratri, siue eius filijs, & hæredibus, & licet pro parte

G nega-

negatiua videatur concludi posse ex verbis eiusdem l. 10. ibi, *de la qual parte despues que la vuiere el tal hijo pueda ensu vida, o en su muerte haer lo que quisiere, o por bien tuuiere*, ex quibus Gomez d.l.n.43. cōcludit, ab hoc quinto reijci grauamen à patre impositū, quem seuti sunt Ceruant. ibid. n. 108. & Moli. de primog. d.par. 2.c. 15. nu. 11. Nihilominus cōis DD. Hispanorum sententia est in contrar.ū, cum declaratione, quòd relicto quinto, aliquo grauamine non adieccio poterit filius ad libitum disponere tam inter viuos, quam in ultima voluntate, & dispositione non facta transmittitur ad hēredes ab intestato Auend. in d.l. 10. glo. 3. nu. 4. Gom. nu. 43. Castill. in verb. lo que quisiere, Tell. nu. 16. cumseq. & sub nu. 18. vers. quarta conclusio, Matienz. d.l. 8. gl. 3. sub nu. 3. Azeued. lib. 5. recop. tit. 8. l. 7. num. 36. Couar. d.c. 8. §. 6. sub nu. 15. vers. simo, Cordub. in d.S. idem rescripsit nu. 75. cumseq. Barbos. in d. l. 1. p. 4. sub nu. 75. ff. sol. matr. Lup. in d.l. x. sub nu. 11. vers. pondera, & n. 23. & 43 verū si pater noluerit, filium posse disponere de proprietate, id prohibere poterit, & grauamen adjicere, ut primus omnium docuit idem Lup. in d.S. 24. nu. 10. infi. vers. intellige tamen, vbi ait, quòd disponet filius etiā de proprietate, nisi ex paterna dispositione aliud appareat, quia vult, quòd habeatur ratio ad necessitatem alimentorum in vita, & non ultra, & hæc authoritas sola sufficeret ad dirimendas quæstiones, quæ ex d. l. oriri possent, cùm eodem tempore vixerit, & ipse fuit artifex leg. pdictæ, Cordub. cōfirmavit loco proximè citato, Tell. in ead. l. sub nu. 15. Matienz. in d.l. 8. gl. 3. nu. 5. Azeue. loco supradicto ante nu. 18. ait, onus intelligi appositiū in eo, quod excedit quātitatem necessariam pro alimentis, & in illo excessu quodlibet onus apponi potest Barbos. in ead. l. 1. p. 4. sub nu. 76. vers. ex hac ratione subdens, spurium esse capacem nomine alimentorum vsq; ad quintum, & po-

terit obtinere etiam quòd ad proprietatem, si pater hoc voluerit, sequitur Garz. de expens. & melior. c. 3. n. 54. vbi cōtra Gom. opinionem refert ita fuisse iudicatu in Senatu Pinciano, Cœull. videndus lib. 3. com. contra cōes in d.q. 780. à nu. 79. ad nu. 108. ibiq; latè hæc

8 partē tuetur, quæ conclusio procedit ēt vbi constat de tacita, nedū expresa voluntate patris nolentis, filii de proprietate quinti post mortē disponere posse, adnotauit etiam Auend. in ead. l. gl. 3. Matienz. d.g. 3. n. 4. & ante eum. Tell. in d.l. nu. 16. & ita intelligūt Gom. doctrinam, & Molin. vt eorum dictum procedat, cùm ex præcisa necessitate illa portio ex iuris dispositione debetur: ratio est in promptu, quia si pater non cogitur alimenta in proprietate relinquere, nec totum quintum pro alimentis legare, pariter nō teneatur liberè relinquere, quoniā grauamen minuit relictū, & tātò minus cēsetur reliquissē ex not. in l. nō amplius ff. de leg. 1. & l.j. §. si bares ff. ad Trebell. Ruyn. in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de lib. & posthum. ita expressè comprobat Tell. in l. 12. Tauri num. 27. & Azeued. in d.l. 7. nu. 18. & quia factus est casus restitutionis ob mortē Cæsarialis absque filijs, cessat prætēsio Philippi quoad deductionem respectu quinti, etiam quia postquam Cæsar duxit vxorē filiam Philippi, per Fideicommissarios, & Executores testamenti Baltassaris fuit declaratum, integrōs fructus dictæ sextæ partis sufficere ad alimenta ipsius Cæsarialis, & familiæ, vt euidentissimè constat ex processu, ideòq; succedit, patrem non fuisse obligatum aliquid in proprietate relinquere; & declaratio sic ampla processit ex æquitate potiūs, quam ex necessaria præstatione alimentorum.

9 Hæc conclusio tantò magis procedit in bonis extra Regnum Castellæ, maximè cùm Baltassar Ianuensis habitans Hispaniæ causa negotiacionis, & animo redeundi semper remāsit Ianuensis, etiam si per mille annos habi-

habitasset, & originem, scù domiciliū Ianuense non amisit, ex notat. per Alber. & alios in l.i.C.de sum. Trinit. & fid.catb.Felin.in cap.dilectus nu.11. de rescript.Paris.conf.53.num.88.cum sequen.lib.3. & latius scripsi in Articulo deductionis trebellianicæ ;

10 Ideòq; sequitur, Baltassarem tāquam forensem non fuisse ligatum statuto loci conditi testamenti, nisi quod ad solemnitates, non autem quod ad dispositionem, iuxta communem sententiam, de qua per Bart.in dicta l.i. sub num.26.verf. & ideo C.de sum.Trin. & fid.catb. vbi Bald.num.15.Castrens. num.11.& ceteri, Bero.conf.60.nu.22. lib.2.Roland.conf.24.num.17. lib.3. & comprobaui in eodem articulo trebellianicæ ; ex quibus absque dubio cessat hæc alia prætenia deductio respectu quinti.

*Decisionem vide in sequenti.*

## ARGUMENTVM.

Indignitatis, & incapacitatis articulus quà doctè, quà affluenter est præ cæteris hic pertractatus, & resolutus. Cuius occasione Ianueñsis Statuti de eadem re loquētis est commemorata sanctio, siue dispositio.

## S V M M A R I V M.

- 1 Conuentas una actione incompetenti nō potest ex altera quamvis non cōtraria; sed diuersa, etiam ex eisdem actis apparente condemnari.
- 2 Nemo sua possessione, aut alijs iuribus est priuandus sine cause cognitione.
- 3 In materia executionis sententia quādam adnotatione digna recensentur. Brachium petitum quando sit concedendum.
- 4 Non extraneus, non cohæres; sed solus

*Fiscus obijcit indignitatem; non tam ante hæreditatis aditionem, nisi in casu nu.5. relate, & nu.37. . . . nec pariter effluxa quinquenni⁹ meta.*

6 Confiscatio bonorum in delictis ordinarijs quinquennio; sed in criminis lese Maiestatis viginti ann. prescribitur.

7 Hæres indignus quoisque possideat, & alios aëtus exerceat, & nu. 37.

8 Indignitatis, & incapacitatis distinctione.

9 Statuti Ianuensis dispositio in materia homicidij dolosi perpetrati ad finem succedendi recensetur.

*Quia attenta taliter delinquens ipso iure incapax; non autem indignus efficitur.*

10 Fideicommissum, vel aliud relictum censetur ademptum, & revocatum ex subsequenti odio, vel inimicitia.

*Idq; bisfariam ampliatur, & num. 11. Declaratur traditio Barbos. insignis I.C.Hispani, & num.16.*

*Institutus intersectus superuiuere censetur in odium intersectoris substituti, cum declaratione, de qua infra nu.16.*

12 Prefatum Statutum Ianuense, ut sibi locum vendicet, duas qualitates sunt probandæ ab eodem Statuto requirentes.

*Statuti dispositio non producitur ad casus diuersos, immo nec similes.*

*Indignitas, & incapacitas non inducitur nisi in casibus à iure expressis.*

13 Commemoratum statutum vti pœnale, & odiosum non extenditur ad bona sita extra territorium; idq; dupliciter ampliatur.

14 Et veluti exorbitans à iure communè non comprehendit minorem, cui videlicet indigno non solent auferri bona, ita ut non sit sibi necessaria in integrum restitutio in hac materia.

15 Statuti pœna non tenetur delinquens extra territorium Statuētum, etiam si delicti territorium sit sub eodem dominio, sed coercetur pœna iuris communis à Iudice sua originis.

16 Homicida iure Roman. inspecto, non ut incapax; sed ut indignus priuatur occisi successione, quam ab occisorre auferat Fiscus, & n. 18.

17 L. si ab hostibus. S. si vir ff. solut. matr. intellectus nouus D. Authoris ultra alios relatos, & per DD. prius considerates.

Maritus dolosè occidens uxorem, uti incapax priuatur illius successione; qua proinde non ad Fiscum; sed ad interfæcē hæredes defertur.

Occidens maioratus possefforempriuatur illius possessione, que ad sequentem non ad Fiscum defertur, & num. 28.

Occidens Testatorem adhuc ei succedit; verūm Fiscus auferit ab ipso tanquam ab indigno.

Distinctio Barbus. hic relata non probatur, & num. seqq.

Maritus iure permittiē occidit uxorem in adulterio deprehensam; verūm hoc casu incapax est lucri dotalis, alias sibi debiti ob uxoris obitum, & ibi de ratione.

... amittit lucrum dotale; si ipsius culpa dissoluatur matrimonium.

18 Bart. doctrina in d. S. si vir optimè declaratur.

In materia indignitatis dupliciter refellitur Barbus.

Qui pro sua opinione perperam allegavit Molin.

Legatarius si occidat Testatorem non incapax; sed indignus efficitur legati, quod Fiscus auferet ab eo.

19 Ascendentes secundum leg. Tauri excludunt fratres utrinque coniunctos.

Quod procedit etiam in ascendenze naturali ex linea materna.

20 Legitimatus per rescriptum non comprehenditur sub Statuto Ianuensi deferente successionem sequentibus in gradu ob delinquentis incapacitatem.

21 Cohares succedit in uniuersum etiam in portione interfectoris licet incapaci, vel indigni.

Id, quod sine dubio procedit in bonis fideicommisso subiectis, ob ius accrescendi, siue potius non decrescendi.

Incapax pro mortuo habetur, & num. 27.

Pluralis locutio quandoque verificatur in uno, & sic resolutur in singulare.

Coniunctus re, & verbis an aliquis sit, quomodo dignoscatur.

22 Testatori succedere prohibitus ob indignitatem, non tamen eius hæredi succedere prohibetur.

Quod ampliatur.

Et pariter ratione confirmatur.

Et remouetur obiectum l. Lutius ff. de iur. fisc. que contrarium suadere videbatur num. 23.

Hæreditatis aditæ effectus.

23 Homicida, qui in bonis interfæcti non succedit, an pariter excludatur à bonis hæredis, que ab interfæcto ei obuenierunt; pulchro distinctionis fædere hic relato resolutur questio.

Occidens alterius patrem, vel filium, utriusque hæreditate tanquam indignus priuatur.

24 Substitutus, vel vocatus fideicommittenti, & non hæredi grauato dicitar succedere.

Bona fideicommissi vinculo obnoxia quamvis fuerint detenta per hæredem grauatum; nihilominus semper retinent nomen hæreditatis fideicommittentis.

25 Statuti Ianuensis verba expedituntur, & ponderantur.

Decisio D. de Franch. bifariam declaratur.

Dictiones semper, ) natura.  
nec non perpetuò)

Dictio, in tempo alcuno, designat tempus, & non causam.

Homicida ab interfæcti successione non repellitur, si delicti absolutionem cum restitutione obtineat, & ita alias decisum.

26 Homicida frater in quo grauetur propter huiusmodi delictum, quod repetitur

- titur, & melius declaratur inf. n. 28.  
Molin. & Peralt. in uicem contrary in articulo illo, an fideicommissum censeatur revocatum ex subsequenti inimicitia ex causa delicti, quod superuenit post mortem Testatoris.
- 27 Substitutus per fideicommissum si gravatum occidat facit mortis conditio nem existere, attamen ipse relictum non consequitur secundum Palaez opinionem.
- Eminentiss. Cardin. Mantic. traditio super num. preced. commemorata, hic reassumitur, melius expenditur, & declaratur.
- Exhereditatio an tradatur ad bona fideicommissa supposita, an ceps est quaestio, ut non immerito de ea addubia tauerit idem Doctiss. Card. Mantic. Idem de feudo dicendum, super qua differit Andr. hic relatus.
- 28 Homicida filius, qui à culpa est immunitis, succedit non obstante patris delicto secundum Boer. Delictum patris regulariter non officit filio, à qua regula excipitur crimen lese Maiestatis humana, & diuina.
- Maioratus antiquus ex delicto statim ad sequentem defertur.
- At nouus ad Fiscum viuete delinquere ex Gregor. Lopez distinctione, quam tamen impugnat eruditissimus Barbos. contendens, utrumque ad sequentem semper defiri.
- 29 Homicida ut tanquam indignus, vel incapax ab occisi hereditate exclaudatur, multa interuenire debent, qua hic recensentur.
- 30 Contumacia, cum sit delictum in omitendo, aduersus minorem non contrahitur.
- 31 Fama publica delictum non probat, nec est sufficiens ad condemnandum.
- 32 Contumacia duplex.
- Sententia lata in contumaciam, non ob veritatem delicti, illud non probat. Quod pariter ampliatur.
- ... non afficit omnino reum.
- ... nec parat illi praesudicium in alio iudicio inter alias partes.
- Mortis pena non irrogatur in absensem etiam contumacem, nisi ratione alicuius statuti, vel bannimenti.
- Quo euentu is transfuga dicitur ab illo loco tantum, & excluditur ab omnibus emolumentis, & beneficijs, que ibi deferuntur.
- 33 Foro quolibet est potentior locus delicti. Iudex loci originis recte procedit etiam per viam inquisitionis contra subditum in delictis extra territorium, præsertim si offensus est pariter subiectus.
- Quod procedit etiam si inquisitus fuerit contumax loci delicti.
- Contra inquisitum carceratum, & condemnatum amplius procedi non potest, & de ratione.
- 34 Homicidij pena est ultimum supplicium. Pena pro aliquo delicto extra ordinem illata arguit, illud non fuisse plenè probatum.
- 35 Pene moderatio, seu modificatio, & limitatio ratione minoris etatis cessat in delictis atrocioribus.
- 36 Lex notat factum, & non sententiam.
- 37 In articulo indignitatis ultra delicti sententiam requiritur expressa priuatio successionis.
- Quæ indignitas à tertio nequaquam potest opponi, nisi concurrentibus requisitis hic commemoratis.
- 38 Heres indignus hereditate priuatur, quæ adiicitur Fisco Ciuitatis originaria testatoris.

## CONSILIVM III.

**I**N hac causa reclamacionis animaduertens Philippus Spinula hucusque impugnare non potuisse sub aliquo colore manifestam iustitiam Ioan. Baptistæ Catanei, nititur tandem eam perturbare alio inuentionis genere ex causa prætensis indignitatis, seu incapacitatis in persona eiusdem Ioan. Baptistæ interfectoris, vt afferit, Ste-

phani Catanei, quod probari existimat ex sententia Curiae Ianuensis producta per ipsum Philippum non intima, & ex sententia Rotae Lucensis exhibita per Mariam Spinulam filiam instructo processu, sicut prædictum, Io. Baptistam tanquam incapacem non esse audiendū aduersus immisionem petitam.

Hanc prætensionem ad causam, de qua agitur, non pertinentem, ut demonstrabimus, si cognouisset Philippus sibi fore modo aliquo utilem, ex urbanitate non omisisset deducere in principio litis, dum voluntarie Ioan. Baptistam Cataneum specificè uti substitutum maxima cum instantia in præsenti causa introduxit, cum facti ignorantiam, vel simplicitatem allegare non valeat; sed agnoscens se iure optimo excludendum ab omnibus petitis, & confirmari debere sententiam latam in prima instantia, nouissimè decursis iam annis decem, & nouem absq; alia petitione indignatus ex iniustitia, quam fouet, indignitatem, aut incapacitatem imaginariā ex iniquitate, vel odio proponere conatur, sperans hat via sublata contradictione Ioan. Baptiste obtinerē in immisione nullo iure, vel ratione concedenda, vel inducere Io. Baptistam, forte perhorrescentem hāc vexationem ad illam redimendam, sed quia talis prætensio nec iustitiae causa, & minus notoriæ existimationi Io. Baptiste officere potest, vt etiam in Hispania, alijsq; locis cognitum fuit, tanquam leuis ex infra scriptis facile remouetur.

Primò, considerandum est in hoc processu per viam petitionis Philippū Spinulam nihil deduxisse de indignitate prædicta, sicut necessarium fuisset, vt in termino Io. Baptista se tueri potuisset, & amplius constat, Philippum Spinulam in præsenti iudicio nihil petuisse ex causa dictæ incapacitatis, sed deduxisse contrarium, allegantem competere detractionem legitimi-

mæ, & trebellianitæ etiam tñ persona Stephani, quæ petatio in nocte sacerdotum antecedens præsupponit fidicemansum, & Io. Baptistam fidicommixtum capacem, & vti talem substitutum, & legitimum contradictem, in hoc iudicio Philippus specificè introduxit instando pro exhibitione mandati, idcirco præclusit sibi hanc aliam viam prætensiæ indignitatis, vel incapacitatis, & si egit via via, etiā si alia deinde ex actis appareat non conerraria, sed solùm diuersa, non potest sibi cōuenitus ex alia succumbere, imper quia, cùm non fuerit deducta sua iura tueri non possit, vt notatur in *I. non ut ex pluribus ff. de regul. iur. l. possideri S. cx 2 pluribus ff. de acquir. possit nec posset Io. Baptista eius iuribus, & possessione priuari absque causæ cognitione, Alex. conf. 83. visa facti narratione column. 1. lib. 2. & conf. 30. ponderatis col. fin. lib. 5. Dec. conf. 400. sub num. 6.*

Secundò, si Philippus prætendit ex sententijs attribuere incapacitatem in persona Io. Baptiste, poterat vel tempore delicti, vel mortis Cæsaris, a quo fuit institutus in eisdem locis Ianuæ, vel Lucæ, audito Io. Baptista, talem declarationem obtainere, si de iure concessum fuisset, cùm autem producta copia rātummodo in Sacro Consilio vnico verbo proposuit incapacitatem tempore disiecti, nescio quid sibi velit ex copia dictarum sententiarum, nec qua ratione pro excequitione dictarum sententiarum expectat declarationem in Sacro Consilio dictæ prætensiæ incapacitatis, si enim id specificè proposuisset, vt opus erat, scire pariter debebat, solam copiam sententiarum non sufficere, cùm non simus in mero Iudice executore, nec inferiori, vel subdito, sed pari, & æquè principali de perse, quo casu Sac. Cons. non tenetur exequi sententias prædictas aliquo modo, sed de illarū iustitia causa cognita animaduertere cum exhibitione copiæ processus, vt videat, an recte iudi-

iudicauerint, DD. omnes in l. Magistrisibus ff. de iurisdict. omni. iud. Abby in cap. 1, post num. 11. de offic. Ordini Oldrad. cons. 89. num. 4, & in materia brachij pro executione non dissimili posuit latè Andr. in proem. Constitut. num. 80. circa fin. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. 2. par. S. 2. num. 4. Nauars in cap. si quando in primo remed. de offic. Ordin. & Franc. Molin. in tract. de brach. secul. lib. 1. c. 11. num. 50. vltra quòd demonstrabimus, neutram ex sententijs productis officere posse, nec in aliquo opitulari nouissimæ intentioni Philippi Spinulæ.

4 Tertiò, ex copia dictarum sententiarum deduci non potest prætensio Philippi, quoniam si ex eis argui posset Io. Baptista de homicidio in personam Stephani Catanei, ex hoc indignus reputaretur successione, quam indignantē nec extraneus, nec cohæres, sed solus fiscus opponere posset, tex. est clarus in l. bis consequenter S. sed an in familia ff. famil. bercisc. vbi gl. notab. & Doct. Bal. in consil. 445. sub num. 4. lib. 2. & in cap. tue num. 5. infi. de procur. Cagnol. in l. fin. num. 183. C. de pact. Monter. decis. Arag. 89. Peregr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 2. num. 8. & tit. 3. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 5. num. 20. habetur in l. 3. C. de his, quib. ut indig. & in l. cùm ratio S. final. & l. fi. ff. de bon. damn. Guliel. de Benedi. in cap. Raynatius in verb. condidit de testam. Greg. Lopez partita 2. tit. 15. l. 2. glo. 10. q. 3. V asq. de success. creat. S. 1. num. 16. Molin. de primog. lib. 1. cap. 9. nu. 25. Boss. in tit. de his, quib. ut indig. num. 6.

5 Fiscus autem hanc exceptionem opponere non posset antequam hæreditas adita fuisset, Barbat. cons. 8. nu. 10. alij q; relati per Farinac. latè to. 4. quest. 120. sect. 2. nu. 36. & 37. & tom. 5. de falsit. quest. 161. nu. 16. Thesaur. lib. 1. quest. forensium cap. 41. nisi indignus recusaret adire, à quo fiscus debet auferre, ne sit in eius potestate, excludere fiscum R. ip. quem sequitur

Peregr. d. lib. 2. tit. 4. nu. 54. & tit. 2. nu. 47. & Barbos. in l. si ab hostibus in S. si vir nu. 22. & amplius fiscus indignitatē opponere non poterit elapsō quinquenio l. in agitatione ff. ad Sylan. & ibi Ang. per quem tex. ita punctualiter docuit Peregr. in cōs. 148. nu. 3. vol. 5. Etenim secundum magis cō munem opinionem ius condemnādi ad publicationem bonorum in delictis ordinari s quinquennio tantum durat, in criminē autem lēsa maiestatis, & heresis 20. annis l. 2. C. de apost. vbi glof. & Doct. & in l. 2. C. de vēctigal. & commis. l. marito S. hoc quinquenniū ff. ad l. Iul. de adult. & l. adulter post quinquennium C. eodem, Marfil. sing. 307. Balb. de præscrip. in 2. par. quinta partis, Gomez lib. 3. variar. cap. 14. vbi etiam ampliat secuta condemnatione, vel declaratione, Bald. in l. cōmis. saff. de public. Aret. in S. interdum col. 2. de hæred. quæ ab intest. defer. Bossius in tit. de fisco nu. 51. Affl. optimè in c. 1. in verb. condemnatus nu. 45. quæ sint regal. Ang. de malefic. in tit. & cuius bona publicamus nu. 23. imò etiā si non fuisset præscriptum ius Fisci, potuit Io. Baptista titulo pro hærede possidere, & usucapere stāte sua possessione, quam hucusq; continuavit, in specie Bart. in l. fin. in fin. ff. pro hæred. & actiones hæreditarias exercere d. l. his consequēter S. 1. & d. l. cùm ratio S. fi. l. hæreditibus C. de his, quib. ut indig. Greg. Lopez tit. 7. l. 13. gl. 24. par. 6. Natt. cōs. 462. in fin. lib. 2. & verè dicitur hæres, donec Fiscus opponit, & bona hæreditaria, & cominoda in eius beneficium cōsequitur glof. in l. ea sola ff. de reg. iur. Cyn. in l. si quis ex consensu nu. 6. C. de episc. audien. Bald. in l. fin. ff. pro hæred. & in cons. 119. D. Dominicus nu. 5. lib. 1.

8 Hæc præsentie aduersarius prætentit, Io. Baptistam non esse indignum, sed incapacem, indignus autem dicitur qui acquirit, sed retinere nequit, & tanquam male quæsitū ab eo vendicat Fiscus; incapax autem, qui tempore

pore delatae hæreditatis omnino acquirere à iure prohibetur ob aliquem defectum, vel culpam, vt in damnato, vel spurio, & ex sola ratione incapacitatus à iure prohibitus acquirere, *Thes. Iun. quest. forens. lib. 2. cap. 41. num. 2. de Ponte de potest. Proreg. in tit. de refutat.* §. 9. à nu. 7. *Peregr. de iur. Fisci lib. 2. tit. 3. vsq; ad nu. 4. Ann. Rober. lib. 3. rer. iudicat. cap. 7. vers. pro Fisco,* modò tam attento statuto Ianuensi, quām iure communi supponit ex delicto prædicto Io. Baptistam incapacem, non indignum, & si incapax iudicadus erit, exceptionem, quæ alias Fisco competeteret, rectè opponere poterit alius successor Stephani, vel obijcere, quod Io. Baptista nihil iuris habet in bonis eiusdem Stephani.

9 Si statutū Ianuæ inspiciatur, quod est lib. 2. *Statut. crim. cap. 8.* in eo disponit, quod occiden's aliquem dolo, qui dederit causam, vt homicidiū sequeretur ad effectum succedēdi occiso; vel ex testamento, vel ex fideicomisso, sit incapax ipso iure, & omni tempore successionis dicti interficti, cuius hæreditas deferatur sequentibus in gradu, ex quo resultat, Io. Baptistam non posse iudicari indignum, cū nō acquirat, nec auferatur à Fisco, sed erit incapax acquisitionis, delata hæreditate sequentibus, & in gradu proximioribus, & si Io. Baptista erit penitus exclusus, indignus non censetur ad beneficium Filci, vt per *Fulgos. in l. hæreditas num. 3. C. de his, quib. ut indign.* sed insuccessibilis, & incapax præsentis successionis, sicut in terminis statuti posuit *Barbat. conf. 8. nu. 8. Corn. conf. 222. col. 2. vers. tamen bis non obstantibus volum. 4.* relatus à *Peregr. de iure Fisci lib. 2. tit. 3. num. 3.* & lib. 3. tit. 1. num. 8. vbi allegat etiam *Bald. in l. si quis incesti C. de incest. nupt. & Alex. ad Bar. in d. l. cùm ratio S. fin. ff. de bon. damnat.*

10 Pariter attento iure cōmuni pars prætendit, Ioannem Baptistam esse penitus exclusum ex odio subsecuto

ex causa dicti homicidiū in personam Stephani filij Baltassaris fideicōmitentis, & relictum censetur adēptum, & reuocatum ex text. in *Linimicitia,* vbi Bart. notat ff. de his, quib. ut indig. & l. 3. S. fin. ff. de adimen. leg. etiam si successerit odium, vel inimicitia factio testatoris absq; alia declaratione voluntatis eiusdem testatoris, vt Molin. dicit in *maioratus institutore lib. 1. c. 9. num. 38.* & seq. quia tanquam voluntate mutata conditio illa habetur pro defecta, & non impleta, ex quo censeri debet, interfictum superuere, vt habetur in *l. ita demum ff. de arbitr. prout in substitutione, & fidei-comisso posuit latè Barbos. in l. si ab hostibus S. si vir à num. 20. cum seq. ff. solut. matrim. per rationem illius tex.* vbi *Castrenf.* & alij relati per D. de *Ponte in decis. 2. 4. num. 24. sic q; Ioann. Baptista substitutus caret omni actione circa relictum post mortem instituti ex doctrina Bart. in d. l. si ab hostibus S. si vir in final. verb. quem alij sequuntur, vt *Lupus in rub. de donation. inter virum, & uxorem* §. 70. num. 17. & Molin. de primog. hispan. lib. 3. cap. 2. nu. 31. 32. & prætendit id procedere siue causa odij successerit viuente testatore, siue post mortē ex mēte *Couar. in rub. de testam. par. 2. col. 19. vers. quintō ex præmissis, & expressius dicit id cōprobari per Molin. in d. cap. 9. lib. 1. num. 38.* & Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 3. n. 20. & iterum lib. 8. tit. 12. num. 23. & 24. Sed quia prædicta opponuntur absq; fundamēto, & aliqua ratione, subsistere non possunt in casu nostro, vt clarior semper, & vndiq; appareat iustitia Ioannis Baptistæ ex infra scriptis facile diluuntur.*

Quoad statutū Ianuæ non est omitendum, Philippum Spinulam in reliquis articulis prætendere sua iuraueri ex lege Hispana, de qbus plenē discussum est, nunc autem illis legibus relictis vtitur statuto Ianuæ, & sic vno, vel altero diuerso iure secundum quod sibi melius nouerit expedire etiam

etiam contraria proponēdo, sed quia  
in omnibus Cæsar, & Stephanus ve-  
rè tractandi sunt vt Ianuēles, vt com-  
probauimus, statutū prædictū partū  
prodeſſe non potest

**12** Primò, statutum prædictum requi-  
rit duas qualitates, vnam quòd homi-  
cidiū dolo fuerit commissum, alterā  
quòd factum fuerit ad finem succe-  
dendi, & hæ qualitates necessariò ve-  
rificari debuissent tanquam à statuto  
expressè requisitæ, aliàs qui non fun-  
dat dictas qualitates obtinere non  
poterit leg. i. S. quod autem ait Pretor,  
vbi Bar. ff. ne quid in flum. publ. cum  
alijs adductis per Surd. decis. 276. nu. 2.  
& Corn. conf. 202. num. vlt. vers. & in-  
super lib. 2. & statuti dispositio extēdi  
non potest ad casus diuersos, nec si-  
miles, vt punctualiter Corn. tradit in  
d. conf. 202. cùm indignitas non indu-  
catur nisi in casibus à iure expressis,  
Bald. in l. 1. C. de hæred. instiit. Surd. de-  
cis. 61. num. 7. Peregr. de iure Fisci lib. 2.  
tit. 2. num. 2. & in incapable tradit Pa-  
ci. in. de probatio. lib. 2. cap. 17. num. 13.  
& s̄eq. & sic pars deficit in omnibus  
qualitatibus requisitis, ac etiam in-  
delicti probatione, vt inferius suo lo-  
co dicemus, quo stāte termini statuti  
prædicti non sunt applicabiles in pre-  
ſenti caſu.

**13** Secundò, hoc statutum, quāuis in  
caſu nostro posset allegari, est odiosū  
tanquam penale, & correctorium, vel  
limitatiuum iuris communis, quo iure  
occidēs, non incapax, sed indignus  
efficitur, & tanquam odiosum non  
porrigeretur ad bona sita extra ter-  
ritorium, vt pro eis Ioann. Baptista  
incapax cēſeatur tēpore mortis Ste-  
phanī, Card. conf. 2. num. 3. Gozad. conf.  
49. nu. 8. Gayl. singul. obſeruat. lib. 2. cap.  
124. num. 5. & 9. Natt. conf. 514. nu.  
17. lib. 3. Valaf. consultat. 182. num. 14.  
& plurim auctoritate probat Alber.  
de Ros. de statut. lib. 3. quæſt. 2. num. 11.  
vers. 2. caſu principali, latè Barbos. in l.  
exigere dotem num. 158. ff. de iud. Vbi  
num. 159. ampliat etiam ſi statutum

loqueretur de bonis alibi ſitis, vt nu.  
160. ſiue loquatur in rem, ſiue in per-  
ſonam, vt ibidem Barbos. n. 163. Corn.  
d. conf. 202. col. 2. vers. dato lib. 2. Vrſill.  
ad Affli. deci. 226. num. 6. ſicq; negari  
non poſſet, ad minus Io. Baptiſtam eſ-  
ſe audiendum quoad omnia bona  
existētia extra diſtrictum Reipublicæ  
Ianuensis; vt Philippus ſpem colloca-  
re nō poſſit in expeditione cauſæ ſine  
contradictore, etiam ſi p̄tēnſe inca-  
pacitati locus eſſe poſſet, vltra quòd  
veri contradictores ſunt in omni cauſa  
religiosiſſimi Iudices, dum pars iu-  
ſtiā non fouet in aliquo ex pe-  
titis.

**14** Tertiò, statutum prædictum vti ex-  
orbitans à iure cōmuni in hac parte  
incapacitatis, non poſſet comprehē-  
dere personam minoris, qualis erat  
Ioan. Baptiſta tempore p̄tēnſi deli-  
cti, vt in facto deductum eſt Marſil.  
ſing. 362. Statutum in fin. Curt. Iun. in  
l. poſtquam liti in fin. C. de pac̄t. & in  
conf. 8. in fin. Neuiſan. conf. 17. nu. 77.  
propè medium, & ante prædictos Ro-  
man. conf. 120. num. 1. quem ſequitur  
etiam Affli. in Conſt. Regn. Minoribus,  
& Iaf. in S. actiones nam. 83. de action.  
maximè qā in materia indignitatis mi-  
norī non ſolent bona traſferri, leg. poſt  
legatum S. & cui iff. de his, quibus ut in-  
dig. optimè declarat Azo, qui etiam  
excludit omnaem neceſſitatem reſti-  
tutionis in integrum in ſum. C. eod. tit.  
nu. 18. quem ſequitur Greg. Lopez tit.  
7. part. 6. l. 13. glof. 8. & 15. quod tanto  
magis prodeſſt ad demonſtrandum  
statutum prædictū odiosum, & exor-  
bitans à iure communi.

**15** Ultimò, vt quælibet dubietas vel  
leuis de medio tollatur, statutum præ-  
dictum ſolūm vendicat ſibi locum in  
delictis cōmissis à ſubdito in territo-  
rio, non autem extra territorium ſta-  
tuentis, niſi expreſſe statutū loquatur  
de delictis à ſubdito commiſſis extra  
territorium, ſicq; cùm delictum alle-  
getur patratū in Territorio Lucx, ſta-  
tutum prædictum operari non poſſet,  
benē

benè tamen subditus delinquens extra territoriū, licet non teneatur pena statuti, poterit puniri à Iudice suæ originis secundum penā iuris communis. *Aret. in d.S. actiones num. 15. de actio.* *Corn. consil. 89. vol. 3. optimè Paris. cōs. 159. vol. 4.* qui alias cumulat presertim nu. 6. & 7. *Alber. de Rosat. de statu. lib. 3. quæst. 1. Bonacof. lib. 1. c. mmun. opinion. tom. 2. in rubr. de legib. titul. 17. nu. 281.* & tomo 1. lib. 3. rubr. de iuris d. omn. iud. tit. 11. nu. 30. 35. latè Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 16. num. 4. vbi testatur de communi, etiā quod illud territorium delicti sit sub eodem domino. *Corn. consil. 106. vol. 3. Paris. d. consil. 159. num. 3.* ex quibus constat, Philippum se fundare non posse in prædicta dispositione statuti Ianuenfis.

**16** Quò verò ad dispositionem iuris communis aduertendum est, quod si Jo. Baptista foret aliquo modo excludendus (si de hoc iudicium esset institutum) procederet ex capite indignatis, non autem incapacitatis, nā interficiens aliquem, cui sit substitutus tanquam indignus, successione priuatur, vt tenuerunt quāplures *Bald. consil. 50. aliás 163. num. 5. lib. 4. Anchār. in clem. 1. in fin. de pēn. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 2. nu. 31. & lib. 1. cap. 9. nu. 25. cū seq. de quo inferius verba faciemus, Caldas in l. si curatores in verbo sua facilitate num. 13. in fine, & quod Fisco applicetur sentit Gregor. Lopez partita 2. tit. 15. l. 2. gl. 5. 10. quæst. 3. V asq. de success. creat. S. 1. num. 16. ex not. per Docto. in l. s. finita S. si de vestigalibus ff. de damn. infest. in l. Statius Florus S. Cornelio Felici ff. de iur. fisc. in l. 1. & l. 4. C. de his, quib. vt indig. Guglie. de Benedict. in d. cap. Raynutius in verbo condidit il. secondo nu. 16. de testam. expresse Peregrin. de iure Fisci lib. 2. tit. 3. numer. 17. loquens in fideicomissō conditionali, posset enim dici, quod imperfectus præsumitur viuere in damnum tantummodo delinquentis, non autem ceterorum,*

ad quos ex delicto post mortem interfecti hæreditas deberetur, quare ex delicto homicida lucrum non sentiet, & licet succedat, hoc est ei in pena, vt ab eo fiscus auferat post aditionem, vel acquisitionē, nisi acquirere nollet, vt diximus supra, alioquin, si semper imperfectus ex præsumptione iuris diceretur superuiuere, etiam quodad Fiscum pena esset elusoria, nec vñquam verificaretur pena indignitatis, & leges generaliter loquuntur, interficiētem aliquem, cui possit succedere, effici indignum, itaut occisi bona Fiscus ab occitore auferat, l. cū ratio, §. fin. ff. de bon. damnat. ita etiam DD. nulla facta distinctione, an occisus esset conditionaliter grauatus, vel simpliciter illi erat succedendum, vt per Clarum in S. homicidium num. 17. Doct. in d.S. fin. & in l. 4. C. de his, quib. vt indign. vbi Alex. num. 60. alijq; relati per Farinac. d. quæst. 120. in principio, & ita videntur innuere leges allegatae per Barbos. ex aduerso adductū, nempe tex. in d.l. ita denum, ff. de recep. arbitr. l. cū proponas C. de nautic. f. enor. l. qui offici. §. fin. ff. de contrab. empt. & in cap. postulasti de cōcess. præben. vt tolum colosus non lucretur, quod satis est prouisū applicando Fisco, non autem, vt mors interfici nullo modo censeatur intercessisse, ne sit alteri lucro citra delinquētem, quod nedum Barbos. non affirmauit, itaut esset extinctum fideicommissū, imò contrarium, vt infra ponderabimus.

**17** Illud ergo solūm dixit Barbos. conditionem haberi pro non impleta respectu delinquentis, ita vt sit incapax, nō indignus, vt ad alios, ad quos spectat, successio deferatur, nec haberi debet conditio omnino pro defecta, licet quis illam illico modo faciat adimplere, quod nec Doctores asseruerunt in l. in testamento vbi Soci. ff. de cond. & demonstrat. nec D. de Ponte in d. decis. 24. nu. 17. ratio autē, qua fundatur Barbos. sumpta ex tex. in.

in d.S. si vir, non recte applicatur ad speciem nostram, & ille tex. habet casum specialem respectu mariti occidentis vxorem dolo suo, vt dicetur paulò inferius; vndè potius conditio videtur defecta, & maritus non vt indignus; sed tāquā incapax excluditur à iucessione, & deuoluitur ad hæredem mulieris, non ad Fiscum.

Et omittendo responsiones, quæ à DD. adducuntur ad tex. in d.S. si vir, de quibus per Peregr. de iur. fisci lib. 2. sit. 3. à num. 7. Farinac. d. quæst. 120. num. 73. fundamentum Barbos. faciliter tollitur: inquit enim, maritum ob homicidium in personam vxoris effici incapacem illius lucri nuptialis; quoniam erat debitum cōditionale, cuius implementum venit ex facto illicito mariti, & ideo illum non succedere, quia habetur cōditio pro non impleta, & sic pariter occidens maioratus possessorem non succedit; sed deferatur ad sequentem, non ad Fiscum, ut num. 20. & 21. modò si hēc esset ratio dicti S. si vir, non esset casus particularis, sed idem deberet dici in omni casu indignitatis contra tex. in d.l. cūm ratio S. fin. & l. Lutius, ff. de iur. Fisci, in quibus habetur, occidentem testatorem succedere, & ab eo Fiscū auferre tanquam ab indigno, & tamē hoc etiam casu inest semper conditio mortis, cuius implementum expectatur in testatore, scilicet qui hæredem instituit post mortē suam, & proinde DD. simpliciter loquuti sunt nō facta distinctione, an conditionaliter graduatus esset occisus, vel ipse testator, cūm semper adsit eadem conditio mortis.

Amplius termini text. in d.S. si vir diuersi sunt, & ex illis argui nō potest ad casum nostrum de occidente gratiū, cui succedere poterat per fideicommissū, & vt alia omissa faciamus, duæ afferuntur interpretationes, prima, quod in d.S. agit Iureconsuls. de marito, qui vxorem in adulterio deprehensam iure permittente occidit,

& proinde Fiscus nihil vindicare poterit, l. quis in graui S. 1. ff. ad Syllan. & adhuc tamen lex noluit marito ullam lucri spem inde proponi: quia esset uestus infamis ob iacturam pudoris, & insuper secundò, periculū esset, ne spe improbi lucri allectus maritus, consilium caperet occidē vxoris, quare meritò ibi in omni casu maritus est insuccessibilis, vt declarat, & exornat Ann. Rober. lib. 3. rer. iudic. c. 7. vers. pro Fisco in ff. ibi, sunt tamen, qui in contrarium obijcint. Altera interpretatio est, quod in casu tex. in d.S. si vir est casus specialis, quod lucrum dotale deferendum marito ob mortē vxoris semper intelligitur defiri sub cōditione, si culpa mariti debentis lucrari matrimonium non sit dissolutū, l. consensu C. de repud. l. Lutius ff. solat. matrim. inde quādo vir occidit vxorem, deficit conditio, quia matrimonium dissolutum est sua culpa, vt probarunt in eo tex. Ang. num. 1. Castren. sub nu. 4. Cuman. nu. 2. Alex. sub num. 8. Ias. ante nu. 5. Bald. in l. 1. C. unde vir, & ux. o Ruin. conf. 11. nu. 3. lib. 8. & ob id marito non acquiritur. Sed in hæreditate non intelligitur tacitè aliqua conditio, ideoq; lex statuit, vt applicetur occisor, & ab eo auferratur, velut ab indigno, hāc interpretationem punctualiter posuit Io. Camp. de dote p. 5. q. 2. post nu. 2. vers. ego considero, ex mente Bal. & aliorum, quos allegat, igitur termini diuersi sunt, & in casu nostro nō defecit cōditio, licet substitutus occidēs in effectu in sui beneficium non acquirat.

18 Pariter doctrina Bar. dicētis, in d.S. si vir in ultimis verbis, substitutū carere omni actione circa relictum sibi post mortem instituti, non officit, cūm intelligenda sit, vt substitutus non succedat in hæreditate cum effectu, & in sui beneficium, quia ab eo relictum auferitur à Fisco, vt expressè interpretatur Cagnol. in d.l. fi. nu. 72. C. de pact. & sequi videtur Barbos. in d.S. si vir nu. 20. q. licet interpretari velit, vt in substitu-

stitutione fideicōmissaria sit incapax fideicommissarius interactor, secus in iubstitutione directa, ex qua pendet validitas testamēti, quā distinctio non est substēabilis, quoniā ut possit fieri locus secūdo substituto licet directo, adhuc requiritur existentia conditionis mortis primi instituti, & si hoc casu occidēs efficitur indignus, non adest diueria ratio, quare idem non sit in iubstitutione fideicōmissaria, & proindē verior est prima opinio, ut fideicommissarius indignus efficiatur, ut inquit *Molin. d. num. 31.* quem malē allegauit *Barbo.* & clarius in *d.lib.1.c.9.nu.43.* vt dicemus infra in Artic.adēptionis, seu reuocationis relicti, *Peregr.* quoq; se quitur de fideicommiss. art. 22. num. 98. *Caldas in d. verb. sua facilitate num. 17.* nec est vera alia ratio *Barbo.* quōd fideicommissarius sit incapax ex eo, quōd testamentum subsuntetur abīque fideicommissio, quoniā hac ratione legatarius, qui committit delictum; etlet pariter incapax, cūm testamentum posset sine legato substitueri, quod est contra *tex.* expressum in *l.1. ff. de his, quibus ut indign.* de extincione autē fideicommissi pariter tractari non potest, cum omnes DD. expressē affirmauerint, vocari sequentes in gradu in casu fideicommissi, ut *Bart.* à parte allegatus, *Moli. Barbos.* & alijs, ut paulò inferius dicemus.

Sed ut vndiq; claudatur os parti, admisso, licet nō pro vero, quōd eslet *Ioann. Baptista* incapax successionis *Stephani* ad libitum partis, adhuc nescio, quid sibl velit ex hoc, cūm ex incapacitate ius aliquod ad ipsum pertinere nō possit, nec aliqua ratio inde resultat in beneficiū *Philippi*, ut properea valeat obtinere in immisione petita ex persona *Cæsar* Catanei, diximus in articulo successionis ab intestato, *Philippum Spinulam nihil 19* pretendere posse ex persona *Cæsar* in bonis *Stephani* naturalis progeniti ex alia concubina, tām attento

iure communi, quām inspecta legitimatio, ac etiam iure Hispano; stāte existentia *Mariæ de Figueroa* Auiæ maternę dicti *Stephani*, quo iure ascendētes vocantur ad successionē descendantium ex *tex. in leg. 6. Tauri,* quā est *l.1. titul. 8. lib. 5. nouæ recopilat.* & ibi DD. quod procedit etiam in ascendentē naturali ex linea materna, ut voluit *Lopez in leg. 11. glos. 3. tit. 13. part. 6.* & *Azeued. d.l. 1. num. 26.* & 27. & adeò ascendētes admittuntur, quōd excludunt fratres vtrinque coniunctos, ut nec succedant in concursu, ut statutum erat iure cōmuni, per *tex. in auct. defuncto C. ad Tertull.* ut habetur *in leg. 7. Tauri,* quē est *l.4. eod. tit. 8. lib. 5. nouæ recopilat.* de quo *Lopez l.4. glos. 3.* & *6. tit. 13. part. 6.* & *Rojas in epitome de success. cap. 24. nu. 35.* & 36. excludūtur ergo fratres quicunq; ab ascendentē etiam naturali ex linea materna, & si ex alia legē fuerat prouīlum, ut naturalis ex alia matre succederet, debet intelligi secundum hanc aliam legē, non existente ascēdente, licet in casu nostro attēdēdā sint leges, & statuta *Ianuæ*, nō Hispaniæ, ut fūdauiimus, & sic omni iure, quoquo se vertat *Philippus*, excluditur ex persona *Cæsar*, quāuis legitimati, sed limitatē, ex alio cōfirmatur exclusio: quoniam statutum 20 *Ianuæ* deferens successiones sequētibus in gradu ob incapacitatem delinquentis non comprehendit legitimatum per rescriptum, optimē *Cephal. conf. 278. Ias.* qui ita dicit iudicatum in *l. si quis pro emptore nu. 291. ff. de usucap. Garzia de nobilit. cap. 11. nu. 14. in fin. Tiraquell.* dixit communem in *l. si unquam in verbo suscepit liberos num. 99. Pedemon. decis. 121. nu. 6.* & in legitimato limitatē quōd ad successionem indubitabile dixit *Peregr. de fideicom. artic. 23. nu. 29.* & ex alijs statutis *Genuæ* cautū est, ut succedat agnati masculi de vero, & legitimo matrimonio, etiā in successione naturalis, ut diximus.

Vite-

21 Vtterius ut religiosissimi Iudices obseruent hanc inanem prætensionem Philippi, Baltassar senior in bonis relictis Stephano in casu mortis sine filijs vocavit præmoriante Dominico fratre eius filios, & hæredes, & tempore mortis Stephani aderant Ioan. Baptista, & Baltassar Catanei fratres filij, & hæredes Dominici, quo stante licet Ioann. Baptista fuisse exclusus, Baltassar iunior pariter vocatus in pari gradu potuit succedere in solidū etiam in portione interfectoris, licet incapacis, seu indigni Bar. & alij in d. l. cùm ratio S. fin. ff. de bon. damn. Bald. d. consl. 163. sub num. 5. in fine lib. 4. Pancirol. consl. 163. n. 8. & 10. Barbat. d. conf. 8. col. 1. lib. 3. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 356. num. 111. Decian. tract. criminal. tit. 4. lib. 9. cap. 16. num. 27. Alexand. de Neuo conf. 41. num. 10. Plaza in epito. delict. lib. 1. c. 7. num. 39. Renat. Coppin. de dom. Franc. lib. 3. tit. 29. nu. 13. Tbesaur. iun. lib. 2. quest. 41. num. 8. in fine, & Boer. qui ex aduerso allegatur, qui videatur in decis. 25. sub num. 14. Ann. Robert. rer. iudicat. d. cap. 7. vers. pro agnato, & indubitata est hæc opinio in bonis fideicommisso subiectis, qualia sūt in cau nostro, in quibus admittitur superstes in totum etiam quoad portionem delinquētis, vt probatur ex tex. in l. post legatum S. si pater & in l. infraudem S. 1. ff. de ys, quæ vt indign. & in leg. in seruitute S. si patroni filius ff. de bon. libertor. ita vt accrescat cohæredi portio, in qua successurus erat interactor Plaza in d. epitome lib. 1. c. 23. num. 40. ad fin. & generaliter vocari sequentes proximiores voluerunt Molin. ex aduerso allegatus d. cap. 9. lib. 1. & Barbo. similiter ponderatus à parte in d. S. si vir num. 21. vers. sed verius, & num. 23. in fin. 25. & 26. Et si prædicta procedunt data indignitate interactoris, facilius locum sibi vindicant, si interactor dicetur incapax, cuius portio superstite accrescit, cùm pro mortuo incapax habeatur Boer.

in specie in d. dec. 25. num. 11. Barbat. in d. conf. 8. à nu. 8. & Corn. d. conf. 222. vol. 4. Barbo. in d. S. si vir nu. 24. vers. quinimò, Molin. d. cap. 9. num. 27. & 31. & lib. 3. cap. 2. num. 31. & pluralis locutio filiorum, & hæredū Dominici vocatorum verificatur etiam in vno, & sic in singulari, vt totum capiat l. 1. C. de cond. inser. l. pater Seuerinam S. ita ff. de cond. & demonstr. Liubemus S. fin autem C. ad Trebellia. Bart. Dec. & alij, quorum auctoritate ita concludit Decia. conf. 54. num. 23. lib. 2. tanto magis, quia in petita substitutione filij Dominici sunt coniuncti, non solum verbis, sed etiam re partibus non assignatis, l. re coniuncti ff. de leg. 3. Guid. Papa decis. 335. Crav. conf. 316. num. 1. & alij relati per Mantic. lib. 10. tit. 3. num. 1. & 2. Peregr. de fideicom. art. 9. num. 7. cum seq. Tum etiam ex natura vniuersalis relictii, in quo partes tanquam quotitatiꝝ non constituunt rem diuersam, sed eandem l. Meijius S. duobus ff. de legat. 2. & deficiente socio, in quo non habet locum fideicommissum, remanet necessariò eius portio penes superstite etiam inuitum l. 4. & 5. ff. de legat. 2. Bart. in d. l. re coniuncti nu. 51. & sic solidum consequebatur Baltassar iunior per ius accrescendi, siue potius non decrescendi, vt Doctores predicti concludunt, & Bolugnet. in ead. l. reconiuncti nu. 108. quod ius accrescendi, vel non decrescendi habet locum etiā in fideicommisso Bart. conf. 53. lib. 1. Crot. d. l. reconiuncti nu. 3. Rip. num. 179. Guid. Pap. decis. 135. Peregr. art. 8. nu. 9. ex tex. notab. in l. Scuola in final. verb. ff. ad Trebell. Menoch. conf. 376. num. 31. & 32.

22 Existente igitur persona Baltassaris iunioris tempore mortis Stephani, qui solus potuit succedere etiam in bonis proprijs Stephani, vt infra subijcam, Ioan. Baptista succedens Baltassari fratri vtrinque coniuncto potuit pariter admitti ad bona eidem Baltassari iuniori obuentia per mor-

tem Stephani interficti, sunt tex. clari in his terminis in l. qui Titū, & l. post legatum S. qui accusauit ff. de ijs, quæ ut indignis, vbi prohibitus testatori ob indignitatem succedere, non tamen eius hæredi succedere prohibetur, probat etiam tex. in l. se is, qui ff. de vulg. & pupill. subst. vbi Bart. nu. 13. & Ias. nu. 16. quam opinionem expresè tenuerunt Lup. in Rub. de donatio. inter vir. & uxor. S. 57. num. penult. in fin. Io. de Amic. conf. 9. sub num. 10. vers. nihilominus, & conf. 10. Phanut. de lucro dotium gl. 14. num. 3. in fin. Caldas legendus in d. l. sicuratorem, in verb. sua facilitate nu. 22. Gomez. in l. 9. Taur. nu. 18. Barbos. latissimè in d. l. si ab hostibus S. si vir n. 27. Non enim succedit imperfecto, sed hæredi etiā in bonis à defuncto peruentis, quia adita hæreditate est effectum vnicum patrimonium hæredis, nec sunt amplius bona defuncti; sed attenduntur tanquam ultimi morientis l. sed se plures S. filio ff. de vulg. l. pen. S. si hæres, & l. fin. ff. de inoffic. test. ut prædicti DD. affirmant.

23 Ad tex. autem in l. Lutius ff. de iur. Fisc. qui aduersari videtur, ut imperfecto non succedat in bonis imperfecti, & nec hæredi in bonis etiam quæ ab imperfecto peruerterunt, ut ibidem notat glof. magna in fin. & Pereg. de iur. Fisc. lib. 2. tit. 2. num. 19. & tit. 3. nu. 4. prædicti DD. respondent procedere, quando hæreditas imperfecti ad filium ipsius peruenisset, cui imperfecto succedere nō potest, sicut qui filium occiderit, neque patri succedit tanquam indignus d. l. his consequenter, Roman. sing. 461. Bald. in l. hæritas nu. 8. C. de his, quib. ut indig. & Farin. d. q. 120. nu. 34. ita è contra occidens patrem, debet filij hæritate priuari, quod si occiso nō filius, sed extraneus successisset, cuius successione occidēs nō priuatur paritè admittetur ad bona imperfecti, quæ peruerterunt ad hæredē extraneū, ut Cald. cōsiderat loco prædicto n. 22. & Barbos. n. 28. vers. deniq.

24 Si verò attendantur bona Baltassaris senioris, quæ peruerterunt ad Baltassarem iuniorem per mortē Stephani, quæ non habuit à Stephano, nec vt illius hæres, sed à Baltassare seniore fideicommittēte, cui successisse dicitur, non hæredi grauato, l. cohæredi S. cū filia & l. Lutius, & utrobique DD. ff. de vulg. & pupill. Decia. conf. 26. n. 71. lib. 2. in his bonis sine dubio, quæ obuerterūt à primo testatore fideicommittente, non à Stephano imperfecto, non est prohibitus Io. Baptista succedere Baltassari fratri, ut prædicti DD. cōcludunt, & præcipue Ionn. de Amicis dicto conf. 9. in fin. & Barbos. num. 27. Imò plus dixit Peregrin. in dicto lib. 2. tit. 3. num. 4. quod imperfecto non succedit hæredi in bonis proprijs imperfecti, sed benè in bonis proprijs hæredis, vbi videndus est, sunt enim bona prædicta hæritatis Baltassaris senioris, quāuis peruerterint ad Baltassarē iuniorē ex regula tex. in l. vnū ex familia S. 1. vbi Padilla nu. 17. ff. de leg. 1. Paris. conf. 59. lib. 3. & quamvis fuerint detenta per hæredem grauatum, semper retinent nomē hæritatis fideicommittentis Alex. in l. fin. C. de edit. diu. Hadrian. num. 8. Ias. num. 11. Soc. iun. conf. 113. num. 33. lib. 1. Achil. Personal. de adipisc. poss. post num. 191. vers. vel & secundò respondeo, & Menoch. conf. 95. nu. 71. & de adipisc. remed. 254. num. 190. in fine.

25 Neque obstat oppositio Aduersari dicentis, Io. Baptistam esse omnino exclusum etiā ex persona Baltassaris fratris ex prædicto statuto Ianuensi, ibi talmente che nè per proprietà, nè per usufrutto habbia attione alcuna in detti beni in tempo alcuno, quibus verbis attentis nec ex persona fratris obtinere potuit allegans decis. D. de Franchis 307. n. 6. & 7. & in hoc casu tantum configit ad statutū Ianuense, in reliquis verò prætendit seruari leges Hispaniæ, quoniā decisio prædicta ad propositū nō applicatur, cū ibi aderāt plures dictiones vniuersales, & signanter

ter dictio ( semper ) ut à num. 6. ad num. 9. vers. dicebatur , quæ dictio denotat exclusionem omni tempore , & omni casu l. semper , ff. de iur. immunita . Doct. in l. 1. ff. solut. matrim. Paris. cons. 90. num. 28. lib. 2. Peregrinus ex aduerso citatus de fideicommiss. art. 27. num. 20. Aderat etiam dictio ( perpetuò) quæ perpetuam exclusionem inducebat in casu illius dictionis , at in prædicto statuto tantum dicitur in tempo alcuno , & designat duntaxat tempus , non autem causam , vnde ex alia causa recte posset succedere . Secundò , in prædicta decisione non poterat aliter verificari intentio testatoris , vt ibi sub num. 10. vndè ne dispositio esset elusoria , illa intelligitur in futurum , quādo sorores voluerent habere bona ex persona hæredis , cùm nunquam essent vocatae ex propria persona , sed in casu huius statuti occisorum competebat ius succedendi tempore mortis , & etiam potuisset aliter competere , putà si de delicto obtinuissest absolutionem cum restitutione , vt per Iser. in cap. 1. sub num. 4. de vasal. decrep. etat. & ibi Addentes referentes ita iudicatum , Hostiens. in c. ex transmissa de elect. Sforz. Odd. de restitut. in integr. quest. 99. artic. 2. num: 21. Deniq; hæc oppositio levissima est , dum supra demonstrauimus , statutum prædictum locum habere non posse in præsenti casu , quia qualitates in eo contentæ probatæ non sunt , pariter non ligat minorem , nec comprehendit bona extra territorium , & quod magis non procedit in delicto commisso etiam à subdito extra territorium ; sed habebit locum poena de iure communii , sicut fundauimus , idcirco pars ex omni capitè inutiliter inhæret verbis statuti prædicti , ultra quod nec vigore statuti , nec de iure communii hæc prætensa poena priuationis applicari poterit in præfenti casu , vt mox inferius dicemus , & vt de me confitear , nescio , quid ex hoc prætendant Philippus , cùm ipse

non sit successor Baltassaris iunioris , vel alterius successoris .

26 Cōtra hæc deniq; Aduersarius opponit , relictum , seu fideicommissum institutum à Baltassare seniore censeretur extinctum , & reuocatum ex superuenienti inimicitia ex causa delicti predicti , siue superuenerit in vita , siue post mortem testatoris , ex traditis per Molin. de primogen. lib. 1. c. 9. num. 38. Couar. in Rubr. de testam. par. 2. colum. 19. vers. quintò ex præmissis , & Manric. de coniect. lib. 3. tit. 3. nu. 20. & lib. 8. tit. 12. nu. 23. & 24. Quod procedere affirmat etiam contra fratrem occisoris , ex traditis per Bald. cons. 41. num. 1. vol. 5. Ferdinand. Loaz. in l. filius famili. §. diui nu. 59. ff. de legat. 1. Peregrin. de fideicommiss. tit. 18. nu. 34. vers. imò se cum fratre . subdens , quod Baltassar iunior sciens ius aliquod habere non posse ad bona fideicommissi , fecit se declarari hæredem Stephani ab intestato excludendo bona Baltassaris senioris , quæ debita fuissent ex testamento , sed in vtroq; capite aperte decipitur , etiam ex traditis per Doctor. qui ex parte Philippi allegantur .

Et omittendo pro nunc differere de veritate opinionis Moling , contra quem tenuit Peralta in l. 3. §. qui fideicommissum nu. 88. ff. de hæred. instit. ultra alios superiùs allegatos etiā , quod vera esset in d. c. 9. nu. 38. concludit , ex superuenienti inimicitia relictum censeretur reuocatum tanquam voluntate mutata absq; alia declaratione testatoris etiam si successerit ex facto institutoris maioratus , & loquitur de maioratu reuocabili ab ipso testatore , & sic de inimicitia succedente viuente testatore , sub num. verò 43. vers. mihi autem id maturius expresse tradit , quod ex causis contingentibus post mortem non reuocatur relictum ex præsumptione contraria voluntatis , cùm in mortuo non possit præsumi contraria voluntas ; sed successor venit priuandus hæreditate tanquam indigetus , & alios allegat num. 47. & sic

**ex inimicitia post mortem contingen-**  
**te existit conditio, & non dicitur fi-**  
**deicommissum reuocatum, sed diffe-**  
**rentia tantum consistit, an successor**  
**dicatur indignus, vel incapax, quod**  
**si secundum Molinam erit indignus,**  
**Fiscus Ianuae id opponere potuisset**  
**in tempore, cum requisitis in princi-**  
**pio ponderatis, quam indignitatem**  
**Philippus allegare non potest, si vero**  
**fuerit incapax, deferretur successio**  
**sequentibus in gradu, ut parsinet in**  
**principio ponderauit etiam attento**  
**27 dicto statuto Ianuae, ea ratione, quia**  
**exclusus habetur pro mortuo, ut Boer.**  
**posuit in d. deci. 25. allegas Corn. quem**  
**pars similiter adduxit d. conf. 22. vol.**  
**4. Lup. in Rub. de donatio. inter vir. &**  
**uxor. §. 70. num. 17. & in specie Palaez**  
**de maior. p. 2. q. 4. illat. 1. dicit, quod**  
**substitutus per fideicommissum si oc-**  
**cidat grauatum, facit conditionem**  
**mortis existere; sed ipse non consequi-**  
**tur fideicommissum, vt ibi nu. 19. & sic**  
**non dicitur reuocatum fideicommissum,**  
**si casus successerit post mortem,**  
**potest enim quis esse indignus, quam-**  
**uis institutio non possit dici reuocata**  
**Rip. in l. fin. num. 155. C. de reuocan. do-**  
**natio. quem sequitur Molin. d. lib. 1.**  
**cap. 9. num. 23. in fine, & 24. Couar.**  
**similiter loco citato loquitur specificè**  
**de inimicitia orta in vita testatoris in-**  
**ter primum testamentum, in quo odiosus**  
**fuerat institutus, & secundum, ut**  
**primum censeatur reuocatum etiam,**  
**quod in secundo non adfuisse clau-**  
**sula derogatoria, Mantic. vero in loco**  
**allegato de hoc non loquitur, sed tan-**  
**tummodo an per offensam factam pa-**  
**tri grauato possit ipse offendens ex-**  
**hæredari etiam respectu bonorum fi-**  
**deicommissio subiectorum, non quod**  
**cesset fideicommissum, aut sit extinc-**  
**tum, & tamen adhuc ipse de hoc as-**  
**sumpto, quod exhæredatio trahatur**  
**ad fideicommissum dubitauit in d. lib.**  
**8. tit. 12. post nu. 22. & seq. & propriè**  
**post nu. 24. & secundum aliâ impresio-**  
**nen post nu. 32. & seq. de qua tamen**

questione no est presentis speculatio-  
nis, & in simili de feudo posuit Andr.  
in c. i. i. col. de succ. feud. Peregrin. au-  
tē perfunctoriè loquitur, & authorita-  
tem, ex qua fundaretur, non allegat,  
sicque indubitable resultat, ex causa  
inimicitiae, vel odio post morte in testa-  
toris no induci reuocationem relieti;  
sed existere conditionem in beneficiū  
proximorum data incapacitate, vel  
Fisci, si offendens erit indignus, &  
secundum vtramq; opinionem nihil de-  
duci poterit in beneficium Philippi, &  
stante hoc assumpto verissimo, no es-  
set querendum, an Baltassar iunior ex  
facto Io. Baptistæ exclusus intelliga-  
tur, cum ad ipsum vti proximiorem, &  
parem in gradu ratione incapacitatis  
successio delata fuerit, ac etiam ratio-  
ne indignitatis in bonis fideicommissi,  
etiam in portione Io. Baptistæ pro indi-  
uisio relicta, sicut supra fundauimus.

28 Sed ex abundanti vterius demonstra-  
tur, nullo modo Baltassarem iuniorem  
potuisse dici exclusum ex culpa Io. Ba-  
ptistæ non obstante alia opinione, quā  
impugnat Peregr. de iur. Fisci lib. 2. tit.  
3. num. 5. ex iuribus, quæ allegat, & li-  
cet aliud dixerit in tract. de fideicom-  
artic. 18. in fine arguit non deciden-  
do, relatis tantummodo Suarez, Ric-  
ciard. & Mantic. & indubitabilis redi-  
ditur hæc opinio, si non fuerit parti-  
ceps delicti etiam in casu incapacita-  
tis, quam aduersarius defendit Bald.  
in l. si quis incesti, C. de incest. nupt. in  
fine, Addentes ad Bar. in d. l. cum ratio  
§. fin. ff. de bon. damnator. imò quod fi-  
lius occisoris non culpabilis succedit  
dicit Boer. d. decis. 25. qui pariter indi-  
vidualiter posuit, quod si frater substi-  
tutus occiderit grauatum, non suc-  
cedit, & portio accrescit alijs fratribus  
si non fuerint culpabiles, & in filio,  
quod est fortius maximè in bonis ob-  
uentis à primo instituente tradit Lupus  
in dict. Rubr. de donat. inter vir. &  
uxo. §. 70. num. 17. ex Pelaez de maior.  
d. par. 2. quest. .... illatio. 2. vbi ait  
in alijs delictis exceptis criminibus  
lex

Iasꝝ Maiestatis, & hæresis delictum patris nō efficere filium incapacem, & clariū Barbos. in d.S. si vir, cessante tamen culpa, vt ibi num. 20. & 23. circa fin. & nu. 24. & in maioratu Gregor. Lopeꝝ in l. 2. sit. 15. part. 2. in gloſ. si no el bijo col. 1. vers. quid autem si filius distinguit, vt in antiqua maioria ex delicto statim deferatur ad sequentem, in noua verò ad Fiscum viuente delinquentे, quam distinctionem non amplectitur Barbos. in d.S. si vir nu. 20. affirmans, semper deferri ad sequentem, non ad Fiscum, sed sit vtcunque sufficit nobis, alium successorem non culpatum non esse exclusum, & si offendēs esset indignus, licet sua portio alteri cōiuncto nō accresceret, quod defendi non potest ex traditis supra, Philippus de iure Fisci opponere non potest, ex his, quæ in principio diximus.

Insuper etiam contraria opinio limitatur non procedere, si frater esset homo bonæ conuersationis, & vitæ; quia tunc ex delicto fratris dānificari non debet, nec odiosus reputatur per notata per Angel. in S. fin. in authent. de nupt. hæc ad literā ex eodem Suarez. in d.S. diui ponit Petrus Ricciard. Institut. de ademptio. legat. num. 40. in fine, & cùm Peregr. & Mant. allegent Suarez. & Ricciar. secundum eos sūt intelligendi, quæ fortius conueniunt in casu nostro, cùm tempore delicti Baltassar iunior esset pupillus, & successiūè non odiosus testatoris, inculpatus, & vitæ inreprehēsibilis, deniq; malè ponderatur à parte aditio Baltassaris iunioris honorū hæreditatis Stephani ab intestato: quoniam si de bonis Baltassaris senioris agimus, quod illa non opus erat aditione nomine hæreditario Stephani, cùm illa pertinuissent ex substitutione, & fideicomisso, adjit tamen hæreditatem Stephani pro medietate vigore statuti Ianuensis, quæ aditio non includit, nisi bona Stephani propria, nō Baltassaris senioris, cùm Stephano

ipſe Baltassar successerat ex statuto Ianuæ supra ponderato, quam aditionē egerunt fideicommissarij, & tutores, inter quos aderat Philippus Spinula, prudens, & sciens, & locer Cæfaris fratris Stephani, & ipsi facti nō ignorantes nihil opposuerunt cōtra Ioan. Baptistam, quem nunc Philippus vexare indebitè voluit post annos dccc, & nouem.

Hic discursus hucusq; vndiq; confirmatus deseruiret pro alia causa, vbi proposito iudicio, cōstaret de veritate delicti commissi dolo ad fine in succedendi, & vbi occisor cōuinceretur per veras probationes, vel per cōfessionem, seuta etiam sententia priuationis, sed quia nihil probabile afferatur, nec substantiale, quod militare posset contra Ioannem Baptistam, ex hoc tantummodo deneganda esset audientia Philippo, verū ne fortè posset aliqua suipitio inferri ex sententijs productis, infrascripta subnētere volui ad eneruandam funditū hanc nouissimam, & fallacem prætēsionem ad alium finem procuratam, & perperam propositam,

29 Primo est in iure clarissimū, quod ut occidens tanquam indignus, vel incapax ab hæreditate occisi excludatur, debet cōstare de delicto commisso ex not. in d.l. cùm ratio S. fi. ff. de bon. damn. & in d. l. his consequenter S. 1. ff. famili. hercifund. in l. 3. ff. de his, quib. vt indign. in l. 4. & in l. sororem C. evd. tit. cū alijs adductis per Farinac. præf. quest. q. 120. num. 23. & non solum de delicto; sed etiam de dolo Bald. in l. alia causa nu. 9. C. de his, quib. vt indig. & Ias. optimè in d. l. sororem nu. 2. & debet esse probationes veræ, manifestæ, & lucidissimæ l. indignum C. de his, quib. vt indign. Natta consil. 299. num. 1. in fin. vers. quia respondeatur lib. 2. Marestot. variar. resolut. cap. 35. lib. 2. nu. 78. & 79. & in specie Farinac. vbi supra sect. 3. num. 71. & cùm nihil fuerit productum ad probationem delicti, nisi copia dictarum sen-

tentiarum, ex illis non resultat assumptū partis, quo audacter affirmat delictum verè commissum à Ioa. Baptista, & ad finem succedendi, & proditoriè, & alia progreditur indecentia, quasi quod sit deferendum eius propositioni, & viuæ voci absq; alio teste, vel probatione, quod certè ridiculū est, maximè in iudicijs, & attenta pariter personarum qualitate.

30 Sentētia lata in Curia Lucēsi nulla censenda est tanquam lata contra Ioannem Baptistam eo tempore minorem, cui contumacia imputari non poterat, cùm sit delictum in omittendo l.2. C. si aduers. delict. punctualiter dixit Afflīct. in Constitutione minores, latè Farin. de inquisition. par. 1. quæst. 10. nu. 26. & 30. in fin. & pariter nulla 31 de ea est habenda ratio tanquam lata ex asserta fama publica, quæ delictum non probat, nec potens est ad condemnandum, vt per glos. & Doct. in cap. veniens de testam. Crau. consil. 41. nu. 6. Paris. conf. 1. 53. nu. 11. vol. 4. cum aliis adductis per Mascar. de probat. concl. 754. n. 1. & 2. & in specie in terminis priuationis Marescot. loco citato.

32 Ulteriùs sententia prædicta fuit lata in contumaciam, nec veram, cùm non fuerit citatus Ioan. Baptista, sicut Bart. posuit in l. vlt. num. 11. & 12. ff. de interrog. actio. Gramat. conf. 45. nu. 26. & sententia prædicta dicetur lata ob contumaciam, non ob veritatem delicti, cuius probatio ex ea non oritur, Roland. conf. 45. nu. 66. vol. 1. probatur ex tex. in l. idem ff. de euictio. vbi Bart. & in l. 2. num. 4. C. quib. res iudic. non noc. Felin. in cap. cùm Bertold. de re iudic. & in cap. Fraternitatis n. 10. de hæret. Alcia. de presumptio. reg. 3. præsump. 22. Menoc. conf. 422. n. 63. & latissimè ad satietatem idem Menoch. videndus de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 70. num. 1. idq; locum habet etiā si de probatio nibus cōstaret, nisi essent omnino clarae, & manifestæ, vt declarat Rom. conf. 1329. num. 10. quem extollit Menoch.

d. præsumpt. 70. num. 16. & vltra contumaciam debet asseri, quod de delicto constat Clar. pract. crim. S. fin. num. 15. iuncto n. 10. & séper admittitur reus, quoties condemnatio sequuta fuerit ex contumacia Clar. in d. S. fin. quæst. 24. sub nu. 5. & 11. & ideo in hoc alio iudicio inter alias partes illa sententia non potuit parare præjudicium, cùm posset reus se tueri, & omnia ex integro opponere, quia condemnatus se non defendit, ita Bald. Ang. Cum. Aret. Crot. & Rip. in l. qui Roma S. duo fratres ff. de verb. obl. alijq; relati per Menoc. d. præf. 70. n. 10. & xj. & in absentē non interrogatur pena mortis, et si sit cōtumax l. absentem S. aduersus ff. de pen. Farin. part. 1. de inquisit. q. 2. num. 1. cum seq. nisi vigore alicuius statuti, & bannimenti loci, cuius virtute delinquens dicitur transfuga illius loci tantum, & excluditur ab his, quæ deferuntur in illa Ciuitate Bart. in disp. incip. Lucana Ciuitatis Statuto cauesur post num. 20. & 21. Alex. conf. 26. post nu. 1. & 2. vol. 1. & conf. 75. num. 2. 7. & 8. eod. vol.

Vltimò sententia prædicta Curia Lucēsis neque attendenda est, stante alia sententia lata latius producta per Philippum, vbi Ioan. Baptista sponte se præsentans, & auditus in defensionibus fuit extraordinariè condemnatus, quæ sententia loci originis inspicienda est, & non alia Lucæ in absentem, & contumacem, licet enim locus 33 delicti sit potentior, tamen Iudex loci originis legitimè cognoscit, & per viam inquisitionis contra subditum de delictis extra territorium, maximè si offensus etiam est subditus, vt per Decian. latè tract. crim. lib. 4. cap. 16. num. 2. in fin. Couar. simpliciter tenuit pract. qq. cap. 11. num. 6. vers. 6. Clar. q. 39. vers. contra autem, Bart. in l. sepulchro ff. de sepulchr. viol. nu. 6. & in l. qua vis num. 8. de damn. infect. Bald. in l. 1. num. 6. C. vbi de crim. agi oport. & in l. executorem num. 23. C. de execut. rei iud. Gram. decis. 27. nu. 10. Carau. rit. 205. num. 1. etiam si inquisitus fuerit contumax

et max loci delicti, Pequera optimè decis. 87. num. 7. & Farinac. quæst. 7. nu. 22. de Franch. decis. 66. & Magon. decis. Lucens. 70. & contra inquisitum carceratum, & condemnatum amplius procedi non potest, ne sepius de admisso queratur dicit tex. in l. licet in fine ff. naut. caupo. & stabul. habetur in d. l. sepulchro, Alex. cons. 11. 5. dubio vol. 1. Bald. cons. 292. num. 1. lib. 3. Castrens. cons. 18. non video lib. 1. Henric. Boic. latè in cap. de his. nu. 4. circa si. de accus. sicut minimè fuit Hispaniæ iudicatum, dum de eodem criminis opponeretur contra Ioannem Baptistam ab Auia Stephani.

34 Sententia verò Iauæ lata contineat tantummodo poenam extraordinariam, idcircò cùm pro homicidio fuisset imponenda pena mortis Ioseph. Ludou. decis. 16. & Peguer. dec. 78. nu. 19. ex illa poena extraordinariè imposita sequitur, delictum non fuisse probatum, ita gl. in l. item Mela §. plures ff. ad l. Aquil. facit tex. in l. & si seuerior vbi Bald. & l. si Posidonum C.

35 ex quib. caus. infam. irrog. Thesaur. dec. 31. Nec minoratio penæ potest allegari ratione minoris ætatis, quia hoc falsum est, maximè in criminibus atrocioribus Thesaur. decis. 161. de Franch. decis. 230. & non video, quo medio pars fundare poterit, delictum fuisse probatum, penam autem minoram ratione minoris ætatis, cùm nihil aliud producat, nisi copiam sententiæ prædictæ, quo tempore Philippus Iauæ morabatur cum Cæsare Cataneo eius genero, qui provindicta agere potuisset, si vera fuissent nunc allegata per Philippum.

36 Eodem modo labitur pars, dum existimat, minorationem poenæ non esse considerabilem quoad effectum delicti respectu bonorum; quia lex attendit factum non sententiam ex iuribus allegatis per Andr. in cap. 1. §. præterea si vasallus nu. 15. circa fin. quæ sit prima causa benef. amitt. de Pöre cons. 90. vol. 1. & decis. prædicta 24.

num. 27. & seq. siquidē hoc argumentum non subsistit, imò retorquetur contra partem, quævis enim pena fuisset minorata, nihilominus, vt pars fundari posset in facto, deberet illud producere, & alio facto non exhibito non est præsumendum diuersum ab eo, quod resultat ex sententia, insuper quando fit fundamentum in facto, non in sententia, procedit ex eo, quod de facto constat in actis per probationes, sicut apparebat in illo consilio D. de Ponte 90. in causa D. Cæsaris Carasæ, & in illa causa decisionis, proinde poterat defendi, vt quoad amissionem bonorum factum inspicetur, non sententia, licet adhuc in eadem causa D. Cæsaris alio tempore fuerit contrarium iudicatum cum D. Francisco Ram, referente Marchione Corleti tunc Consiliario iunctis duabus Aulis. Modò sit vt cumque si lex notat factum, quoisque pars factum non produxerit, & acta, siue probationes factas, nulla ratione fundari poterit in facto, de quo non constat, sicut neque illud ex sententia demonstratur, quæ ex eodem partis argumento non sufficit ad inducendam priuationem.

37 Amplius, & principaliter aduentum, quod in articulo indignitatis non sufficit sententia pro delicto, sed requiritur sententia priuativa successionis auocans nominatim bona ab indigno, ita Bald. in specie in c. tua nu. 5. in fine de procurat. Alex. cons. 136. nu. 5. lib. 7. Castrens. in auth. si captiui ante nu. 3. C. de episcop. & cler. Corn. cons. 150. num. 7. lib. 2. optimè Bart. in cons. 81. nu. 6. & seq. lib. 1. Boer. d. decis. 25. num. 19. & quod à nemine possit opponi, nisi sequatur sententia declaratoria priuationis, posuit Couar. de sponsal. cap. 6. §. 8. num. 23. & vt de indignitate possit ab alio opponi requiritur, quod bona sint incorporata, & ab indigno cum effectu ablata, vt per Bar. in l. final. sub nu. 4. vers. nam ratione ff. de condit. ob caus. Socin. cons.

*conf. 178. num. 6. vers. item lib. 4. Bald.  
in l. 1. num. 4. C. si quis aliquem testari  
prohib. Intērim verō is h̄eres erit, &  
actiones omnes exercere poterit, vt  
fundauimus.*

**38** Postremò aduertatur (vt silentium  
præsenti negotio imponatur) quòd  
dum sententia Rotæ Lucensis nō of-  
ficit ex prædictis, & sententia Ianuæ  
nō importat probationem delicti, nec  
priuationem bonorum, sed tantùm  
continet condemnationem exilij, &  
in pecunia, pars aduersa nihil aliud  
prætendere posset, nisi exequi face-  
re sententiam Ianuæ in parte fortè  
non executam, si erit coadiutor fisci  
illius Reipublicæ, ad quā bona perti-  
nuissent ratione homicidij allegati, si  
de eo constitisset, vt probatur ex  
tex. in §. si unum de prædictis in auth.  
ut cū de appellatione cognoscitur, Oinot.  
in §. alio autem modo nu. 9. Instit. quib.  
mod. testam. infirm. & in terminis Ro-  
man. sing. 579. incip. h̄eres indignus,  
latè Gugl. de Bened. in cap. Raynutius 1.  
parte in verbo condidit il seconde num.  
10. in fin. Sed non poterit prætende-  
re in Sac. Consilio, quòd vel profe-  
ratur alia sententia priuatiua diuersa à  
sententia Ianuæ absq; processu, sine  
parte; & sine iudicio, siue quòd reli-  
giosissimi Iudices absq; alio facto ha-  
beant respectum non ad sententiam  
prædictam, sed ad aliam priuatiuam,  
quæ proferri debuisset, si delictum, vt  
pars asserit, patratum fuisset. Ex qui-  
bus abundantissimè constat præter  
necessitatē de leuitate huius nouissi-  
mæ prætensionis, & de iniuitate po-  
tiùs Oppositoris, qui repellendus  
erit ab omnibus deductis iuxta sen-  
tentiam latam in prima instantia, quæ  
confirmari debebit cum impositione  
perpetui silentij.



Die 13. Iulij 1616.

*Facta relatione in Collaterali Consilio co-  
ram D. Francisco de Castro Prorege  
iunctis Consiliarijs trium Aularum S.  
C. fuit confirmata prima sententia la-  
ta sub die 6. Maij 1613. Verū fuit pro-  
uisum, quòd ex causis discussis Io: Bapti-  
sta Cataneus solueret Philippo Spinula  
duc. 15. mill. pro omnibus per ipsum præ-  
tensis, seruata tamen forma dispositio-  
nis Cesaris.*

---

#### ARGUMENTVM.

Diffusè agitur hīc de exceptio-  
ne rei iudicatæ, quæ licet dif-  
ficialis sit, facilis redditur, &  
varijs modis per Dominum  
Authorem illustratur, & de  
alijs, vt ex summarij.

#### SVM MARIVM.

1 *Sententiae duæ conformes à S.C. promul-  
gatae, perpetuum liti silentium impo-  
nunt ex Pragmatica sactiōne huius  
Regni, cuius verba hīc exscribuntur.  
Sententiarum conformitas consistit in  
eo, in quo cædem sunt conformes, &  
in eo imponitur perpetuum silentium.  
Sententia si exprestè non imponat per-  
petuum silentium, nihilominus tacitè, & virtualiter inductum intelligi-  
tur si in ea dicatur, benè iudicatum,  
& malè iudicatum.*

2 *Appellatio ter potest interponi ab uno  
capitulo difformi, & sic in ea parte,  
in qua sententiae non conueniunt.  
... vt denegetur, tres sententiae om-  
nino conformes desiderantur.  
... Semper est permitta ab uno  
quoq; capitulo, & si millies quis præ-  
grauetur in una causa in diuersis ca-  
pitibus.*

Sen-

*Sententia S. C. quod fungitur vice  
Prefecti Praetorio binam reclama-  
tionem admissit respectu unius  
partis, & de ratione.*

*Et siue sententiae fuerint conformes, si-  
ue diffirentes.*

*Reclamatio huiusmodi conceditur ex  
gratia, ad quam obtinendam quid insi-  
nuare debet victus in sua supplica-  
tione.*

3 *Verus, & germanus intellectus eiusdem  
Pragm. 5.*

*Qui consistit in eo, ut licet victus non  
possit iterum reclamare à secunda se-  
tentia continente aliquid difforme  
contra victorem, hic tamen supplica-  
re non prohibetur.*

*Sententiae bene late interdum in peius  
reformantur.*

4 *Reclamanti non datur secunda reclama-  
tio, quae regula ampliationem recipit  
hic relata.*

*Sententia confirmatur, vel infirmatur  
etiam ex capitibus nouiter deductis.  
L. 5. ff. de except. rei iud. intellectus.*

5 *Sententia, cuius vigore semel punitus  
est reus, facit ius pro eodem cōtra om-  
nes, & parit exceptionem rei iudicati  
coram quocunque Iudice, etiam si ef-  
semus in diuersis iurisdictionibus, &  
cum ratione.*

*Quae regula pluribus alijs cōdecoratur  
ampliationibus.*

*Et unica coarctatur limitatione.*

6 *Causa dicitur criminalis si descendit ex  
delicto, & bona applicantur Fisco.*

*Eandem arguit causam pœna incap-  
acitatis ex dispositione statuti.*

*Quemadmodum pœna indignitatis de  
iure communi.*

*Causa criminalis natura non immu-  
tatur, quamvis per noua iura varie-  
tur pœna.*

*Causa criminalis cognoscitur multis  
alijs modis, de quibus hic in fin.*

7 *Damnum est diminutio patrimonij, &  
rei familiaris.*

*At pœna non item.*

*Actio tam criminalis, quam ciuilis  
quando tendit ad vindictam, tunc sen-*

*tentia lata in una parit exceptionem  
rei iudicatae in altera.*

8 *Sententia est necessaria, & sola inquisi-  
cio non sufficit ad bonorum priuatio-  
nem.*

*Excepto crimine laſe Maiestatis hu-  
manæ, & diuinae, in quibus ipso iure  
bona confiscantur licet in sententia  
non sit dictum.*

*Amplius in præfatis criminibus, ex-  
ceptis sententia requiritur ad au-  
candam possessionem, & declarandum  
dominium iam perditum.*

*Et sic factum, & non sententiam lex  
attendit.*

*Sententia, vel alia scriptura etiam non  
solemnis ab una ex partibus produ-  
cta sic manet approbata, ut amplius  
ab eadem impugnari non possit, & ibi  
de ratione.*

10 *Actor si careat interesse, & sine  
actione experiatur, à limine iudicij  
repellitur etiam parte non opponen-  
te.*

*Et hec exceptio est ante omnia discu-  
tienda, & dicitur litis finita.*

*Praejudicialia illa dumtuxat in hoc  
Regno sunt sublata, que ad ordi-  
nem spectant; non autem ad iustitiam,  
& actionis carentiam.*

11 *Fideicommissum propter inimicitiam,  
qua post testatoris fideicommittentis  
obitum intercessit, non dicitur reuoca-  
tum, nec extinctum, & ibi de ratione.*

*Ceterum ab honorato retineri non po-  
test; sed ab eo ausertur tanquam ab  
indigno.*

*Voluntatis mutatio post mortem con-  
siderari non potest.*

12 *Fiscus solus opponit de indignitate in-  
fra quinquennium, dummodo non  
descendat ex crimine laſe Maiesta-  
tis, in quo minori numero 20. ann. non  
excluditur huiusmodi oppositio.*

13 *Incapacitas unius substituti non afficit  
alterum, nec quoad se est perpetua,  
ut in casu hic commemorato.*

14 *Iuris communis, non autem statutip-  
na coercetur delinquens extra terri-  
torium statuentium.*

15 *Exce-*

- 15 Exceptio rei iudicata ut locum habeat, triplex identitas, de qua hic, & censetur.
- 16 Exceptio tacite rejecta censetur per processum ad ulteriora, licet super ea non sit specialiter prouisum.
- 17 Sententia censetur, ac presumitur lata super oppositis, & discussis, idq; fuse exornatur, quinimò sufficit de aliquo fuisse tantum tractatum, & n. 18. Iudex pronunciasse intelligitur de cognitis, & examinatis, quod pluribus stabilitur.  
Acta sunt veluti vehiculum ad sententiam.
- Sententia debet reseruare ius agendi ex alia causa, quando apparent ex actis non fuisse recte actum; sed potuisse melius agi.
- Exceptio opposita ut repellatur non in liget expressa pronunciatione, cum sufficiat tacita.
- 19 Appellans si succumbat, totum ius suum perdit, secundum in causa principali, quia potest ex alia agere secundum Bart. Appellatio tibi non datur, nec amplius idem deduci potest in alio iudicio per modum actionis, vel exceptionis.
- 20 Sententia cum petitione, productis, & allegatis rem efficit clarissimam.
- 21 Dicitio omnis, quae est uniuersalis, nihil excludit.
- 22 Se ntentiae verba de necessitate inferunt respectu omnium deductorum.  
... & continent etiam quae ex eis inferuntur ne dum expressa.
- Castrensi traditio in l. i. num. 7. C. de ord. iud. declaratur.
- 23 Generalis causa omnes omnino causas complectitur, praesertim si in libello, seu petitione sit adiecta clausula, deducens omne ius suum.
- Exceptio rei iudicata quando praeteris obstat, & num. 24. cum seqq. usque ad finem.
- Dicitio nullo iure, est uniuersalis negativa, quae omnia quamvis minima excludit.
- Dictionis etiam natura.
- L. si cum tibi C. de iudic. notabilis
- sanctio in materia rei iudicata censetur.
- 25 Iudicis officium secundum veriorem opinionem competit pro immisione. Quod licet non sit actio, ex quo datur in locum deficientis actionis, tamen illius induit naturam.
- Iudicis officium promanans ex l. fi. C. de editi. diui Hadr. hereditatis petitioni assimilatur, & de ratione.
- 29 Sententia lata in possessorio quando obstat eidem agenti in petitorio. Cuius occasione declaratur, & limitatur tex. in l. & eundem S. fi. ff. de except. rei iud.
- Iudicium possessorum quando sapere dicatur causam proprietatis
- 31 Exceptio plene discussa, & rejecta in iudicio summario, nec proponi poterit per viam actionis in iudicio ordinario, nam obstat hoc casu exceptio rei iudicata.
- 32 Sententia quando prolata dicatur cum plena cause cognitione. Et non est necessaria actualis discussio, cum sufficiat statutum fuisse terminum, ut fiat discussio.
- 34 Exceptio rei iudicata quando est liquida, & notoria, non est ad merita cause rei cienda.
- Quando autem in promptu constare dicatur, paucis hic insinuantur.
- 35 Ad extreum subiectuntur verba decisionis Sacri Consilij.

## CONSILIVM IV.



A T A sententia in secunda instantia in fauore Ioannis Baptiste Catanei, Philippus Spinula ab eadē sententia reclamauit, mox de nullitate dixit, & nullitates proposuit, & demum per aliam supplicationem repetita alias prætensa incapacitate opposita ex causa homicidij commissi in personam quondam Stephani Catanei petiit, condemnari Ioānem Baptistam ad restituendum integra bona hæreditatis quondam Baltassaris Ca-

Catanei senioris cum fructibus ex persona Cæsaris Catanei ; cuius est hæres , non obstante fideicommissio tanquam extincto ob offensam memoriam dicti Baltassaris fideicommittentis patris prædicti Stephani occisi , cùmque debuisset Philippus acquiescere posteriori sententiæ , ex qua ex equitate Sacri Consilij non modicum compendium duc. 15.mil.reportauit , Religiosissimi Iudices non tolerabunt , vt decisa solemniter per binas sententias iterum in iudicio deducantur ; sed omnia ex aduerso prætensa vnico decreto facilè terminabunt , & reijscent .

Et omissis nullitatibus , quæ ex earum lectura absq; allegatione remouentur , ex infra scriptis indubitanter demonstrabitur , non esse locum reclamationi interpositæ , & quodad petitam restitutionem bonorum ex causa dictæ prætensiæ incapacitatis insuper obstatre exceptionem rei iudicatae , & litis finitæ .

Quodad reclamationem interpositam allegat Philippus , ex prima sententia fuisse declaratum non competere legitimam , nec trebellianicam in bonis Cæsar , & Stephani Catanei respectu bonorum , & hæreditatis quoniam Baltassaris Catanei senioris , & proinde non esse locum petitæ immisioni . Ex secunda verò fuit declaratū benè iudicatum per Sacrum Consilium , & nihilominus ex causis discussis Ioannes Baptista Cataneus fuit condemnatus ad soluēdum Philippo ducatos quindecim mille pro omnibus per ipsum Philippum prætensis , seruata tamen forma dispositionis quoniam Cæsar Catanei , & cùm in secunda sententia non fuerit impositum perpetuum silentium , & appareat disformitas in condemnatione dictæ quantitatis , prætendit non esse denegandam reclamationem ex verbis Pragmaticæ quintæ in ordine , de offic. Sacr. Consil. ibi Postquam verò due à Sacro Consilio conformes sententia promulgata fu-

rint perpetuū , ut hactenus in Regno obseruatum est , silentium imponendum esse decernimus .

Pro responsione primò breuiter est aduertendum , primam sententiam dici confirmatam ex illis verbis positis in sententia secunda , scilicet , bene fuisse iudicatum , ita D. de Franch. decis. 710. num. 9. vbi ait , conformitatem sententiarum cōsistere ad finem excludendi reclamationem in eo , in quo sententiæ sunt conformes , & in eo esse imponendum perpetuum silentium , quod intelligitur impositum etiam , quod non dicatur expreſſè in sententia ex doctr. Bald. in l. quid tam S. si arbiter in 3. not. ff. de recept. arbitr. per quam auctoritatem ita tenet , & iudicatum refert de Pont. in cons. 58 num. 18. volum. 1. & Consiliar. Rouit. in eadem Prag. 5. num. 1. in fin. vers. idem amplia , & inducitur perpetuum silentium , cùm fuerit dictum , bene iudicatum , & male reclamatum , vt idem de Franch. posuit in decis. 664. num. 13. & 14.

Ratione verò disformitatis ex causa 2 condemnationis additæ in secunda sententia dictorum ducatorum 15.mill. non competit Philippo secunda reclamatio ad instar appellationis , quæ tertio loco poterit interponi ab uno capitulo disformi , & sic in ea parte , in qua sententiæ non conueniunt ex doctrina Angel. sic intellecta in l. 1. C. ne liceat tert. prouo. Crau. conf. 183. nu. 4. Couar. pract. quest. cap. 25. num. 6. & in fin. dict. nu. Dec. conf. 385. in princ. & Surd. latè in cons. 277. num. 19. volum. 2. & Thesaur. decis. 122. num. 7. quoniam ad finem denegādi tertiam appellationem requiruntur tres sententiæ omnino conformes d. l. 1. C. ne liceat tert. prouoc. & si millies quis grauatur in vna causa super diuersis capitulis semper poterit appellare ab unoquoque capitulo , vt tradit Philipp. Franch. in c. directe col. 3. in princ. de appell. Marant. latè in praxi iudicio. in verbo , & quandoq; appellatur num.

280. diuersum tamen est in supplicatione, quoniam à sententia Sacri Cōsilij, tanquam à sententia Præfecti Prætorio bis reclamari non potest, non ex eo, quod sententiæ sunt formè conformes, sed quia semel tantum permitta est reclamatio l. si quis aduersus C. de precib. Imper. offeren. vbi notant Bar. Bald. Castr. & Ias. & conceditur ex gratia allegando proprium errorem, vel circuventionem aduersarij, nō iniquitatem sententiæ ob auторitatē, & reuerentiam Iudicantium l. Præfecti ff. de minor. cūmque sit remedium gratiosum non potest supplicari, nūl semel ex eadem parte, non distincto an sententiæ fuerint cōformes, vt vltra Bal. & alios citatos tradit Guido Pap. decis. 345. & in cons. 139. num. 2. vers. tertio quia, Auphrer. ad decis. Capell. Thol. 480. num. 4. Abb. & ceteri in cap. ex literis de restitut. in integr. Neui. an. cons. 70. in p. inc. ex mente Purpurat. in l. 1. ff. de offic. eius, Rebuff super Constitut. Franc. in tit. de supplicatio. 8. q. num. 43. Afflct. decis. 231. in fin. Maran. in d. verb. & quandoque appellatur num. 21. D. de Franch. decis. 135. in fin. & colligitur etiam ex eadem Pragm. 5. vbi interposita reclamatione iterum iudicari permittitur, & sic admittendo semel reclamationem, quod si sequatur sententia conformis, decernitur, imponendum esse perpetuum silentium, duo namq; statuit Pragmatica. Primum, vt iterum iudicetur, prout iustum fuerit, admittendo propterea vnicam reclamationē à victo, iuxta dispositionem iuris communis incorretam. Secundum, quod imponatur silentium perpetuum ex conformitate sententiarum ad excludenda remedia aduersus binas sententias conformes, vt de Ponte tradit in d. cons. 58. Quod si secunda sententia contineat aliquid difforme contra victorem, licet vicitus denuò reclamare nō possit, vicitor tamen supplicare non prohibetur, quod intelligi non posset,

nisi data diffimilitate sententiarum, & sic ab alia parte poterit reclamatio interponi, vt dicit Guid. Pap. d. decis. 345. Rebuff eleganter explicat in dict. 8. quæst. princip. nu. 44. vbi loquitur, si alia pars allegat errorem in supplicatione iudicata, & sic diffimilitatem, vt reclamare possit, quā reclamacionem negat parti, quæ supplicauerat, & propriè ibi, dum dicit, quia nō unquam superiores sententias benè latas in peius reformant, & ideo posse alterā partem supplicare, sequitur Thesau. decis. 246. in final. verb. & Menoch. in addit. ad lib. 1. de arbitr. iud. q. 70. nu. 35. Ex quibus sine dubio locus esset reclamationi ex parte Ioan. Baptiste Catanei, non autem respectu Philippi Spinulae, qui reclamauerat.

4. Et hoc est adeò verum, quod etiam si in secunda instantia reclamationis fuerit proposita noua ratio, ex qua pretensa fuislet reformatio, vel reuocatio primæ sententiæ, adhuc non datur reclamanti secunda reclamatio, etiam quod illud nouum caput dicatur semel discussum, & decisum, & dicentur sententiæ conformes cum perpetuo silentio, quia alijs esset in potestate vieti semper aliquid de novo proponere, vt diffimilitas oriretur pro interponenda alia reclamatione in quolibet capite semel deciso, & clarum est, sententiam cōfirmari, vel infirmari etiam ex capitibus nouiter deductis, vt latè prædicta comprobac D. de Franch. in decis. 664. num. 18. vsque in fin. allegans etiam Thesaur. decis. 228. num. 2. in fin. quoniam sufficit de eadem re egisse ad eam persequendam, licet actione mutata, vt punctualiter decidit text. in l. 5. ff. de exceptio. rei iudic. de quo pariter inferius dicemus: Et fuit solemniter iudicatum in causa Aloysij Antonij Minutuli, vt ex processu cōstat, cūm igitur respectu vnius partis semel tātum permitta sit reclamatio à sententiā Sacri Cōsilij etiam si nouum caput deductū fuerit in causa reclamationis, non.

non erit locus reclamatio*n* interpo-  
sitæ per Philippum Spinulam etiam  
respectu prætensiæ incapacitatis ma-  
gis specificè in reclamatio*n*e opposi-  
tæ in personam Ioannis Baptista Ca-  
tanei ad eneruandum vires fideicom-  
missi, quo non obstante in prima in-  
stantia petierat immissionem, quem-  
admodum fortius prædicta confirma-  
bimus in sequenti articulo exceptio-  
nis rei iudicatæ, qui ex hoc etiam  
reditur indubitabilis ratione dene-  
gatæ reclamatio*n*is.

Deueniendo nunc ad exceptionem rei iudicatæ respectu prætensis actionis propositæ pro restitutione omnium bonorum hæreditatis quondam Baltassaris Catanei ex causa allegatae incapacitatis ratione homicidij in personam quondam Stephani Catanei, tanquam fideicommisso extincto, recensendum est in primis, eundem Philippum Spinulam opposito per Ioannem Baptistam Cataneum de fideicommisso principaliter petuisse immisionem ut hæredem Cælaris, & etiam Stephani mediante persona Cæsaris prædicti, non obstante fideicommisso etiam, quia allegabat competere detractionem legitimarum, & trebelianicæ, quas retinere intendebat presentando legitimationes, & in prima instantia in allegationibus deduxit fideicommissum extinctum ex causa homicidij prædicti, & in secunda instantia reclamationis impartito termino, inter alias scripturas reproduxit sententias Ianuæ latas contra Ioannem Baptistam de homicidio prædicto, & prouiso, quod terminus currat, denuò instetit, dengandam esse audientiam Ioanni Baptistæ, ne dum respectu successoris Stephani occisi, ac præfati Cæsaris; sed omnium attinentium, siue respectu totius hæreditatis dicti Baltassaris senioris ex causa prædicta, & procedi ad expeditionem causæ excluso penitus ab omni iure Ioan-

ne Baptista ex eadem incapacitate  
pluries repetita stantibus sententijs  
dictis.

Aduersus prædicta latissimè fuit allegatum pro parte Ioannis Baptiste, & fuerunt omnia solemniter discussa per latissimas allegationes vtriusque partis, ut doctissimis Iudicibus constat, & signanter fuit responsum obiectis prædictis, quæ deducebantur ex sententijs Ianuæ, & altera Lucæ, ut in allegationibus, quodque stante ultima sententia Ianuæ lata in loco originis auditio Ioanne Baptista, carcerato in suis defensionibus, & executioni demandata contra eundem condemnatum à Iudice competenti amplius procedi non poterat, ut comprobatum fuit, & nunc ex abundanti fortius confirmabitur. Etenim sententia prædicta facit ius pro reo contra omnes. *Si cui s. yisdem ff. de accusat. leg. eum, qui s. in popularibus ff. de iure iurand. leg. licet in fin. ff. naut. capro. & stabula. Clar. latè in s. fin. quæst. 57. & latissimè Seſſe decis. Aragon. 106. numer. 1. 2. & 3.* & parit exceptionem rei iudicatæ coram quocunque Iudice, etiam si essemus in diversis iurisdictionibus, & territorijs, cum semel punitus iterum cognosci non posset leg. qui de crimine C. qui accus. non pos. dict. leg. si cui, & capit. de his extra eodem titul. de accusatio. vbi latissimè Henricus Boich, Aretinus consil. 58. numer. 12. & in capit. at si Clerici in princip. numer. 24. de iudic. post Anchara. in cap. ea, quæ, quæst. 9. de reg. iur. Clar. quæst. 39. vers. Quæro nunquid in fin. & in dict. quæst. 57. vers. habet etiam locum, Boff. tit. de for. compet. numer. 85. Cyrill. in sum. crim. tit. vbi de crim. agi opor. Marc. Ant. Eugen. consil. 64. numer. 36. lib. 1. vbi testatur de communi, Seſſ. dict. decis. 106. & executio sententia prædictæ parit exceptionem etiam contra aliam sententiam, quæ in alio loco reperiretur

## I . . . . . legitimè

legitimè facta, ut ex mente Ang. tradit Decian. in tract. crim. lib. 2. capit. 36. num. 6. & obstat dicitur contra quemlibet alium iterum accusare volentem Boer. decis. 289. numer. 9. Marant. inspec. in titul. de inquisit. numer. 48. etiam si fuisset processum per Inquisitionem, maximè cessante ignorantia delicti, ut in casu nostro, sicut dicetur inferius, ita Bart. notab. in d.l.s cui §. yisdem num. 4. de accus. Roman. conf. 213. vers. aliquo vero, nisi tamen una pena esset imponenda respectu vnius fori, & alia respectu alterius fori, ut in Monacho Claustral deponendo per Episcopum posuit Romanus in consil. 375. per totum.

Nec obstat si dicatur, Philippum non instituisse accusationem, nec criminaliter egisse contra Ioannem Baptistam, sed nunc ciuiliter ad prosequutionem rei familiaris, & restitutionem bonorum hæreditatis Battassaris Catanei senioris, quoniam adhuc repellitur manifestè ex infra scriptis.

6 Primò, vel asserit Ioannem Baptistam indignum, & quoniam hoc causa bona ex delicto applicarentur Fisci, nemo dubitat ex hoc solo causam dici criminalē glos. in l. 2. in princ. ff. de sepulch. viola. ubi Bart. numer. 1. Farinac. qui cæteros omnes allegat var. qq. q. 100. numer. 10. Afflct. in Consil. varietaes num. 9. idem de Franch. decis. 162. in fin. notatur etiam in leg. Caius ff. ad Syllania. Menoch. de arbitr. iudic. quest. 265. numer. 7. cum sequent. aut prætenditur, Ioannem Baptis̄tam incapacem esse vigore statuti Iauaz, quod subrogauit hanc penam loco indignitatis penæ à iure communi indictæ, & hoc pro nunc admissō, adhuc fatendum est, penam incapacitatis ex dispositione statuti continere causam criminalē, quemadmodum diximus in pena indignitatis de iure communi Bald. in capit. licet causam in-

fix. de probationib. quem sequitur Menoch. de retin. possess. remed. 3. numer. 607. cum sequent. quod comprobatur per D. de Franch. multorum auctoritate in dict. decis. 162. in fin. ut non immutetur natura causæ criminalis, licet per noua iura pena immutetur; sed quia fundauimus, non considerari incapacitatem in casu nostro etiam attento statuto Iauaz; sed caput indignitatis; ideo iudicium criminalē dicitur, quod denuò intentari non posset, & minus à Philippo, qui indignitatem opponere nequit. Accedit insuper, statutum prædictum positum esse inter statuta criminalia Reipublicæ, ut in lib. 2. capit. 8. versic. si alcuno ammazzarà, & sic ex mente statuentium inducitur, hanc penam incapacitatis continere causam criminalē, non ciuilem iuxta tex. in leg. Imperatores ff. de in diem adiectione. Menoch. dict. remed. 3. numer. 608. in fin. & alij adducti per Farinac. dict. quest. 100. num. 49. maximè, quia etiam attento statuto ibi. Oltra di ciò statuimus, che della medema pena, &c. colligitur voluisse principaliter punire delinquentem, licet in consequentiā penam cedat commodo proximiorum, vel Fisci, quo causa etiam causa criminalē dicitur, ut probat idem Menoch. dict. num. 608. in fin. & denique cum statutum consideret animum præmeditatum ad occidendum causa succedendi, quod tam inuerisimile est in persona Ioannis Baptis̄, cuius qualitates sunt omnibus notæ, & mores vndique prospectedi, & ex hoc offenderetur dignitas, & existimatio ipsius Ioannis Baptis̄, licet ageretur ciuiliter ex criminē; dicitur tamen causa criminalē Bart. in leg. 1. sub numer. 12. ff. de edend. in leg. inde Neratius ff. ad leg. Aquil. & in leg. Prætor edixit numer. 1. ff. de iniur. Bald. in leg. edita in fin. C. de edend. Abb. in cap. testimonium de testimibus, & sequi-

& sequitur Foller. ad Marant. in suo spec. part. 4. dist. 1. num. 3. Rot. in nouiss. decis. 81. lib. 3.

7 Secundò etiam si ageretur ciuilter, adhuc audiri non poterat; quoniam non instetit Philippus pro aestimatione, & simplici emendatione damni, quod est diminutio patrimonij, & rei familiaris l. *damni infecti ff. de damn. infect.* nec quasi aliquid absit de patrimonio, vt inquit glos. fin. in leg. pro hærede §. fin. ff. de acquirend. hæred. ideo non dicitur prosequi rem familiarem, sed agere ad vindictam, dum id, quod petit, est pena, vt benè declarat Bart. in dict. l. *Prætor edixit §. si dicatur num. 1. ff. de iniur.* etiam inspectis verbis statuti, vt supra diximus, quod non inconuenit, licet ciuiliter agatur secundum Bart. in d. §. si dicatur, & in l. 1. C. quand. ciuil. actio crimin. præjud. Marant. inspec. par. 4. distinct. 1. nu. 9. versic. Si vero utraque competit ad vindictam, Angel. Boff. Surd. & alij allegati per Farinac. d. quest. 100. nu. 27. & dum tam actio criminalis, quam ciuilis tendit ad vindictam, sententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatae in alia ex Bart. in loc. cit. & antè Bart. solemniter Dyn. in l. in Provinciali §. 1. ff. de nou. oper. nunciatio. Cyn. in l. 1. C. quand. ciuil. act. crimin. præjudic. num. 7. vbi glos. fin. ad fin. Bart. etiam sub num. 2. Bellapert. col. 2. in princ. Odofred. n. 12. vers. Si autem actio, vel accusatio competit ratione vindictæ Jacob. Butrig. in 1. & 7. oppos. Alber. latissimè post num. 1. & 11. Salyet. num. 10. Ang. num. 2. & in l. 2. S. hoc editio nu. 6. ff. vi bonor. rapt. vbi etiam Bart. quem sequitur Afflict. in Const. violentias sub n. 30. & Const. usurariorum 9. notab. Bald. eleganter in lex more C. ad l. Aquil. Fulg. in l. interdum nu. 4. vers. oppono ad fin. & n. 5. ff. de publ. iudic. vbi Imol. nu. 2. vers. in ea glos. & vers. seq. vbi actio ciuilis est ad vindictam, quam distinctione communem ait D. de Pont. conf. 49. num. 1.

8 Tertiò deduximus, in his terminis sola inquisitionē formatā non sufficere; sed expressè requiri sententiā priuationum honorū, & declaratoriam priuationis, & cùm non fuerit Ioan. Baptista condemnatus ad publicationem bonorum, nec successione priuatus ex sententia prædicta, non poterit amplius tractari de amissione, & priuatione bonorum *Afflict. in cap. 1. in verb. condemnatus nu. 25. qua fint regal.* & in casibus, vbi adest priuatio, nisi aliter exprimatur, non censemur ipso iure facta, sed per sententiam, vt docet Azeued. recopilat. lib. 2. tit. 1. l. 2. num. 10. in fin. vers. Et in casibus: licet secūs sit in criminis lese Maiestatis, & hæresis, in quibus bona ipso iure publicantur, licet in sententia non dicatur, vt ibidem *Afflict. posuit,* & sententia eo casu requiritur ad auocandam possessionem, & declarat dominium. iam perditum, vt Andr. tradit in c. 1. §. sancimus num. 9. quo tempore miles, & in cap. Imperialem §. callidis nu. 21. de probib. feud. aliena. per Federic. & in cap. 1. in vers. Ex quo non seruit Domino post num. 5. de feud. sine culp. non amitten. & in crimen lese Maiestatis factum lex, non sententiam attendit, dicit idem Andr. in cap. 1. §. Præterea si vasallus num. 13. in fin. qua sit prima caus. benef. amitt. & si sententia Ianuæ priuationem non inducit, per Sacrum Consilium non erat proferenda alia sententia priuativa diuersa à sententia Ianuæ. Tantò magis, quia Philippus sententiam Ianuæ, quā produxit, approbavit, quam amplius impugnare non potest l. *Publia S. fin. ff. depos. c. cùm olim de cens. DD. in c. venerabilis de except. vbi Dec. n. 22. citat concordantes, quamvis scriptura prædicta non esset solemnis, quia productio tribuit ei fidem, & auctoritatem Bald. in l. alia nu. 3. C. de bis, quibus ut indign. Alexan. conf. 184. num. 2. volu. 7. Felin. in d. cap. venerabilis in 2. limit. vbi Dec. num. 27. nec ab illa*

Sententia recedi poterit, & minùs Ioannes Baptista de cetero molestari, quia, ut diximus, sententia Ianuæ est attendenda, quæ de priuatione non loquitur, ut requirebatur, si constitisset, crimen à Ioanne Baptista fuisse commisum, quod facinus verè eidem imputari non potuit ex qualitate personæ, & ex alijs consideratis, siue deductis in processu, & defensionibus, proinde extra ordinem punitus fuit ex sententia prædicta, quæ facit ius quoad omnes, & in quolibet foro seruanda, & alibi reuideri non potest, ideo inutiliter allegavit Philippus Ioannem Baptistam incapacem, & successione priuatum ex sententia prædicta, quam produxit, & quæ sola sufficiens fuit ad excludendum Philippum, & quemlibet prætentendem à tali prætensione proposita post annos 17. data insuper ab initio scientia allegati criminis, de quo etiam infra verba faciemus, & hoc primum assumptum sufficeret ad dengandam Philippo audientiam.

10 Secundò principaliter Philippus ratione prætensæ incapacitatis omni iure venit excludendus, cum sua non intersit, & sine actione expertus fuerit ad tex. in l. si pupilli §. videamus ff. de negot. gest. quod ante omnia esset discutiendū, si non fuisset pronuntiatū, vtrū scilicet agens actionē habeat l. 1. ff. fam. ercif. l. non ignorat C. qui accus. non poss. l. 2. C. de ordin. iudic. per Bart. in l. se Titius, & Seius ff. de verb. oblig. & in l. ubi pactum, vbi glof. & DD. C. de transactio. Marant. in par. 4. distinct. 20. num. 15. quod sub num. 19. seruandum ait etiam in Regno, cum tantum illa præiudicialia sint sublata, quæ ad ordinem spectant, non ad iustitiam, & actionis parentiam, ut per Afflct. in Cōst. si ciuiliter agens num. 7. & sub num. 9. & Iudex tenetur actorem à limine iudicij repellere etiam parte non opponente, ut per Bart. & alios in d. l. ubi pactum, Roman. consil. 224. Ale-

xand. conf. 166. lib. 1. & Intrigiol. de cīs. 2. à num. 1. quia exceptio tua non interest dicitur litis finitæ Menoch. conf. 2. num. 111. & conf. 89. num. 74. Sed quia super omnibus fuit pronunciatum, ut ex verbis sententiæ patet; memores erunt Religiosissimi Iudicantes fuisse primò allegatum ad exclusionem Philippi, quod Cæsar Cataneus, ex cuius persona expertus fuit, non erat successor Stephani, tam attento iure communi, tanquam ortus ex diuersa Matre, vel concubina, quam inspecto iure legitimacionis limitate concessæ, ac iure Hispano ob existentiam Mariæ de Figueroa Auix maternæ dicti Stephani, quo iure pars neq; vti potuisset, cum attendi debuissent statuta Ianuæ originis Baltassaris Patris, & domicilij filiorum ex latè comprobatis tam in articulo Trebellianicæ, successionis ab intestato, quam in articulo incapacitatis prætensiæ.

11 Amplius secundò indubitanter deductum fuit, quod ex inimicitia subsecuta post mortem Testatoris fideicommittentis, non intelligitur reuocatum, nec extinctum fideicommissum: quia reuocatio oritur ex contraria volūtate saltim præsumpta, quæ mutatio dari non potest post mortem disponentis, & ideo ex causa subsecuta post mortem non dicitur ademptum fideicommissum; sed tantummodo ab honorato retineri non potest, & ab eo aufertur tanquam indigno, ut voluit punctualiter Bar. in l. 1. in princip. & l. fin. in fin. ff. de ijs, quib. ut indign. Bald. in l. bis consequenter in 2. lect. circa fin. ff. famil. ercif. Castr. in l. fororem n. 4. C. de his, quæ ut ab indign. Couarr. Molin. & Manic. etiam ex aduerso adducti, & optimè con-

12 cludentes contra partem, & si non est casus incapacitatis, sed prætensæ indignitatis, de illa solus Fiscus opponere potuisset si verè crimen commisum fuisset, & Fiscus pariter omni cōtradictione cessante exclusus esset ob la-

ob lapsus quinquenij à die commis-  
si delicti ad tex. in l. si cognitione ff. ad  
Senat. Consult Syllania. & vltra re-  
latos posuit Afflct. in dict. capit. 1.  
in verb. condemnatorum num. 45. qua  
sunt regalia, vbi ait, in crimen laesæ  
Maiestatis statutum esse tempus vi-  
ginti annorum.

<sup>13</sup> Insuper tertio fuit allegatum, quod  
licet Ioannes Baptista incapax aliquo  
modo dici potuisse, id nocere non  
poterat Baltassari Cataneo iuniori  
fratri, & consubstituto etiam respe-  
ctu portionis Ioannis Baptiste, qua-  
tenus incapacis, maximè quia eo  
tempore minor erat, vitæ irrepre-  
hensibilis, non culposus, nec par-  
ticeps, cui Baltassari deinde ab inte-  
stato defuncto potuit Ioannes Bap-  
tista legitimè succedere in omnibus  
bonis predictis, non obstantibus  
contrarijs iure optimo reiectis, vt  
comprobauimus.

<sup>14</sup> Tandem diximus, vltra qualitates  
à statuto Ianuæ requisitas in termi-  
nis nostris, & deficientes ratione  
prætensi criminis commissi, & exco-  
gitati ad finem succedendi, vt be-  
nè ab eo tempore Philippo magis  
quam alijs omnia cognita erant; sta-  
tutum prædictum locum sibi vendi-  
care non poterat in delicto com-  
misso extra territorium Ianuense e-  
tiam à subdito, qui delinquens ex-  
tra territorium potuisse puniri se-  
cundum poenam indictam de iure  
communi, non autem vigore statuti,  
vt ex Paris. in cons. 159. vol. 4. & alijs  
fundauimus, quo iure cōmuni attento  
resultabat indignitas, non incapacitas,  
si de delicto constitisset ad be-  
neficiū Filii, iam pariter exclusi  
deficiente sententia priuatiua bono-  
rum, & ex lapsu quinquennij ex su-  
pradicis. Et Phillipus propterea  
conquiescere debebat, sicut ab ini-  
tio veritatis non ignarus non au-  
sus fuit Ioann. Baptistam modo ali-  
quo culpabilem allegare, nec ali-  
quam prætensionem ex causa præ-

dicta proponere, & sic ex quoli-  
bet capite denegata fuit, & esset  
omni tempore deneganda audienc-  
tia.

<sup>15</sup> Sed quia omnia prædicta iam fue-  
runt plenè discussa in reclamatione,  
& ex deductis, & ex allegatis ab vtra-  
que parte pariter decisa, si nunc esset  
procedendum in hac actione propo-  
sita per Philippum, sine dubio om-  
nia prædicta iterum venirent allegan-  
da, & discutienda, obstat propte-  
rea exceptio rei iudicatæ, quæ tria  
necessariò requirit, identitatem sci-  
licet personarum, rei, & causæ leg.  
cùm queritur cùm duab. sequent. ff. de  
except. rei iudic. & in l. eandem, vbi  
glos. in verb. personarum ff. cod. tit. l.  
nemo S. quoties ff. de reg. iur. Papiens.  
in form. respons. rei S. rei iudicat. sub  
num. 3. glos. in cap. fin. vbi DD. de  
except. in 6. Abb. in cap. fin. num. 6.  
de except. & cons. 56. num. 2. & 6. lib.  
1. Dec. cons. 445. & 446. Consiliarius  
Anna in cons. 17. num. 1. De identi-  
tate rei, & personarum non dubita-  
tur, cùm Phillipus pariter ut hæres  
Cæsaris agat contra eundem Ioan-  
nem Baptistam ad prosequitionem  
eorundem bonorum quondam Bal-  
tassaris Catanei. Identitas verò cau-  
sæ, attendendo speciem, quam agi-  
mus, potest considerari dupliciter. Pri-  
mò, si idem deducatur per modum a-  
ctionis, quod fuit antea deductum in  
alio iudicio, & cùm idem vertitur in  
vtroque, semper obstat exceptio rei  
iudicatæ Abb. latè in cons. 50. per tot.  
vol. 1. sic declarando tex. in l. duob. ff.  
de except. rei iudic. fuit nanque op-  
positum de incapacitate in secunda  
instantia reclamationis, & petitum,  
iustitiam ministrari, deducendo omne  
ius, aduersus quam prætensionem Io.  
Baptista vñus fuit exceptionibus, &  
rationibus allegatis, cùm verò ad præ-  
sens Phillipus per modum actionis  
eandem prætensionē in noua suppli-  
catione deducat, sine dubio obstat  
exceptio rei iudicatæ. Secundò, in hac

I 3 actione

actione proposita pro consecutione eorundem bonorum ex eadem incapacitate iam in reclamacione allegata idem factum venit discutiendum, quod fuit iam discussum, & determinatum in reclamacione, proinde cum sit eadem causa petendi in secunda iudicio, & eadem causa negandi, & eadem questio, siue factum discep- tandum, quod fuit antea discussum, & determinatum, obstat exceptio rei iudicatae, etiam si essemus in alio, vel diuerso genere iudicij, casus est in l. si quis cum totum S. & quidem ita dif- fñiri potest, & clarius in vers. & ge- neraliter ff. de except. rei iudic. vbi Ca- str. Bart. in l. 3. S. hoc editio sub num. 3. ff. vi bonar. rapt. Soc. conf. 111. sub num. 5. lib. 1. Barbos. in Ldiuortio S. fin. sub num. 59. & 62. ff. solut. matr. Lanar. la- tè conf. 34. nu. 15. & conf. 65. à num. 5. cum seq. de Ponte conf. 90. sub num. 12. Magon. decis. Florent. 3. sub num. 30. & 34. Surd. conf. 312. num. 9. lib. 3. vbi citat. alios. quam plures, immo etiam si actione mutata in diuerso genere, actionis de eadem re ageretur, quod est fortius; obstat exceptio rei iudicatae, vt punctualiter decidit tex. in d. l. 5. ibi, ceterum cum quis actionem mu- tata experitur, dummodo de eadem re experitur, & si diuerso genere actionis, quam instituit, videtur de eare agere. Et si ex iure alias discussio, & deciso inter easdem partes ageretur ad rem diuersam, obstarer quoque exceptio rei iudicatae, quia omnia ex eodem fonte dependent (veluti in casu nostro) ex eadem causa incapaci- tatis, & sic dum venit discutiendum idem ius discussum, semper idem est iudicium interpretatione, quod sufficiat ad exceptionem rei iudicatae, probat tex. in l. eg. ff. de except. rei iudic. glos. notab. in l. & an. eandem in verb. co- currant, & in verbo personam cod. tit. & ex alijs comprobatur de Pont. in consil. 30. num. 1. & 2. vol. 2.

Incapacitas autem iam fuit per Philippum deducta in secunda instan-

tia reclamationis specificè, vt no- tumus, reproducendo sententias pre- dictas ad illius probationem, & so- lemaiter, latèque discussa per am- plissimas allegationes. utrumque par- tis, & successuè decisa, vt ex verbis sententiarum plenissimè constat, dum ex omnibus prætensis per Philippum. Ioannes Baptista fuit condemnatus, ad soluendum ducaros 15. mill.

Nec obstat, quod oppositè inca- pacitate per Philippum, Ioannes Ba- ptista inter alia replicata obiecerit, quod si vigore sententiarum Januæ aliquid pretendit, id debet propo- nere explicitè, quoniam dabitur con- gruum responsum, & demonstrabitur, non esse in tam vanæ, & aerea prætensione audiendum, quasi quod ex hoc inducere velit, non fuisse alias tractatum articulum incapacitatis, cū opus fuisse iudicio ordinario iuxta instantiam ipsius Ioannis Baptiste, quoniam ultra prædicta similitè re- plicauit, sententiam prædictam non officere, & eidem Philippo denegandam esse audientiam, & quia exposita à veritate sunt aliena, his bene re- cognitis contrarium resultauit ex sen- tentia prædicta, & quia ex replica- tione prædicta non poterat impediri cognitio, & discussio incapacitatis prætenæ aduersus fideicommissum oppositum, pariter Ioannes Baptista vndiq; tatus ex notoria iustitia ex ei- dem scripturis productis apparente non aliter contradixit prosecutioni instantiæ prædictæ, & sufficit fuisse processum ad vteriora, etiam super prædictis non facta speciali prouisio- ne ad tex. in l. à procedente C. de dilata- tio. quod clarius confirmatur ex alio, quoniam expedita citatione ad publi- candum; Philippus iterum instetit, Ioannem Baptistam debere succum- bere, etiam ex incapacitate iam op- posita, & Ioannes Baptista huic in- stantiæ quoad cognitionem articuli prædicti aliud non replicauit, vt ex facto, sicutque quemadmodum omnia propon-

proposita fuerunt plenissimè discussa, & signanter respectu incapacitatis prætensis ex lectura in Aula, ex nota facti, ex informatione pluriè repetita, ex allegationibus, quod alio modo inficiari non poterit, ita ex verbis sententiae pariter colligitur manifestè, omnia fuisse decisa: cùm pro omnibus prætensis fuerit Ioannes Baptista condemnatus ad dictos ducatos 15. mill. absque aliqua reservatione.

<sup>17</sup> Quod enim fuit oppositum, & discussum, necessariò dicitur iudicatum, & per sententiam terminatum iuxta doctrinam Bald. in *receptione num. 2. vers. I. item hoc vitium in fin. C. de const. pecun.* & Iudex pronunciasse censetur de cognitis, & examinatis, cùm de ea re iudicare debeat, de qua cognovit *I. de qua re ff. de iudic. Saly. in specie in l. 2. post num. 1. vers. Est ratio ff. eod. tit. de re iudicat. Bald. conf. 153. lib. 1. Menoch. conf. 367. num. 12. Surd. conf. 312. num. 16. circa fin. volum. 3. & præcipue de his, quæ in allegationibus partium tractatum fuerit, vt notat Surd. *cod. loco*, & Menoch. *conf. 422. num. 24. & 28.* Proferenda est nanque sententia, vt omnem litem amputet *O. fasc. in proœm. decis. num. 13.* & totum negotium finiat *Rebuff. in Constit. in tract. de expens. & damn. art. 7. num. 4. tom. 3.* & semper præsumitur lata, ac decidere causam deducam *Bald. in l. fin. vers. & secundum hoc C. de suspect. tutor.* & refertur ad omnem causam, quæ ex actis colligitur *Bart. in l. Julianus verum debitorem num. 4. vers. prædicta verò ff. de cond. indeb. & in l. si quis ad exhibendum, vbi glos. ff. de exceptio. rei iudic.* cùm acta dicantur vehiculum quoddam ad sententiam *Bald. in cap. cùm super ad fin. de caus. poss. & propriet.* etiam quando actio poterat plures causas includere *Surd. ex mente plurium d. conf. 312. num. 16. Castill. decis. Sicil. 61. num. 12.* & si ex actis apparuisset, non fuisse rectè actum; sed potuisse melius*

sgī; debebat in senectate reseruari ius illud agendi ex illa causa, quod in causa nostro factum non est *Bart.* & *Bart.* quos sequitur *I. af. in S. omnium numeri 18. de actio. Ottoban. de actio. tom. 2. lib. 1. cap. 1. num. 79. vers. Quarta causatio.* Et non erat necessaria expressa pronunciatio super oppositis, sed tacita sufficiebat *Aret. in S. 1. Inst. de replicat. in fine*, & pariter implicitè fuisse iudicatum super incapacitate replicata, vt volunt *DD. in l. 1. C. de ordin. iudicio.* per illum *tex. in fin. vbi Bart. num. 5. cum seq. Bald. sub num. 9. vers. aut loquimur,* & in *l. 2. C. de ordin. cognitione.* & alij, quos congerit *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 58. num. 63. Aret. conf. 155. num. 6.* Imò sufficit, vt de <sup>18</sup> aliquo tractatum fuerit, vt dicatur diffinitum *Surd. loco citato, & Menoch. d. conf. 422. num. 24. & 28.*

Ex prædictis similiter sequitur, quod dum Philippus in secunda supplicatione instaurat pro immissione in possessionem bonorum prædictorum, nō obstante fideicommissio, & sic indistinctè non exprimendo causam, vt latius infra dicetur, & in reclamacione specificè causā incapacitatis proposuit, & super ea iudicatum est, si iam fundauimus, non esse locum reclamacioni, sine dubio eundem articulūm incapacitatis decisum deducere non potest per viam actionis; quoniam ultima sententia omnem prætensionem substulit, & extinxit, à qua reclamare non potest etiam respectu capitis prædicti, quod si in hac actione proposita quoad dictam incapacitatem procederetur ad ulteriora, esset dare aliam instantiam, & iudicium, & lata sententia posset ab ea iterum reclamare, quod certè nemo affirmabit, dum indubitanter constat ex allegatis in principio, reclamacioni non esse deferendum, & sic fortius citra omnem controverson obstat excepitio rei iudicata, cùm omne ius sic deductum specificè in reclamacione, proinde totum dicitur perditum, vt per

per Bart. in l. si māter S. denique nu. r. ff. de exceptio rei iudic. per tex. in l. Seio in fin. ff. de appellatio. & vbi non datur appellatio, nec amplius idem deduci potest in alio iudicio per modum actionis, nec per modum exceptionis Roman. in conf. 410. num. 3. vltra alia mox inferius notanda ad confirmationem exceptionis prædictæ.

Nec obstat, quod aliqui ex Iudicibus forte non iudicauerint super dicta incapacitate opposita, quoniam ad præsens non attenduntur vota aliquorum Iudicium singularium, vel minorum numero, postquam ex voto omnium dicitur sententia prolata, quæ attendenda est, nec in præsenti casu opus est aliqua disputatione, cum ex petitione, ex productis, ex allegatis ex vtraq; parte, & ex sententia res clarissima reddatur, ut idem Surd. prædicta considerat in d. conf. 312. Et quia in sententia prædicta Io. Baptista fuit condemnatus ad soluendum dictos ducatos quindecim mille pro omnibus per Philippum prætensis, si ne dubio omnia deducta comprehenduntur ex illa dictione vniuersali (*omnibus*) quæ nihil excipit l. Julianus ff. de leg. 3. l. si pluribus ff. de leg. 2. prout verba sententia inferunt de necessitate respectu omnium deductorum. Bart. in d. L Julianus num. 4. Dec. conf. 43. num. 4. Soc. iun. conf. 182. num. 31. vol. 2. & Surd. d. conf. 312. num. 6. in fin. Fuit enim primò determinatum, benè fuisse iudicatum per primam sententiam, in qua specificè pronunciatum fuit, nō competere legitimam, nec trebellianicam, cum verò deinde ex causis discussis pro omnibus prætensis condemnatus fuit Io. Baptista ad solutionem dictorum ducatorum 15. mill. dici non potest exceptionem incapacitatis reseruatæ, sed necessariò comprehensam in sententia, quæ correspōdet omnibus deductis, & petitis ad dirimendas omnes controversias propositas, prout in dubio pariter interpretantur verba senten-

tia, declarat Bart. in l. 1. C. si plan. una sent. Soc. conf. 37. n. 18. lib. 4. Quæ sententia nedum continet expressa, sed etiam, quæ ex eis inferuntur Alex. in conf. 128. num. 8. lib. 1. Dec. in l. 1. sub num. 50. ff. de offic. eius, & conf. 348. Roman. conf. 113. & 399. nu. 3. & ideo prædictis attentis ex æquitate S. C. obtinuit Philippus quantitatem prædictam, sicut Domini Iudicantes Artifices facile poterunt reminisci. Et si verè super prædictis non esset pronunciatum, deberet hic articulus determinari tanquam caput omissum ex deductis in reclamatione, sed nullo modo permitti, vt procedatur in alio iudicio nouiter ex eadem causa, instituto, ac si in primo iudicio aliquid deductum non esset. Verum, quia in sententia reseruatio aliqua nō intercessit, & verba illius nimis clara sunt pro decisione omnium quouis modo propositorum. Remanet Philippus exclusus à quavis alia prætensione obstante exceptione prædicta rei iudicatæ, & aliter sententia prædicta pro omnibus prætensis substineri non posset, nisi dicamus super incapacitatem pro Cataneo iudicatum iuxta glos. in d. l. 2. vers. pronunciatum in prima solutio. C. de ordin. cognitio. Bar. in d. l. 1. C. de ord. iud. num. 3. Satyc. num. 8. Rip. in l. qui Roma S. duo fratres num. 21. ff. de verb. obligat. Aret. conf. 15. Soc. conf. 264. sub num. 16. volum. 1. Magon. decif. Florent. 3. num. 18. & 26. Felin. in cap. suborta num. 4. de sent. & re iudic. & de Pont. conf. 62. num. 30. lib. 1. & ita intelligendus est Castrensi in d. l. 1. sub num. 7. C. de ordin. iudic. si ex verbis sententia tacita reprobatio inferatur, sine qua substineri non posset, vt se ipsum declarat idem Castrensi. in l. si autem S. si quo-cunque sub num. 2. ff. de neg. gest. Et si procedi posset denuò super incapacitatem, sententia denegans Philippo immissionem, iusta dici non posset, si aliquo modo causa incapacitatis officeret ex not. in d. l. 2. C. de ordin. iudic.

& in

& in l. 2. C. de ord. cognitio. Castrens. in l. si plures ff. de fideiuss. & de Pont. d. conf. 62. num. 31. lib. 1. & alij supra relati, quod nullo modo est affirmandum in specie nostra tam solemniter decisa ab eminentissimis Iudicibus per binas sententias, & praevia amplissima discussione omnium deductorum.

23 Secundò principaliter aduertendum est, Philippum Spinulam ab initio opposita iam exceptione fideicommissi per aliam supplicationem petiisse immissionem non obstante aslegato fideicommisso, quod nullo iure obstat potest, sub qua generali petitione ad exclusionem fideicommissi omnis causa poterat in termino produci absque aliquo particulari libello, & diffiniri tanquam re contenta sub illa petitione, ad tex. in l. & eandem S. actiones ff. de except. rei iudic. l. si mater S. 1. & 2. codem tit. vbi Doct. Zaf. in d.l. mater S. & eandem n. 7. Dec. conf. 57. num. 1. in fin. attenta maximè clausula in eadem supplicatione adiecta, deducens omne ius suum, de qua per Zaf. loco citato, & sic omnes causas deduxisse videtur, ut fideicommissum non obstat. Qua de re etiā quoad incapacitatem, licet non specificè propositam in prima instantia, comprehensam tamen sub illa generali petitione indubitanter obstat exceptio rei iudicatae, sunt tex. clari ad literam in d.l. si mater S. 1. & 2. in d.l. & eandem S. actiones, & in l. cùm de hoc ff. de exceptio. rei iudic. cap. Abbe Jane de sent. & re iudic. in 6. DD. in c. 2. de libell. obla. & in cap. 2. de exceptio. accedunt alia verba sequentia, scilicet quod nullo iure obstat potest, quæ dictio (nullo iure) est vniuersalis cap. se Romanorum 3. distinct. c. solite in fin. de maio. & obedient. Corne. conf. 70. num. 12. lib. 2. Ruin. conf. 30. num. 3. lib. 5. & omnia etiam minima excludit Crau. conf. 294. num. 6. lib. 2. & licet videatur adiecta alia particularis causa allegans, non obstat fideicommiss-

sum etiā quia competunt detractiones legitimarum, & trebellianicæ, illa dictio (etiam) non restringit generalem petitionem; sed implicat alias causas prædictas, & ampliat ex notat. in Letiam ff. de verb. signif. cum alijs adductis per Surd. decis. 8. nu. 12. & decis. 210. num. 14. Decian. conf. 64. num. 31. lib. 3. & ideo non tollit generalem replicationem aduersus fideicommissum, quod poterat intelligi non obstat in totuī ratione incapacitatis si militasset, vel pro parte, si detractio competit, ob quod sententia obstat dicatur, vt lis finita intelligatur etiam super causa incapacitatis particulariter non opposita, quæ potuisse replicari, & probari tanquam annexa, & dependens à dicta petitione generali, probat etiam tex. ultra prædicta allegata in l. si cùm tibi C. de iudic. Vbi in iudicio tutelæ petita per pupillum à Tute certa quantitate conuerſa in emptionem prædiorum opposuit Tutor de emptione, & obtinuit absolutionem. Verum, quia prædia fuerant euicta facto Tutoris, & à pupillo fuit omissa quæstio euictionis, fuit pariter pupillus exclusus per viam principalis petitionis, & fuit diffinitum, litem finitam instaurari nō posse etiam super meritis causæ prædictæ non discussæ, nec oppositæ. Proinde cùm quæstio incapacitatis comprehendenteretur sub generali replicatione aduersus fideicommissum, intelligitur decisum quicquid sub illa contineri poterat, ex decisione illius tex. qui loquitur in replicatione omnino omissa etiam à minore, super qua dicitur diffinitum, ita ut speciali iudicio via actionis amplius intentari non possit, ut notat ibi Zaf. num. 7.

24 Confirmatur eadem conclusio ex alio, quoniam si petitio respectu causæ fuit generalis, & prosecutio pariter generalis, semper obstat exceptio rei iudicatae, si vero petitio fuit generalis, prosecutio verò particularis, tunc si scienter, vel malitiosè omisit

omisit prosequi aliam causam, obstat exceptio rei iudicatae, siue loquamur in actione reali, siue personali Bart. latè in d. l. & eandem §. actiones num. 5. 6. & 12. Angel. num. 1. Cuma. num. 5. Alber. antè num. 5. Ias. num. 17. in fin. idem Bart. in d. l. si mater S. denique vbi Castren. nu. 1. & in §. & eadem num. 2. & in l. 2. C. de iudic. sub nu. 3. vbi Angel. num. 3. & in l. tres fratres num. 4 ff. de pac. & in l. scire debemus ff. de verb. oblig. Felin. in cap. pen. in fine de except. Papiens. in forma libel. de actio. reali S. deducendo sub num. 1. Franch. in d. c. Abbe S. sed ad hoc sub nu. 3. de sentent. & re iudic. glos. in l. babebat vers. c. nsumpta circa medium, & vers. aliud si in rem ff. de instit. actio. Abb. in cap. 2. num. 6. de exceptio. Lanar. conf. 65. num. 2. Vgodon. in commun. iur. ciuil. lib. 22. cap. 5. num. 50. & licet pro 25 immissione secundum veriorēm opinionem ex l. s. C. de edit. Diu. Hadria. dicatur competere Iudicis officium secundūm Bart. in d. l. fin. sub num. 7. Bald. in 6. quast. sub num. 44. & alij, quos congerit Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. sub nu. 486. cumseq. quod Iudicis officium, licet non sit actio, quia datur loco deficientis actionis, illi assimilatur, & eius naturam assumit, ex notat. per Bart. in l. 1. sub n. 10. vers. item quer. ff. de Iurisd. omn. Iud. glos. & Doct. in §. omnium instit. de actio. Ias. in §. superest à n. 54. cod. sit. de actio. & quia officium Iudicis ex d. l. fin. respicit ipsam possessionem hæreditatis, etiam nemine possidente, potius accedit ad naturam actionis realis, & assimilatur petitioni hæreditatis ex traditis per Bar. in l. si tercius §. si quis prius num. 5. ff. de aqua pluu. arcen. Ias. post Aret. in l. 4. S. Cato sub num. 26. ff. de verb. oblig. Scientia autem denegari non potest ex parte Philippi vti consanguinei Ioan. Baptista, & tempore prætensi homicidij nedum erat unus ex fideicommissariis, & administratoribus; sed cum esset unus ex Senatoribus Reipubli-

cæ Ianuensis vti suspectus tanquam consanguineus, vel affinis Ioan. Baptista in iudicando non interuenit: si ergo sciens, & prudens hanc prætentam incapacitatem ab anno 1603. quo defunctus fuit Cæsar Cataneus instituto iudicio prædicto generali non proposuit, nec antea à dicto Cæsare genero proponi curauit, sententia lata in beneficium Ioannis Baptista comprehendit hanc causam exclusionis fideicommissi scienter omisam à Philippo, qui tacuit, cum benè eidem notum esset, Ioannem Baptistam in aliquo non esse culpabilem, & nunc malitiosè post tot annos elapsos, & lite finita, iterum vexare conatur Ioannem Baptistam, qua de causa indubitanter Doctores prædicti concludunt, obstar exceptionem rei iudicatae.

26 Nec refragatur si ex aduerso dicatur, quod Doctor. in locis prædictis loquuti sunt, quando non solum petitio fuit generalis; sed etiam sententia, secùs quando sententia esset specialis respectu vnius causæ, quo casu ratione alterius causæ non obstareret exceptio rei iudicatae iuxta tradita per Bart. in d. S. actiones nu. 6. & Bald. in l. licet per illum tex. C. de iudic. & in casu nostro sententia videtur specialis, cum ex ea sit denegata immissione ex causa detractionis non competenti legitimæ, & trebellianicæ. Itaque causa allegatae incapacitatis non videtur sublata, quoniam licet in sententia non fiat mentio de incapacitate, sed solum de detractione non competenti, non ex hoc infertur sententiam esse specialem, quoniam attenta supplicatione, prætensa incapacitas comprehendebatur sub illis verbis generaliter appositis, non obstante fideicommisso, quod generaliter sublatum dici non potuisse, nisi ex causa allegatae incapacitatis, quemadmodum in allegationibus Philippus declarauit, quod sufficit in terminis prædictis (vt supra ostendimus) sed

sed quia Philippus nihil deduxit in termino quoad incapacitatem, sententia absolvitoria denegans immisionem dicitur lata etiam ratione praetensae incapacitatis, quia non fuit probatum, ut voluerunt glos. in d. l. si quis ad exhibendum ff. de exceptio rei iudic. Bart. in d. l. Julianus num. 4. & 5. ff. de cond. indeb. Lanfranch. in cap. quoniam contra num. 43. de probatio. & communem dicit Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 1. sub num. 8. vers. & id appareat ea ratione, Barbo. alias referens in l. diuortio § fin. 2. par. sub numer. 57. ff. solut. matrim. & licet in eadem sententia fuerit expressa causa detractionis non competentis pro legitima, & trebellianica, quam expressionem considerant Doctores predicti; tamen id fuit necessarium, ut esset conformis libello, in quo specificè allegauit, competere legitimam, & trebellianicam, & cum iudicium concerneret etiam causam petitorij, ut fundauimus, declarari debebat specificè detractionem praedictā iuxta petitionem non competere, & denegari petitam immisionem, quæ genericè fuerat in iudicio deducta nō obstante fideicommisso, cum nec incapacitas, nec aliud de iure subsistens fuerit in allegationibus comprobatum.

27. Sed in praedictis non est amplius immorandum, & omnia tolluntur absque controversia, quoniam manente eadem petitione generali apta comprehendere quamcumq; aliam causam aduersus fideicommissum, idem. Philippus in secunda instantia reclamacionis in specie allegauit incapacitatem in termino, illamq; pluries repetendo, cum reproductione sententiae Ianuae. Ideò cessant nunc omnia obiecta, cum hanc causam fuerit sub petitione generali specialiter proficatus in reclamacione, licet pariter omittere debebat, tanquam prorsus à veritate alienam, & cum in secunda instantia, ultra confirmationem,

primæ sententiae, pro omnibus praetensis fuerit Ioan. Baptista condemnatus ad soluendum ducatos 15. mill. omnia deducta, & quovis modo praetensa remanent ex omni parte decisa ex superius adductis, ex quibus nullo modo iterum ex eadem causa agere permittetur obstante exceptione rei iudicatæ euidentissimè omni cauillatione cessante.

28. Nec dici potest, Philippum Spinalam tunc petuisse partem bonorum Baltassaris Catanei senioris ratione folius deductionis praetensæ legitimæ, & trebellianicæ, nunc autem praetendere integrum hereditatem tanquam fideicommisso extincto, ex causa dictæ figuratae incapacitatis, quoniam hæc consideratio faciliter tollitur, tam ex iuri dispositione, quam ex facto. Etenim siue primò petatur totum, secundò pars, siue è contra, primò pars, secundò totum, quoties ex eadem causa, & ex eodem iure utrumq; petitur, obstat exceptio rei iudicatæ, ut punctualiter docet Angel. in l. Julianus, & in d. l. si quis cum totum sub nu. 1. ff. de except. rei iudic. & ultra tex. in d. l. Julianus facit tex. in l. si ex testamento, & in d. l. si quis cum totū §. & generaliter ff. cod. tit. vbi quod obstat exceptio rei iudicatæ, si eadem quæstio agitur. Hoc enim solum attenditur, an eodem iure integra hereditas petatur, quo per prius fuerat pars petita, vel è contra, idèò Cuman. in d. l. si quis cum totum in fin. dixit, quod si petatur primò res hereditaria, causa petendi est ius hereditarium, quod aetor deducit. Vnde si postea petatur integra hereditas, deducitur illud idem ius hereditarium, & propterea obstat exceptio rei iudicatæ, quæ conueniunt nostræ questioni, quia Philippus petiit immisionem vti hæres Cesaris, non obstante fideicommisso etiam ratione incapacitatis, & nunc petit hereditatem eiusdem Baltassaris similiter vti hæres Cesaris, allegans fideicommissum reuocatum ex eadē causa

causa incapacitatis; ex facto autem pariter constat, eidem fortius obstat exceptionem rei iudicatae, quoniam in reclamacione nedum specificè declarauit, & opposuit hanc causam prætensiæ incapacitatis, reproducendo sententiam Iauæ; sed specialiter petiit restitutionem integræ hæreditatis quondam Baltassaris Catanei, allegans fideicommissum extinctum ex causa homicidij prædicti Stephani, & sic ratione dictæ prætensiæ incapacitatis, ideo sententia subsequuta comprehedens expresse omnia prætesla per Philippum, tollit omnem dubietatem, & euidentissimè patet, obstat exceptione rei iudicatae quoad prædictam nouam supplicationem pro consequitione eorundem bonorum ex eadem causa incapacitatis.

29 Etsi obijceretur, in antecedenti iudicio immissionis actum fuisse tantummodo de possessione adipiscenda vigore edicti Diui Hadriani, nunc autem agi de proprietate, vnde sententia lata in possessorio contra Philippum non debet eidem obstatre agenti petitorio ex tex. in d. l. & eandem S. fin. ff. de except. rei iudic. Menoch. de de retinen. possess. remed. 3. num. 808. & remed. 5. num. 122. Respondetur faciliter, sex. in d. S. fin. non habere locum, quoties iudicium possessorium habuit admixtam causam proprietatis, vt ibi limitat Angel. & ante eum Bar. in l. naturaliter S. nihil commune sub num. 4. & ibi Rip. num. 101. ff. de acquir. possess. & iudicium possessorium sapere dicitur causam proprietatis, quando in eo disceptatur de proprietate, non de sola possessione, vt per glos. in l. 2. S. quedam ff. de interdict. & ibi Bart. num. 5. Circa quod non immorabitur, cùm tam in prima, quam in secunda instantia de hoc articulo fuerit plenissimè discussum, & latissimè cōprobatum, actum fuisse nedum de possessorio, & summario iudicio immissionis; sed etiam de proprietate, & petitorio quoad omnia deducta, &

quouis modo concernentia bona, & hæreditatem quoniam Baltassaris Catauei senioris, vt patet supra in primo articulo, & pariter omnia fuisse per binas sententias decisa, cùm fuerit declaratum, non competere legitimā, nec trebellianicam, & demum per ultimam sententiam cōdemnatus fuit Ioannes Baptista ad soluendum duocatos 15. mil. pro omnibus prætensis, quæ quidem non conueniunt iudicio possessorio, vel summario; sed petitorio, & sic non est opus argumentis, vel alia comprobatione, cùm omnia prædicta clarissima sint absque tergiversatione.

30 Tertiò principaliter est maximè considerandum, parum interesse exceptione incapacitatis fuisse in primo iudicio oppositam per viam exceptionis, vel replicationis, & deinde in secundo per viam actionis; quoniam si in utroq; fuerit proposita contra eandem personam, & ad eundem finem consequendi eadem bona, vt in casu nostro, & plenè cognitum fuerit, semper obstat exceptio rei iudicatae ad tex. in l. quod in diem S. rationem ff. de compens. & in l. vendicantem cum l. seq. ff. de euictio. Bart. in d. l. qui Romæ S. duo fratres sub num. 7. vbi Soc. Iun. num. 64. Rip. num. 25. idem Bart. in l. 1. num. 4. vers. Sed an hac sententia ff. de ord. iudic. Soc. cons. 1. 1. 1. sub num. 3. lib. 1. Abb. d. cons. 50. sub num. 2. vers. præterea & 2. lib. 1. vbi ampliat etiam si ad diuersum finē, si idem queritur in utroq; ex tex. in d. l. duobus ff. de exceptio. rei iudic. Dec. cons. 96. num. 1. vers. Quibus non obstantibus, Paris. cons. 87. nu. 52. & 54. lib. 3. Bald. cons. 187. lib. 1. Magon. decis. Florent. 3. num. 26. & 27. Gabriel. comm. opin. tit. de exceptio. conclus. 2. nu. 10. Peregr. latè cons. 134. num. 3. lib. 5. & ad eundem finem agi dicetur secundum Rip. in dict. S. duo fratres sub num. 25. quando tractatur de eodem facto, licet per diuersa media, vt in d. l. duobus, & ideo quando ad idem agitur

agitur, & eadē bona petuntur; obstat exceptio rei iudicatæ, quamvis alias sit modus agendi secundum Innocen. in cap. super spoliatione nu.2. vers. sed contraponamus usque in fin. de ordin. cognitio. Cùm enim variatur modus, sed non effectus, & idem est finis, pariter obstat exceptio rei iudicatæ, vt in d.leg. quod in diem, & in l. si autem s. si quocunq. vbi Bald. num.4. vers. glos. opponit per illum tex. ff. de neg. gest. Doct. in l. i. C. de ordin. iudic. Bart. in d. S. se rationem, & in d. l. vendicantem, Soc. d. conf. 264. num. 16. lib. 2. Dec. dictu conf. 96. num. 1. Roman. optimè in d. consil. 410. num. 3. Imò quando plenè fuerit 31 discussum super exceptione, etiam si fuerit opposita in iudicio summario, si deinde proponetur in iudicio ordinario per modum actionis, adhuc obstat exceptio rei iudicatæ, vt per glof. in l. 2. in fin. glo. ult. C. de ord. iudic. Bart. in l. à Diuo Pio S. si super rebus num. 1. ff. de re iudic. Bar. & alij in l. pen. ff. de bis, qui sunt sui, vel alien. i. ur. per illum tex. Abb. d. conf. 50. nu. 30. Gabriel. d. concl. 2. num. 6. & ita intelliguntur dicta per D. de Franch. decis. 289. qui in casu illius decisionis ait, non fuisse plenè cognitum, vt ibi num. 3.

32 Quòd autem in casu nostro fuerit plenè cognitum de omnibus, patet apertissimè, quoniam in prima instantia nedum fuit tractatum de mero iudicio possessorio, sed etiam de petitorio (vt fundauimus) & in illa petitione generali non obstante fideicommisso fuit datus terminus, similiiter in allegationibus Philippus fundauit se in replicatione incapacitatis prætensiæ, & in secunda instantia eandem incapacitatem sub generali petitione comprehensam aduersus fideicommissum pro integra hæreditate Baltassaris Catanei senioris specificè replicauit, & producendo sententias, ac deducendo omne ius suum petiit in termino impartito, ius, & iustitiam ministrari, super quo articulo fuit plenissimè disceptatum, & compositæ fuerunt latif-

simè allegationes ex-vtraque parte, ex quibus resultat plena omnium cognitio ex dictis per Bart. in d. S. si super rebus, & in l. i. S. sed si ante ff. de prætor. Stipul. D. de Franch. d. dec. 289. sub nu. 5. Imò sufficit statutum fuisse terminū, vt discuti potuisset ex traditis per Bart. in l. admonendi num. 13. ff. de iur. iur. & Ias. in l. licet C. de iudic. quod in casu nostro in dubiū verti non potest, cùm plenissima discussio intercesserit ex informatione, & allegationibus, vt supra fundauimus, & constat, iam per sententias fuisse omnia determinata, tam respectu legitimæ, & trebellianicæ, quām omnium ex aduerso prætēforum, vt deductorū in plenario, & petitorio iudicio, sicut pariter supra comprobauimus.

33 Postremò, vt omnis dubitatio tollatur, aduertēdum est, per binas sententias declaratum fuisse nō competere Philippo legitimam, nec trebellianicam, & pro omnibus prætensis Ioannes Baptista fuit condemnatus ad soluendum eidē Philippo ducatos quindecim mille, sicque resultat pro fideicommisso iudicatum, cuius vigore bona omnia pertinent ad Ioa. Baptistam ex eodem fideicommisso vocatum, & per sententiam ultimam condemnatum ad solutionem dictæ quantitatis. Quo stante, si ad præsens (post res iudicatas nō competente amplius reclamatione) posset Philippus profici, qui eandem causam incapacitatis per modum actionis propositam, nedum inferretur præiudicium sententijs prædictis, sed daretur illarum reuocatio, si possibile esset aliquo modo obtinere, cùm prætentat ex causa prædicta tanquam extincto fideicommisso restitutio omnium bonorum dicti Baltassaris, à quibus per dictas sententias fuit exclusus. Idcirco quia dictis sententijs præiudicari posset, licet modus agédi varietur tanquam eadem causa, idemque ius discepitur ad eundem finem consequendi bona prædicta, apertissimè obstat exceptio rei iudicatæ.

catae, cum sine dubio proferretur sententia cōtraria primæ, ex dictis clarissimis iuribus in d.l. quod in diem §. fin. ff. de compens. & l. si autem §. si quounque, vbi Bart. ff. de neg. gest. & in l. duobus ff. de exceptio. rei iudic. Abb. d. cons. 50. Roman. vidēdus in d. cons. 410. post nu. 3. vers. secundò, Dec. d. cons. 96. Castr. in d.l. Julianus sub num. 17. ff. de cond. indeb. vbi amplius dicit, id procedere etiam si ageretur ad diuersum finem, si tamen primæ sententiæ preiudicaretur, Barbos. latè sequitur in d. l. diuortio §. fi. sub nu. 58. 2. p. ex Bar. Bal. Alex. Soc. Corn. & alijs, quos citat, & contrarium affirmates intelliguntur, quando variatur modus, & finis, & nō infringeretur prima sententia, vt per Ann. alleg. 8. num. 7. & 10. & alleg. 48. num. 16. in qua causa insuper succubuit, dum cōtrarium substineret, licet non contra primam sententiam, vt ipse dicit in fin. & hic est fortior casus, cū in specie nostra licet varietur modus, idem tamen finis est, de eodem iure disceptatur, & priores sententiæ reuocarentur, quod nullo iure admittendum est, quod procedit etiā si replicatio incapacitatis fuisse penitus omissa in iudicio antecedenti, vt amplius proponi non possit, si priori sententiæ ea officeret ad tex. not. in d.l. si cum tibi C. de iudic. vbi Bald. not. & sequitur Ias. num. 7. siue illud idem ius denuo deductum per primam sententiam fuerit determinatum expressè, siue tacite, vel implicitè, quod secundo loco veniret discutiendum; ita ut secunda sententia possit aliquo modo primam ledere d.l. si quis cum totum §. & generaliter, vbi Castr. & alijs, DD. in d.l. 1. C. de ordin. iudic. & in d. §. duo fratres, Lanar. d. cons. 34. nu. 15. & cons. 65. à num. 5. de Pont. cons. 49. cons. 65. & cons. 90. lib. 1. latissimè Barbos. in d.l. diuortio §. fin. 2. part. nu. 50. & 59. & Sess. decis. Aragon. 187. nu. 81. part. 2. vtrà alios Doctor superius citatos.

34. Et quoniam omnia prædicta in ca-  
su nostro constant in promptu, exceptio-

prædicta rei iudicata statim est admittenda, nec ad merita reseruanda ex prædictis, quæ nullam dubitationem patiuntur l. ille, à quo §. 1. ff. ad senat. cōcōsult. trebell. l. nam & postea, vbi Bald. in lectura antiqua ff. de iur. iur. & in l. 3. §. ibidē ff. ad exhibend. Pract. Papiens. in form. respons. rei conuen. §. rei iudicata sub nu. 3. & in promptu cōstare dicuntur, quando alia extrinseca probatio non requiritur d.l. ille, à quo §. 1. vel exceptio prædicta nō est alijs ambagibus inuoluta l. fin. C. de compensatio. Immò in casu nostro alia probatio nō est aliquo modo admittenda: sicque reor, quod Religiosissimi Iudices Ioannem Baptistam Cataneum ab omni molestia liberabunt, cùm loco reclamatio-  
nis, quam interponere poterat respe-  
ctu condemnationis dictorum duca-  
torum quindecim mille, voluit eidem  
posteriori sententiæ acquiescere, vt fi-  
nem litibus imponeret.

35. Die 3. Mensis Iulij 1617.

*Facta relatione in Collaterali Consilio,  
& coram Domino Prorege fuit prouisū,  
nullitates non obstare, nec esse locum re-  
clamacioni ex præterita difformitate: Ve-  
rū respectu incapacitatis fuit impar-  
titus terminus trium mensium ad dedu-  
cendum incumbentia absq; nominatione,  
& beneficijs, loco tamèn reclamacionis.*

#### ARGUMENTVM.

Fisci priuilegium, vt superse-  
deri faciat controuersiā inter  
priuatos in iudicio deductā,  
quousque de iuribus suis sit  
plenè discussum; quo pacto  
intelligendum, & de illius  
declinatoria ad Reg. Cam.  
quando locum habeat. Cui  
proximè accedit tūm breuis,  
tūm

# Consilium V.

III

tum utilis explicatio vulg.l.is à quo ff. de rei vend. Post hæc quædam adnectuntur l. fi. C. de edict. diu. Hadria.l. Statius Florus S. Cornelio Feliciff. de iure fisc. & l. si ab hostibus S. si vir ff. sol. matr. necnon incapacitatis, & indignitatis materiam concerentia cū non nullis alijs, quæ ex subseqq. summaris lucem accipiunt.

## S V M M A R I V M .

- 1 Fisci priuilegium ut fileat iudicium inter priuatos institutum, quo usque de ipsis iure sit plenè discussum. At in Collaterali Consilio fuit decisum contrarium, ut infra num. 5.
- 2 L.apud Iulianum ff. de iure fisc. à qua commemoratum priuilegium proficiscitur, an sit hodie correcta, & quo pacto intelligenda, & num. seqq. Isern. sententia bac de re adnotatur.
- 3 Cautio, de qua in vulg.l. is, à quo optulatur etiam priuato prius vincenti aduersus Fiscum.
- 4 Praefatum priuilegium est quædam exceptio dilatoria. De cuius natura est, ut opponatur antelitem contestatam.
- 5 Iurium suspensio, de qua hic fit mentio, continet iniquitatem secundum Andr.
- 6 Immissio decreta ex l.fin. C.de edict. diu. Hadr. est summarium possessorum. Fideicommissi exceptio potest replicatione repelliri, in qua veniunt rationes, & cause quomodolibet replicanti cōpetentes. Immissio suprascripta cuius sit continentia respectu bonorum.
- 7 Successor ex fideicommisso, quando quis declaretur ex necessario antecedenti secundum Alberici traditionem.

- 9 Dicitur, à quo dispositio, ut non impediatur cause determinatio non obstante contradictione tertij oppositoris, inducta fuit in beneficium utriusque litigatoris, actoris scilicet, & rei. Instantia nec actoris consensu potest prorogari.
- 10 Appellatus potest appellationem prosequi in uito appellante. Appellatio est utriusque parti communis. Actor, & reus non debent ad imparia iudicari. Actor interdum compellitur sua iura proponere, & in iudicio experiri.
- 11 Iudicium frustra, & inaniter institui non debet.
- 12 Fiscus non semper auocat, seu trahit ob leue præiudicium causam ad Regiam Cameram, sed cum distinctione, de qua hic. Hac de re commemoratur pre ceteris dispositio Reg. Pragm. Sed in illis casibus, in quibus à remissione excluditur, poterit assistere liti inter priuatos institutæ.
- 13 Fiscus potest uti sententia inter priuatos lata, quatenus est in sui favorem ex particulari eiusdem priuilegio.
- 14 Sententia in beneficium Fisci prolatæ præualet late in favore priuati, quando uterque concertat de causa lucrativa.
- 15 Remissio cause ad instantiam Regij Fisci non procedit in hoc Regno, sed aliter erat sancitum de iure communi.
- 16 Fiscus propter quale quale interesse potest assistere liti inter priuatos institutæ, non autem prolationem sententiae, aut cause expeditionem impedi re. Appellationis instantia cuius sit virtus.
- 17 Fiscus priuati successor durante prima instantia potest causam coemptam terminari facere coram suis Iudicibus. Hinc si sit lata sententia, & versemur in secunda appellationis instantia, cessabit buismodi priuilegium.

- 18 Appellatio unius alteri nō prodest, quādo utriusque causa est distincta.  
Causæ connexitas dicitur, quando plures litigatores consores, & coniuncti sunt.
- 19 Iudices Regie Camerae ex Pragmatica sanctione huius Regni sunt inter priuatos penitus incompetentes.
- 20 Sententia inter priuatos lata in Regia Camera quomodo erit reuidenda.
- 21 Iudex de iure communi mutari non debet in causa reclamationis.
- 22 Connexitatis priuilegium circa decisiones causarum cessat in Iudice habente limitatam iurisdictionem.
- 23 Dicta l. is, à quo nonnullis ampliatur modis.
- 24 Legatario aduersus defunctum delinquentे, legati emolumētum an bāredi, vel Fisco applicetur.  
Aliqui distinguunt, an delictum sit in vita Testatoris perpetratum, vel post illius obitum.  
Alij differentiam constituunt inter bāredem, & legatarium. & in posteriori membro subdistinguunt, num ante acquisitionem factam à legatario, vel post.
- Vera autem, & germana resolutio ponitur sub nu. 31. & seqq.
- 25 Substituto occidente grauatum sive in vita, sive post mortem Testatoris, hereditas applicatur Fisco.  
Substitutione non potest tacita voluntate reuocari.  
Ceterum contraria dispositio viget in legato nu. 26.
- Voluntas non dicitur post mortem durare; & ideo nō potest in mortuo presumi contraria voluntas.
- 27 Declarantur nunc, & distinguuntur aliquot praestantissimorum DD. traditiones super eodē articulo, quæ prima fronte contrarium suadere videbantur.  
Substitutione tacita, id est à lege sub intellecta multūm differt ab expressa Testatoris.
- Delinquēs num possit exhibegredari à bonis fideicommissarijs propter iniuriā factam patri grauato.
- 28 Testatorē occidens non incapacax, sed indignus efficitur, idq; magni refert, ut hic oportunè explicatur, & nu. 29.  
Homicidam non succedere interfecto nec ab intestato, nec ex testamēto est obuium axioma, quod hic rectè declaratur.
- L. Statius Florus S. Cornelio Felici ff. de iure fisc. declaratur.  
Fiscus succedit in fideicommisso conditionali, quo usque inquisitus vitam cum morte commutauerit.  
Quod non procedit in maioratu perpetuo ad beneficium Familiae secundum Lopez, & Molin.  
In perfectus quando viuere presumatur?
- 29 Si vir l. si ab hostib. ff. sol. matr. habet varios intellectus, de quibus remissuē.  
Sed ex sententia Ioa. Campeg. ille est germanus sensus, ut contineat causum speciale, prout dilucide prosequitur hic D. Author.  
Maritus occidens uxorem sit incapax acquisitionis lucri dotalis, quod nec Fisco defertur, cùm uxor censeatur superuiuere; idq; est optima decisum ratione, quæ recensetur.  
Lucrum dotale, quod viro defertur ob uxoris obitum, recipit tacitam conditionem, quæ subyicitur.  
Marito uxorem occidente, matrimonium dicitur ipsius occisoris culpa dissolutum.
- 30 Fiscus solus opponit indignitatem.
- 31 Statutum Iauēse an immutauerit ius commune in materia indignitatis, & quando procedat.  
Statutum pœnale, odiosum, & limitatum iuris communis nō extenditur ad bona extra territorium statuentium.  
Subditus delinquēs extra territorium statuentis coegeretur pœna iuris communis, non autem statutaria.
- 32 Delinquentis bonis confiscatis quilibet Fiscus capit bona sui territorij.

CON-

## CONSILIVM V.



Rolatis sententijs contra Philippum Spinulam tamen in prima, quam in secunda instantia, ac demum vno decreto prouiso, nullitates non obstat, nec esse locum reclamacioni ex praetensa diffornitate: Verum respectu incapacitatis impartito termino triū mensium; illo denique elapsō, agnoscens Philippus se totaliter excludendum, ad causæ expeditionem impediēdam post annos quindecim instet audiri Regium Fiscum in hoc incapacitatis, seu indignitatis articulo sub quæsito colore, ne in casu victoriæ iterum cum Fisco litigare cogatur, efficiens se potius Fisci instigatorum ad defatigandum Io. Baptistarum, quam aliquid utilitatis ab hac Fisci vocatione se habiturum confidens; cūm per annos viginti à die commissi criminis nihil à Io. Baptista Fiscus prætenderit, ideo si ius fouveret, potius deberet pro expeditione instare, quam dilationes excitare, vt effici posset professor, non autem petitor cum Fisco. Cūm igitur ex supradictis euidenter appareat vexatio procurata per Philippum, coadiuuante deinde Fisci patrone Camillo de Marra iam suspecto, sine dubio erit decernendum, in hac causa reclamacionis esse procedēdum in S.C. respectu articuli incapacitatis, saluis iuribus Regij Fisci, quatenus prosequi voluerit iudicium hucusque nulliter institutum in Regia Camera per dictum Fisci patronum, post suspicionem allegatam; non obstantibus ex aduerso prætēsis, quæ ad duos articulos præcipue reducuntur.

Primus est articulus à Regio Consiliario Sanfelicio Fisci munus in hac causa agente propositus, an pendēte iudicio moto, seu rectius mouēdo per Fiscum in Regia Camera debeat supersederi in expeditione huius causæ

vertentis inter Io. Baptistam, & Philip-  
pum in S.C.

Alter, an causa prædictæ reclama-  
tionis inter Io. Baptistam, & Philippū  
remitti debeat ad Regiam Cameram  
ratione prætensi intercessione allegati ex  
parte Regij Fisci.

Quod primum articulum præten-  
dit Fisci patronus debere supersederi  
in causa Philippi, donec ius Fisci fue-  
rit plenè discussum, & sic silere iudi-  
cium inter priuatos de eadem re cō-  
tendentes, ad text. in *l.apud Iulianum*  
*ff.de iur.fisc.de quo Specul.in tit. de reo*  
*vers.item si Fiscus, Affl.in c.1.nu.7. de*  
*fratr. de nou. benef. inuest. & in Conſi.*  
*Regn. iusti cultores in 6. notab. & latē*  
*Ifern. in cap. Imperialem ſ. præterea ſi*  
*inter duos post num.73. vers. quid ergo*  
*de prob. feud. alien. per Feder. & Peregr.*  
*de iur.fis.lib. 7.tit.3.num.5. verūm hoc*  
*assumptum Fisci resoluitur ex pluri-*  
*bus.*

2. Primò, quia *text. in d.l.apud Iulia-*  
*num* est correctus per *tex. in l.fin.S.fin.*  
*C.de petit.hæredit.ut Andr. posuit loco*  
*citato in d.vers. quid ergo ſi dominus,*  
*& in vers.verius videtur, & Specul.in*  
*d.vers.item ſi fiscus aduertit aduocatū*  
*rei, ne actio prædicta fit sublata per id,*  
*quod habetur in d.l.fi.C.de petit.hæred.*  
*ut ibi per ipsum.*

3. Secundò, citrā omnem controuer-  
siā (quatenus *tex. in d.l.apud Iulianum* non esset correetus) intelligitur,  
quando eodem tempore Fiscus, & pri-  
uatus concurrunt pro vendicatione  
certorum bonorum, alias si Fiscus sitē  
non mouerit, vel priùs contestata nō  
fuerit nomine Fisci, nō impeditur ex-  
peditio caufæ priuati, & medebitur Fi-  
sco per cautionem in casu, quo ille,  
qui de præsenti nō possidet, prius ob-  
tineret iuxta *tex.in l.is, à quo ff.de rei*  
*vendic.& l.penul. ff.de petit.hæred. iux.*  
*glos. in d.l.apud Iulianum in verb. ex-*  
*pressum est, per tex.in l.si hæres ff. ſi cui*  
*plusquam per l.Falt. vbi glo. intelligit*  
*supersederi, ſi eſſet lis contestata, &*  
*Alber.clariū dicit in d.l.apud Iulianū*

- Fisco vēdicante, & iam līte super hoc contestata, vel vendicari inchoata antequam priuatus contendat ad se pertinere, ita concordando *textum in d.l.s. h̄eres*, & sic supersederi non debet, nisi quādo Fiscus, & priuatus cōcurrit in agendo, vt *Affl̄ct.* declarat in cap. i. §. rei autem num. 9. de inuest. de re alien. fact. & Peregr. loc. cit. & Andr. in d.S. praterea si inter duos nu. 73. vers. verius autem, h̄ec enim exceptio licet in fauorem Fisci dicatur dilatoria, vt posuit *Specul. in d. vers. item s. Fiscus*, ideòq; si processus priuati est compi-latus, non poterit hac ratione impedi-ri expeditio causæ priuati, cūm clarū sit, dilatoria exceptiones opponi de-bere ante litem contestatam, l. ita de-mum, vbi glo. & DD. C. de procur. l. ex-ceptionem, vbi glo. Bald. & cateri C. de probation. & l. Pomponius S. ratihabi-tionis ff. de procur. & quōd supersederi non debeat expeditio inter priuatos, saluis iuribus Regij Fisci, fuit solemniter decisum in Collaterali Cōfilio facta relatione per Regiam Cameram in causa Catharinę Pellegrinę cū Al-phōso Sanchez, vt refert D. de Francb. in decis. 261. in fin.
- 6 Tertiō, in casu nostro nedū lis inter priuatos est contestata ante iudicium institutum per Regium Fiscum; sed satis antè decisa, & diffinita, & denuò contestata in secunda instantia reclamationis, in qua fuit datus terminus trium mensium, & causa reclamationis p̄dict̄ est iam in limine expe-ditionis; Vnde nedū iniquum esset, in suspenso manere iura priuatorum in casu p̄dicto, vt Andr. considerat, adhuc nō lata sententia in d.S. praterea si inter duos, sed nullo modo tractari poterit de suspendēdo expeditionem causæ p̄dictæ; nec de remissione ad Regiam Cameram. Stante sententia, vt supra lata, nulla habita cōsideratio-ne interesse Regij Fisci, vt in sequenti articulo dicemus.

Ex aduerso cūm cōclusio p̄dicta sit indubitabilis, p̄tenditur, nedū

causā Philippi rōne dicit̄ incapacita-tis decisam nō fuisse, sed de ea hucus-que tractatum non esse, & attendi de-bere iudicium principale petitorum nouissimè per Philippum institutum, ex causa dict̄e incapacitatis, quo attē-to videtur habere locum instātia Re-gij Fisci pro suspensione p̄dicta, & amplius addit, de ea cognosci non pos-tuisse, cūm iudicium p̄cedens Phi-lippi concernat tantummodo causam immissionis sūmarij possessorij vigore l. final. C. de edict. diu. Hadria. toll. vt ex conclusione libellorum, non autem petitorij, de quo ait, nunc agēdum es-ſe, etiam attēto mādato procurationis Ioannis Baptistæ exhibito ad impe-diēdam immissionem petitam ex par-te Philippi Spinulæ.

Sed verè ex hoc magis detegitur calumnia aduersarij, qui controuer-ttere non erubescit decisiones ſepiuſ factas, quibus fuit ſpecialiter deter-minatum, non competere legitimam, neque trebellinicam: quæ verba ſinē dubio concernunt petitoriū, & proindē de p̄dictis amplius quēſtio habe-ri nō potest, licet ipſe fretus interuen-tu Iudicum, qui in ſentētis, & decre-tis interpoſitis non interfuerunt, de-nuò conetur in controuersiam reuo-care verba clarissima ſententiarum, & decretorum cum friuolis rationibus pluriē allegatis, & reieciſtis, vt ex pro-cessu conſtat, ideòque ſuper hoc non est amplius immorandum.

Respectu verò incapacitatis ſatis, ſu-perq; fuit in p̄cedenti allegatum, & licet deindē omnibus discussis fuerit prouisum, nō esse locum reclamatio-ni ex p̄tensa difformitate ſentētię: neque nullitates obſtare (in quibus in ſpecie deduxerat Philippus nullita-tem, ex eo, quōd ſententia cōtinebat petitorium, dūm ageretur tantūmodo de possessorio immissionis) & quōd caput incapacitatis fuerit datus ter-minus trium mensium, loco tamen reclamationis; nihilominus ex p̄dicto decreto magis clat̄e resultat ex-ceptio

ceptio aduersus prætensa per Philip-pum.

- 8 Ex prædicto n. decreto resultat pri-mò, fuisse decisa omnia deducta etiam concernentia petitorum, postquam fuit prouisum, non cōpetere legitimā, nec Trebellianicam, fuitque cōdem-natus Ioa. Baptista pro omnibus præ-tensis ad soluēdum duc. 15. mil. & sic in necessarium antecedens censemur.
- 9 Io. Baptista declaratus successor ex fi-dei cōmissio ex doctrina Alb. in rubr. C. qui admitt. Felin. in c. 2. nu. 13. vers. demum tene menti, de libel. oblat. Rimi-nald. sen. in l. edita num. 5. C. de edend. Menoc. in fortioribus terminis in conf. 601. num. 12. ver. ea solidaratione.

Secūdò resultat, fuisse in eadē deci-sione comprehēsum, & decisum articu-lum prætensæ incapacitatis, cūm respectu illius articuli tantùm fuerit datus terminus loco tamen reclama-tionis, quia si decisus non fuisset, sinè dubio dari debuisset terminus sim-pli-citer, & nō loco reclamationis, quod tamen fuit ex cōquitate potius factum, cū verè de iure obstare debuisset ex-ceptio rei iudicatæ, quamvis semel articulus incapacitatis diceretur deci-sus in sentētia reclamationis, vt in su-periori consilio demonstrauimus, & hoc fortè euenit, ne modo aliquo Phi-lippus conqueri potuisset, & ad ma-iorem satisfactionem, cūm re vera nihil contra Ioa. Baptistam constabat; attestatē etiam Excellentissimo Pro-rege in Collaterali Consilio, nihil va-lidum contra eum etiam adhibitis di-ligentijs fuisse repertum.

Dūm igitur cōstat, articulum inca-pacitatis modo supradicto fuisse de-ductum, & ex prædictis decisum, si ve-ra est conclusio, nō posse impediri ex-peditionē causæ inter priuatos instru-cto processu antequam Fiscus item moueret, vel contestata esset, nulli du-bium est, tantò minùs posse impediri ex-peditionem causæ reclamationis eiusdem articuli iam decisi.

Demùm si Philippus allegaret cō-

se inductum in sui fauorem, vt expe-ditio suæ causæ non possit supersederi ob prætensionem Fisci, cui fauori vult renūciare, & inhērere petitioni, & in-stantiæ Fisci, pariter in hoc nō est au-diendus, quoniam quemadmodum supersederi nō deberet etiam si reus conuentus contradiceret; ita & mul-tò magis si cūm ipse cōsentiat, quamvis Philippus actōr recuset, fuit enim 9 inductum tām pro actore, quam pro reo, vt non impediatur expeditio cau-sæ ex instantia Fisci, siue alterius præ-tendentis, prout indefinite loquitur sex. in d. l. is, à quo, de quo per Couar. pract. quæst. cap. 14. num. 4. in princ. & per omnes DD. tractantes materiam prædictam, instantia enim nec actore consentiente prorogari posset Bart. Alexand. Iaf. & communiter DD. in 10 l. properandum C. de iudic. & stante re-clamatione Philippi potest Io. Baptista instare pro confirmatione inuito Philippo, D. de Frāch. decij. 661. vol. 4. glo. in l. 2. S. sed sī Iudex ff. eod. & est cō-munis vtriq; parti, nec debet ad im-paria actōr, & reus iudicari Specul. sit. de dilat. S. fin. nu. 14. & potest reus actore recusante prosequi Castr. in authent. at qui semel nu. 13. C. quomodo, & quā-do Iudex, & leges supplent pro vexa-tionibus finiendis, vt actores propo-nant iura, quę diffamando habere exi-stimāt l. diffamari C. de ingen. manum. ex quibus hic primus articulus rema-net absque difficultate confirmatus, & resolutus.

Deueniendo ad secundum articu-lum, aduertēdum est, vt evitetur con-fusio, & cōficiatio, quod nō loqui-mur de causa mota per Regium Fiscū contra Ioannem Baptistam, tractanda sinè dubio in Reg. Cam. in qua Fiscus est actōr, sed solum agitur de expedi-tione causæ in S. C. inter Ioannem. Baptistam, & Philippum, in qua Fiscus non est actōr, nec reus, cūm Philippus iudicium non instituerit aduersus Fi-scum, sed perierit tātummodò, Fiscum audiri, nē in casu victorij iterū litigare cogere.

cogeretur; vnde cùm nō sit auctor, neque reus, non posset remissionem in Reg. Cam. legitimè petere, nec comparet Fiscus vt tertius habēs interesse in causa mota per Philippum, sed tantummodò intimatus à Philippo opposuit, vt cōpareat in Reg. Cam. si quid prætendit, ex quo nihil inferri potest ad causā, quæ agitur inter Philippum, & Ioannē Baptistam in S.C. quoniam si Philippus voluerit iudiciū instituere cum Fisco, tenebitur comparere in Reg. Cam. iuxta replicationem Fisci, & in illo Tribunalī litigabit cū Fisco, si tamen fuerit admissus ad iudicium instituendum sub spe futuri euentus, & speratē victoriæ in articulo incapacitatis, quod non licet, nè frustratorium, & inanc iudicium fieri cōtingat ad tex. in l. non quemadmodum ff. de iudic.

Et si diceretur, quod saltem ratione cuiusdam præiudicij fortè inferendi ex sententia S.C. in fauorem Philippi, agendum erit de remissione ad Reg. Cam. pariter fundabitur, procedendū esse ad expeditionem causæ in S. C. inter Philippum, & Ioann. Baptis tam ex infra scriptis.

12 Primò illud quale quale præiudiciū, q̄ posset oriri ex sententia S.C. maximè ob authoritatem Tribunalis nō attendit pro remissione causæ ad R. C. sed proceditur ad expeditionem causæ inter partes, saluis iuribus Regij Fisci, & sic permittitur, vnam, eandemq; causā inter diuersas personas agi coram diuersis Iudicibus, vt decisum testatur D. de Franchis decis. 117. circ. fin. vbi agebatur à priuato pro vēdicatione bonorum vnius priuilegij vigore, & pariter Fiscus agebat virtute eiusdem priuilegij in Reg. Cam. quod est fortius, & fuit decisum, quod Fiscus assistere potuisset, & quāvis obtinuisse vñionem Tribunalium non aliter superuenit cōtraria decisio, & dūm in fine subdit, esse examinanda dicta per Capyc. in inuestitura in verb. gabellis, si alias casus accideret, vt tractaretur

idem articulus ad instantiam Fisci, & priuatorum, ad præsens obstare prædicta non possunt, quia Capyc. tractat, si ageretur de eodem articulo, & antè Pragm. anni 1585. in tit. de offic. Proc. Cas. quo tēpore quodlibet interesse sufficiens erat pro remissione ad Reg. Cam. & nihilominus in decis. prædicta 117. interposita ante Prag. vt patet ex sequenti decis. in fin. fuit ordinatū, procedi in S. C. etiam quod ageretur de actione intētata per Fiscum, & priuatū vigore eiusdem priuilegij; in casu autem nostro diuersa ratio proponitur à Philippo ex causa incapacitatis, & longè diuersa à Reg. Fisco ex causa indignitatis, & sic diuerso iure vñatur aduersus Ioannem Baptis tam, & licet in decis. 132. affirmet D. de Franch. sēper causam esse remittendam ad Reg. Cam. dūm vertitur interesse Regij Fisci, quas decisiones refert Cabal. in resol. crim. cas. 168. num. 7. intelligi tamen debet de vero, & reali interesse Regij Fisci, nō qualquali præiudicio, prout erat in casu illius decisionis, in qua agebatur de defensa prætensa ab Vniuersitate ad se p̄tinere, & sic transire ad manus mortuas in perpetuam Fisci exclusionem, vt ibid. D. de Fräcb. aduertit, at in specie nostra quomodo unque decidatur causa Philippi, nullum præiudicium infertur Fisco, cū eius causa iudicanda sit in Reg. Cam. nullo præiudicchio generato ex sententia proferēda in causa Philippi, & illud leue, vel quale quale præiudiciū, quod posset induci ex sententia S.C. si Philippus obtineret ob authoritatē Tribunalis, non est considerabile, vt possit operari effectū remissionis, & tātō magis attenta dispositione Reg. Prag. quæ exceptis tribus casibus, in quibus Fiscus est actor, vel reus, aut author laudatus, remisit dispositionem pro remissione arbitrio Excellentissimi Proregis, quando in causa vertente in S. C. ageretur de præciso, & apparente interesse Fisci, & multæ considerationis, vt sunt verba Prag. igitur dūm

# Confilium V.

117

dùm Fiscus nō habet interesse in causa Philippi, sed tantummodo posset suspicari proferendam esse sententiam pro Philippo, ex qua inferretur quale quale præiudiciū, per Prag. sublatū est dictum leue præiudicium, cùm Philip-  
pus vti non posset sententia S.C. aduersus Fiscum, qui ageret causam suā in Reg. Cam. simpliciter, & absolute, & si quodlibet interesse, siue considerabile, siue leue potens esset pro remissione, frustratoria esset dispositio Reg. Pragmatica, & quādō Fiscus non habet interesse formatum, vt hīc, cùm iura sua sint discutienda in Reg. Cam. sed dubitari pōt, ne ex lite inter partes posset oriri aliquod præiudicium, causa tunc non remittitur ad Regiam Camer. sed Fiscus debebit assistere si voluerit, vt refert Confiliar. Rouitus in tit. de offic. procur. Cas. Pragm. 64. nu. 4.

Secundò, si causa inter Philippum, & Ioānem Baptis̄tam remitteretur ad Reg. Cam. clarum est ex conclusione firmata in primo articulo non posse impediri illius expeditionem ob prætensionem Fisci, modò si in Reg. Cam. daretur casus sententiæ proferendæ in beneficiū Philippi, siue dubio omnino præiudicaret fisco, cùm interpoleretur ipso auditio, sed si proferretur in S. C. ex ea non inferretur præiudicium iuribus Fisci, & sic magis expediens est pro Fisco expediri causam Philippi in S.C. ex eisdem actis, quoniam si Philippus obtinebit, adhuc iura Fisci remanent illęsa, & decidenda in Reg. Cam. quod nō esset, si obtineret in Reg. Cam. & si succubet; prout facilius sperari poterit confirmatio ab eisdē Iudicibus in S.C. res erit expedita, & remanebit lis decidenda tantum inter Fiscum, & Ioan. Baptis̄tam.

13 Tertiò, ex secunda sententia iam lata in S.C. per quā remansit Philippus exclusus etiam à prætensa incapacitate resultat fauor, & beneficium Regij Fisci ad exclusionem Philippi, & poterit Fiscus vti sententia prædicta, quāvis inter alios lata, dum est in sui fauo-

rem; glo. not. in cap. pen. circa medium de senten. & re iudic. Lucan. de prius leg. Fisc. par. 1. nu. 35. & præiudicium iam est inductum contra Philippum, non contra Fiscum, qui si instaret reuideri sententiam S.C. in Reg. Cam. esset siue dubio diminuere iudicium eiusdem sententiæ S. C. & si forte in articulo reclamationis posset succedere sententia in beneficium Philippi ex causa

14 prætensa incapacitatis, & sic essent duæ sententiæ contrariæ, cùm vterque tractaret de lucro hæreditatis consequendæ, præualeret sententia, quæ stat pro Fisco extraditis per Co- uar. var. resolut. cap. 16. num. 4. & alios relatos per Peregr. de iur. fisc. lib. 7. tit. 3. num. 45. & tit. 4. num. 13. & successiuè tanto minus non est considerabile illud quale quale præiudicium, quod posset inferri ex sententia S. C. solum ob autoritatē illius Tribunalis, cùm iam adsit sententia in fauorem Fisci eiusdem Tribunalis, & hēc benè agnoscens Fisci Patronus non instet reuideri articulum reclamationis Philippi in Reg. Cam. sed quod compareat Philippus in eadem Reg. Cam. si aliquid prætendit vigore suæ compari- tionis, & nouissimè instet superse- deri in causa Philippi, donec iura Fisci discussa fuerint, de quo diximus in primo articulo.

15 Quartò, ad confirmationē affertur, quod licet de iure communi, si Fiscus agere poterat coram suis Iudicibus l. si debitum C. quando Fisc. vel priuat. nihilominus post Pragm. quia hoc ca- su non est actor, nec reus, nec author laudatus, non valuit Fiscus obtainere remissionem causæ motæ contra debitorem à debitore Fisci, quāvis age- retur de totali, & formalí Fisci inte- resse, quia debitore succumbēte ina- nis remanebat actio Fisci per inopiam debitoris exclusi, vt refert idem Confiliar. Rouitus fuisse decisum in causa Victorię Podericę cū Dominico Spi- nula in eadem Pragm. 64. incip. Desi- derando Sua Maestà num. 2.

Quintò

Quintò, fortius est aduertendum, quod dum superius in primo articulo firmaimus, non esse supersedendum in causa priuati ob pretensionem Fisci, sed medebitur cum cautione casu, quo alius contendens obtineret, iam succedit dari casum consideratum à Iure-consultis, & DD. nedum expeditionis causæ, sed sententiæ proferendæ contra Fiscum, qui eodem tempore iudicium nō instituit, ideo si interesse, quod insurge potest ex sententia proferenda contra Fiscum, nō atten-dit, nec impeditur propterea expeditio, sed iterum ex integro iudicabitur causa Fisci, & eius iura remanent illæsa, neque interesse prædictum erit considerabile pro remissione causæ vertentis inter priuatos. Ad cuius confirmationem aduertendum est, quod illud qualequale interesse, quod insurge potest ex sententia, aliud efficere non potest, nisi quod ea ratione possit assistere, non tamen audiri, & proinde nec prolatio sententiæ, nec expeditio poterit impediri, vt notabiliter tradit *D. de Franchis d. decif. 261. in fin. post num. 14. vers. & ex predictis*, si ergo ex causa dicti leuissimi præjudicij, quod posset inferri ex sententia, Fiscus non esset in S.C. audiendus, sed tantum assistere posset, pariter ex eadem causa non poterit esse locus remissioni causæ vertentis in S.C. inter Philippum, & Ioan. Baptistam ad Reg. Cam.

17 Denique, vt omnis tollatur dubitatio, est considerandum, quod hic articulus Philippi prætensiæ incapacitatis iam fuit per secundam sententiam absque controversia decisus, & sumus ad presens in instantia reclamationis eiusdem articuli, modò instantia appellationis est tantæ efficaciæ, quod licet Fiscus succedens in ius priuati ex causa publicationis, seu cōfiscationis bonorum possit litem cœptam coram suis Iudicibus terminari facere iuxta tradita in *I. si constante S. fin. ff. solut. matr. de quo latè Peregr. de iur. Fisc. lib. 7. sit. 1. nu. 11.* hoc tamen esset in-

telligentum durante prima instantia, secus autem si lata prima sententia causa reperiretur in instantia appellationis, quo casu Fiscus, quamvis principale habens interesse, teneretur illud iudicium appellationis prosequi, Iudice non mutato, ex doctrina *Salyc. in l. 1. C. si pend. appell. Franc. Lucan. de priu. fisc. num. 20. Peregr. d. tit. 1. lib. 7. num. 12.* quod si prædicta procedunt, ubi Fiscus est principaliter intressatus, & de causa ad ipsum pertinente, continente acquisitionem confiscationis bonorū, fortius in casu nostro, dum in causa Philippi cum Io. Baptista non agitur de expeditione prætensionis Regij Fisci discutiendæ suo loco in Reg. Cam. sed de articulo reclamationis tantummodò inter ipsos priuatos magis priuilegiato ex traditis per *Surd. cons. 266. nu. 17. lib. 2.* qui omnino expediendus est in S.C. firmis, & saluis remanentibus iuribus Regij Fisci, et si aliter dicseremus, induceretur graue præjudicium contra Ioan. Baptistam, si sententia S.C. lata iuncto Collaterali Cons. inter Io. Baptistam, & Philippum continens diuersa iura, & prætensiones esset reuidenda in Reg. Cam. solùm ob illud leue præjudicium, quod posset insurge ex sententia proferenda pro Philippo, quæ adhuc non officeret Fisco, vt dictum est superius, quod maximè in terminis appellationis, seu reclamationis admitti nō poterit etiam dato principali interesse Fisci, sicut fundauimus.

18 Nec ratione connexitatis prætensiæ potest Philippus prætendere, quod causa suæ reclamationis cum Ioanne Baptista reuideatur per Iudices Reg. Cam. quoniam nulla adest cōnexitas; cum diuerso iure agatur, Fiscus enim agit prætendens, Ioan. Baptistam esse indignum, Philippus verò, quia incapax, vnde si utraque causa fuisset determinata, appellatio interposita per alterum eorū procul dubio alteri non proficeret, & sic non est vera connexitas *I. 1. C. si un. plurib. & ibi glof. fin. Con-*

**Connexitas enim dicitur, quādo plures litigantes consortes, & coniuncti sunt glos. expressa in l. i. in ver. eundem Iudicē in princ. ff. de quib. reb. adeund. iud. eat.** Consideratur vltierius, quōd Iudices Cameræ sunt omnino incō-  
 19 petentes inter partes priuatas, etiam si concorditer illud Tribunal elegent, vel etiam si Proregis commissio-  
 nem obtinerent, vt possint ibi litigare; habetur expressè in Pragm. 14. de offic. procur. Cæs. vbi aduertatur, quōd circa mediū vers. & più vogliamo per for-  
 malia verba expressè mādatur, quōd si in aliqua ex causis fiscalibus emer-  
 geſſe, o incidenter occorrefſe alcun' altra cosa, quella per questa Camera ſi habbi-  
 da giudicare, per nō diuidere la cōtinētia di detta cauſa; & ſic incidētia ſolū in  
 causis fiscalibus ſunt per R. C. diffiniē-  
 da, cauſa verò Philippi cum Io. Bapti-  
 ſta non eſt incidens in cauſa Fisci, nec illi annexa, ſed diuersa, & illi non præ-  
 iudicat, vt dictum eſt, & amplius adeò reſtricta eſt facultas Tribunalis Reg. Cam. quōd cauſas priuatorum, vt ēt  
 20 contra regulas iuris communis fuerit mādatum, quōd reclamatio, quæ ori-  
 tur, & interponitur à Partibus ex ſen-  
 tientia lata in R. C. non poſſit in eo-  
 dem Tribunalis reuideri, ſed remitten-  
 da ſit ad S. C. vt in Pragm. 63. col. pen.  
 21 quamuis de iure communi Iudex in  
 cauſa reclamationis mutari non de-  
 beat, etiā ſi Fiscus in illa ſuccederet,  
 vt eſt fundatū ſuperius, immo adhuc  
 22 ſi poſſet conſiderari cōnexitas (quod nulla ratione demonſtrabitur) nō poſ-  
 ſet habere locum, quando aliis Iudex  
 haberet limitatam iurisdictionem, vt in  
 cauſa nostro Dec. conf. 18. nu. 5. & conf.  
 38. num. 27. Vrſill. ad Afflic. decis. 354.  
 num. 5. & in proprijs terminis tollitur  
 hæc ratio cōnexitatis, etiam ſi ad eſſet,  
 per relatas decisiones D. de Franch. 117  
 & 261. ob cauſam, & intereffe R. Fisci  
 diſcutiendam in R. C. quamuis po-  
 tuiffent oriri ſententiæ diſformes.

Nec eſt cōſiderabile, quōd Philip-  
 pus poterit coadiuare Fiscum, & ab

ipſo coadiuari circa probationēs fa-  
 ciendas, & alia deducenda, quoniam Philippus per lapſum termini eſt ex-  
 clusus aliud de nouo deducere, & ſi Fiscus vellet admittere Philippum ad producendum alia incumbentia, ac ſi terminus non eſſet elapsus; laboraret contra propria cōmoda, vltra quōd in caſu noſtro non eſt locus productio-  
 ni alterius probationis per teſtes, vt ſuo loco demonſtrabitur, & ſi cāuſa Fisci diuersa eſt ab articulo reclama-  
 tionis Philippi, vt indubitatū eſt, ex hoc alio figurato colore cauſa Philip-  
 pi non eſt remittenda ad Reg. Cam. ſed procedendum eſt ad expeditionē cauſæ primi contendentis, maximè in articulo reclamationis, vt diximus, nec opus habet Fiscus auxilio Philip-  
 pi, & abſque remiſſione cauſæ, ſi Philip-  
 pus vult ſe offerre pro ſollicitatore, ſeu coadiuatore Fisci ad instar canis Hortulanī, qui adhuc viuit, nemo vnu-  
 quam impedimentum præſtabit; ſed non propterē cauſa ipſius Philippi remittenda eſt ad Reg. Cam.

23 Eadē ratione ceſſat prætentio par-  
 tis allegantis, cauſā debere remitti, ne litigantes vexentur duplicatis labori-  
 bus, & expensis, quoniam licet præte-  
 fio alterius contendentis tangat ex-  
 ecutionem cauſæ pendentis ad instan-  
 tiā alterius; nihilominus nō impedit progressū ad vltiora, & expeditio-  
 nem, quamuis poſſit ad eſſe inconue-  
 niens contrariarum ſententiarum, & et quōd partes fatigentur pluribus, &  
 diuersis expensis iuxta tex. in d. l. is, &  
 quo ff. de rei vend. & voluerunt Bar. in  
 l. ſi quis hereditatem num. 1. ff. de petit.  
 hered. Couar. pract. qq. c. 14. nu. 4. Bar-  
 bos. in l. T. itia ſub nu. 7. ff. ſol. matr. Hon-  
 ded. conf. 25. nu. 22. & 23. vol. 1. Ioseph.  
 Ludouic. decis. Peruf. 26. num. 25. cum  
 ſeq. Afflic. decis. 235. & D. de Franch.  
 d. dec. 261. & 292. quæ diſpositio tex. in  
 d. l. is, & quo procedit et vbi plures ſunt  
 qui eodē iure experiūtur, vt in eadem  
 decis. 261. nu. 13. Consiliar. Ann. conf.  
 97. num. 13. contra alleg. Anna genito-  
 ris

**ris 76.** & fortius prædicta procedunt in casu nostro ; in quo Fiscus agit diuerso iure cū Philippo , sicut diximus superius, & hęc abundantissimè sufficerébit pro Ioan.Baptista, vt articulus reclamationis cum Philippo respectu prætensiæ incapacitatis decidatur in S.C.saluis iuribus Fisci.

Insuper quamvis Ioa.Baptista molestari non poterit à Philippo ratione prætensiæ incapacitatis, & minus à Fisco ex causa allegatæ indignitatis , vt liquidò cōstabit suo tempore, absque alia difficultate , si esset possibile aliquo modo dari casum victorię ex parte Philippi (quod nunquam persuaderi poterit , in promptu insuper demonstratur, nullum præiudiciū ex ea inferri posse iuribus Regij Fisci , si quæ haberet.)

**24** Est namque disceptatum à Dōct. si delictum fuerit commissum contra defunctum, siue memoriam eius , vel contra ipsius honorem, vel in iniuriā, si intelligatur reuocatum legatum, ita quod remaneat apud hęredes, effecto incapace legatario, vel potius legatarius efficiatur indignus , & ab eo relatum à Fisco auferatur, in quo articulo pars aduersa non constituit differentiam, an delictum succedat in vita testatoris, vel post mortem, quoniam iuxta ipsius prætensionem semper dicitur reuocatum legatum, ex eo, quod testator si scire potuisset, delictum futurum , certè non disposuisset , & sic etiam delinquentē legatario post mortem ex tacita defuncti voluntate efficeretur inhabilis, & incapax, & delictum remaneret penès hęredem , ac si testator nō reliquisset ex dictis per Aret. in l.2.in col.pen.vers.Tu autem tenendo sententiam Bar. ff.de vulg. & pupill. per glos. in l.fideicommissum C. de fideicom. licet secus sit in hęredis institutione , quæ tacitè reuocari non potest secundum Alber. in l.sororem C. de his, quib. v. indeg. Insuper secundò, pars aduersa constituit aliam differentiam , an delictum fuerit commissum ante acqui-

sitionem factam à legatario , & tūc similiter reputetur incapax, & non possit à Fisco auferri , quod iā est deperditum , & tempore delicti à legatario non acquisitum extraditis per Bal. in l. bis consequenter in l.2.lect. in final. verbis ff.samil. hercisc. & Rip. in d.l. 2. num.58. ff. de vulgar. & pupill. substit. sed in vtroq; capite decipitur, siue loquamus in substitutione , vt est casus noster, siue in legato, quod est fortius.

**25** Etenim si essemus in substituto occidente grauatum, tunc etiam si delictum fuerit cōmissum in vita testatoris, auferetur ei hęreditas, & applicatur Fisco, ea ratione , quia substitutio non potest tacita voluntate reuocari , & ideo siue in vita , siue in morte fuerit delictum cōmissum, hęreditas ex persona delinquentis applicabitur Fisco, vt declarat Paul.de Castr. in d.l.Sorore post num.4.vers.sol.bic loquitur C.de his, quib. vt indign.

**26** Si verò essemus in legatario, cùm legatum possit facilius reuocari, tām tacitè, quām expresse, si iniuriam commisisset legatarius viuente testatore censetur legatum reuocatum tacita voluntate , & non applicatur Fisco, siue sciuisset, siue ignorasset Testator, si verò post mortem, tunc quia voluntas non durabat , nō pōt fingi facta reuocatio tacitè, cùm expresse fieri nō potuerit, & sic applicaretur Fisco, ex gl. in ead.l. sororem docet Castr. ibidem in fin. sic declarando glof. contrarium in l.fideicommissum C. de fideic. vbi cōstituit eandē differentiam, Bal. similiter considerat, an delictum fuerit commissum in vita Testatoris in d.l. bis consequenter , & Molin. latissimè comprobat de primog. lib. 1. cap. 9. post num.43. vers. mihi autem id maturius discurreti, ea ratione: quia in mortuo non potest præsumi voluntas contraria , & sic auferretur tanquam ab indigno , allegans quām plures DD. quos non transcribo , vbi videndus est , & loquitur in majoratu reuocabili, vt ibi supra num.38. vers. s' verò, Matic. ex mēte Bar. ita expresse con-

- concludit de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 5. nu. 21. Peregr. de iur. Fisc. lib. 2. tit. 8. num. 3. & 4. & de fideic. art. 18. nu. 34. Pistor. in tit. de adempt. legat. num. 42.
- 27 Aret. vero, & alij in d.l. 2. ff. de vulg. & pupill. quamuis prima facie videantur contrarium tenere, loquuntur tamen in casu tacite substitutionis à lege subintellec̄tæ ad beneficiū matris ex tacita substitutione pupillari facta filio pupillo, quæ contraria eiusdem legis dispositione reuocari potest, quod secus est in substitutione expressa inducta ex dispositione testatoris iam confirmata per mortem eius, & per aditionem hereditatis, quæ contraria voluntate eiusdē testatoris amplius reuocari non potest, vt ibidem Aret. sentit, & clariū declarat Ias. in ead. l. 2. nu. 41. vbi videri potest, Couar. vero in rubr. de testam. part. 2. col. 19. vers. 5. ex premissis loquitur de inimicitia orta viuo testatore inter primū, & secundum testamentum, Mantica autem de coniect. lib. 3. tit. 3. num. 2. solummodo tractat, vtrum per offensam factam patri grauato, possit offendens exhæredari etiā à bonis fideicōmissarijs, & pariter lib. 8. tit. 12. num. 23. & 24. & licet affirmatiū concludere prima facie videatur ea ratione; quia voluntas testatoris mutari potest, etiā ex ijs, quæ post eius mortem emergūt, tamen contrarium concludit allegando text. in l. filius familias §. cūm pater ff. de leg. 1. vt in eod. tit. 12. post nu. 24. vers. sed nunc ego valde dubito; & in alia impressione post nu. 31. ultra quod loquitur in fideicomisso familiæ, seu agnationi relicto, vt ibi ante num. 23. vers. sed eleganter queritur, de quo aliqua dicemus inferius, & sic remanet primum assumptū partis absque fundamento.
- 28 Secundum vero assumptum partis, vt tunc demum delinquens dicatur indignus, quando ante delictum iam fuisset acquisitum legatum, vel hæreditas, quæ à Fisco auferri potuisset alias secus, pariter facillimè tollitur,

quoniam etiam nō facta acquisitione adhuc interfector dicitur indignus, & succedit, & ab eo relictum auferetur à Fisco, sic generaliter deducitur ex tex. in l. cūm ratio §. ff. vbi Bart. ff. de bon. damn. & in l. Lutius ff. de iure Fisc. occidens nanque testatorē, & sic non facta acquisitione nō succedit ab intestato, nec ex testamento, & hoc nō vt excludatur tanquam incapax; sed vt admittatur ad succedendū, & deinde Fiscus auferat; vt ab indigno, ita singulariter dicit Clar. per dicta iura in d. §. homicidium, in vers. priuatur etiam nu. 19. Cyn. in l. hæreditas C. de his, quib. vt indign. vbi in specie Bal. nu. 7. Corn. conf. 222. in princ. vol. 4. Ruin. conf. 129. in princ. vol. 2. Caldas in l. si curatorem babens, in verb. sua facilitate num. 16. & Peregr. latè de iur. Fisc. lib. 2. tit. 3. nu. 1. & Fisco non petente remanet per temporis lapsum apud illos, pendit quos relictum remāsisset; si legatarius indignus non fuisset, vt per Alex. & Cast. in d. l. hæreditas, immò datur cautela Fisco, vt ei deferatur, si delinquēs differat acquirere, sic declarat Rip. quem refert, & sequitur Peregr. de iur. Fisc. lib. 2. tit. 4. num. 14. Etenim interficiens aliquem, ad cuius successionē aspirabat ex testamēto, vel ab intestato, nō impeditur succedere, sed Fiscus statim auferat bona, in quibus succedit tāquam ab indigno, vt comprobat Regens Rouit. in Pragm. prima de bon. proditor. in respōstonibus pro Francisco Cincio num. 107. & ideò dicitur, quod non succedit cum effectu, cūm Fisco ab eo auferat, vt ex pluribus docet Peregr. in d. lib. 2. cap. 3. post num. 1. vers. & in hærede ex testamento, Boss. in tit. de his, quib. vt indign. post nu. 3. & clariū Paul. de Castr. in d. l. sororem num. 2. vbi quod dicitur, interficiētem non succedere ex testamento, vel ab intestato, intelligas cum effectu, nam ipso iure benē succedit, & sibi auferatur, & applicabitur Fisco, & Cagnol. optimè in d. l. fin. num. 72. C. de pact. prout etiam in fideicomisso cōditio-

nali durante tantum vita inquisiti, ex dispositione *tex.* in *l.* *Statius Florus* §. *Cornelio Felici ff. de iur. Fisc. Greg. Lop.* p.2. tit. 15. l.2. *glos.* 10. q.3. & *Peregr. d. lib. 2. titul. 3. num. 17.* licet aliter dici possit in maioratu perpetuo ad beneficium familie, & sequentiū substitutorū, vt ibid. tradit *Greg. Lop.* & *Moli. de primoge.* lib. 3. c. 2. n. 31. cum seq. secus autem si non adesset aliis successor, intelligitur. n. vt interfectus presumatur viuere, sicut *D. de Pont.* tradit in *de cis.* 24. in damnum delinquentis tantum, non autem ceterorum; ad quos ex delicto hereditas defertur, & sic loquuntur authoritates adductae ad hoc confirmandum, vt solūm dolosus non lucretur ex morte, non autem vt nullo modo censeatur mors intercessisse in damnum delinquētis, & ad beneficium Fisci, ex prædictis.

29 Non obstat *tex.* in *l.* si ab hostibus §. si vir cum not. per *Barbos.* ibi *nu. 5.* & *20. ff. solut. matrim.* & alijs relatis in *d. decisi. D. de Pont. 24.* vbi maritus occidēs vxorem fit incapax acquisitionis lucri dotalis, & vxor censemur superuiuere; nec Fisco defertur, quoniā ultra alias responsiones, quæ adducuntur ad *tex.* prædictum, de quibus *Peregr. d. li. 2. tit. 3. à num. 7. Farin.* q. 120. se f. 2. num. 73. & *Ann. Robert. lib. 3. rer. iud. vers. pro Fisco in fin.* ille *tex.* habet casū speciale, nempe quod lucrum dotalle deferendū marito ob mortem vxoris semper intelligitur deferri sub conditione, si culpa mariti debētis lucrari non sit matrimonium dissolutum *l. cōfensu C. de repud.* *l. Lutius ff. solut. matr.* inde quando vir occidit vxorem, deficit conditio; quia matrimonium dissolutum est sua culpa, vt probarūt in eo *tex.* *Ang. nu. 1. Castr. sub nu. 4. Cuman.* num. 2. *Alex. sub nu. 8. Ias. ante nu. 5. Bal. in l. j. C. unde vir, & uxor, Ruin. cōs.* 11. num. 3. lib. 5. (vbi dat alias responsiones ad dictum §. si vir) & ob id marito non acquiritur, sed in hereditate non intelligitur tacite aliqua cōditio, ideoque lex statuit, vt applicetur oc-

cisiō, & ab eo auferatur velut ab indigno, hanc interpretationē punctualiter posuit *Ioa. Campeg. de dot.* p. 5. q. 2. post *nu. 2. vers.* ego considero ex mente *Bald.* & aliorum, quos allegat, & si dispositio d. §. si vir non contineret casū speciale, sequeretur, quod occidēs testatorem nunquam esset indignus, si censeretur superuiuere, contra iura expressa in *l.* cum ratio §. fin. ff. de bon. damn. & in *l. Lutius ff. de iur. Fisc. de quo Clarus per dicta iura in §. homicidium in vers. priuatur etiam num. 19. Cyn. & Bal. in *l. h̄ creditas C. de his, quib.* vt indign. & latè *Peregr. de iur. Fisc. d. lib. 2. tit. 3. nu. 1.* de quo *tex.* in §. si vir loquuntur etiam *Rola. à Vall. de lucr. dot. q. 61.* & *Hipol. de Marsil. in l. nihil inter est ff. ad leg. Cornel. de scīar.**

30 Hisstantibus, quæ controuerti nō possunt, si de delicto dubitari nō posset; nō diceretur *Io. Baptista* incapax; sed indignus, & indignitatem solus Fiscus opposuit, ad *tex.* in *d. l. his consequenter §.* sed an in familia, vbi *glos. ff. famil. hercif. Molin. de primog. lib. 1. c. 9. nu. 25.* & vt ceteros omittam, *Peregr. d. lib. 2. tit. 2. nu. 8.* & *tit. 3.* & sic attento iure cōmuni Philippus aliquid pretendere nō posset, proinde præsentan-

31 uit *Statutum Ianue;* cuius virtute ob delictum substituti bona deferuntur ad proximiores, non ad Fiscum, & sic delinquēs efficeretur incapax, nō indignus, sicuti de statuto loq̄tur *Corn. in d. conf. 222.* & alij relati per *Peregr. d. lib. 2. tit. 3. num. 3. vers. quamuis,* in casu nostro deficiunt omnes qualitates à dicto statuto requisitæ, nempe quod delictum fuerit commissum, & dolo ad finem succedendi, cū nihil deduxerit Philippus ad probandas qualitates prædictas, cū ex capite indignitatis Philippus iuuari nō posset, sed tantummodo ratione incapacitatis si posset esse locus statuto prædicto, adhuc indubitatum est, statutum prædictum porrigi non posse ad bona sita extra territoriū Ianuense tāquam penale, odiosum, & limitatiuum iuris com-

communis, *Cardinal. cons. 2. num. 3.*  
*GoZad. cons. 49. nu. 8. Gayl singul. obser.*  
*lib. 2. cap. 124. nu. 5. & 9. Natta in cons.*  
*514. num. 15. lib. 3. Valasc. consult. 182.*  
*num. 14. & latè Barbos. in l. exigere do-*  
*sem num. 158. ff. de iudic. immò neque*  
*prodesse posset Philippo pro bonis*  
*Ianuæ sitis, quia statutum intelligitur*  
*de delictis commissis à subdito in ter-*  
*ritorio statuentis, & cū agatur de de-*  
*lictio patrato in territorio Lucësi, sub-*  
*ditus delinquens iudicari debebit se-*  
*cundùm tramites iuris communis, nō*  
*autem secundùm pénam statuti, opti-*  
*mè Paris. cons. 159. vol. 4. num. 6. & 7.*  
*Bonacof. lib. 1. commun. opin. tom. 1. in*  
*rub. de legib. tit. 17. nu. 281. & tom. 1. lib.*  
*3. in rub. de iurisdict. omn. Iudic. tit. 11.*  
*nu. 30. & 35. latè Decian. in tract. cri-*  
*min. lib. 4. cap. 16. num. 4. vt aliàs fun-*  
*dauimus in hoc articulo in præsenti*  
*causa; sed sit vtcunque, quando Phi-*  
*llipps vigore statuti præsentati posset*  
*in aliquo obtinere ratione prætensiæ*  
*incapacitatis, id tantùmmodo proce-*  
*dere posset in bonis Ianuæ sitis, non*  
*alibi, in quibus Fiscus nullum habet*  
*interesse, nec in illis ius aliquod com-*  
*32 petere potest, ex quo quilibet Fiscus*  
*caperet bona sui territorij, si confisca-*  
*tio procederet, iuxta tradita per Surd.*  
*decis. 280. num. 9. & Fisci petitio non*  
*continet, nisi bona huius Regni, in*  
*quibus incapacitas allegata per Phi-*  
*llipps adaptari nō potest, & succe-*  
*sivè ex distinctione rei petitæ (quādo*  
*confiscationi locus esse potest) cùm*  
*nō appareat aliquod interesse nec le-*  
*ue, nec alicuius cōsiderationis, & di-*  
*uersa ratio vigeat in prætensiōne Philip-*  
*pi, & alia in causa Regij Fisci, ex prædi-*  
*ctis omninò erit expedienda causa*  
*Philippi in S. C. nullo præiudicio ge-*  
*nerato prætensis iuribus Regij Fisci*  
*decidendis in Regia Camera.*

Non omittendo etiam, quād ex alio  
 Phippus esset exclusus (quāuis esset in  
 probatis, & locus esset incapacitati ad  
 cōmodum proximioris) quoniā Cæ-  
 far Cataneus, à quo fuit institutus tā-

quām frater carnalis ortus ex diuersa  
 concubina nō succedebat Stephano  
 fratri ab intestato defuncto, attēto iu-  
 re comuni, nec vigore legitimatio-  
 nis limitatè concessæ, & minus ex iu-  
 re Hispanico, siue vigore alterius sta-  
 tuti Ianuæ admittentis ortos ex legiti-  
 mo matrimonio tantū, sicut particula-  
 riter in hoc articulo fūdauiimus supra.

Die 30. Octobris 1618.

*Facta relatione in Collaterali Consilio cum*  
*Dominis Consiliarijs adiunctis, & Con-*  
*siliario Sanfelicio pro Fisci patrono, suie*  
*prouisum, quād procedatur in S.C. adea,*  
*qua incumbunt in causa reclamationis*  
*prætensiæ incapacitatis Io. Baptista Ca-*  
*tanei inter eum, & Philippum Spinolæ*  
*vertentis in eodem S.C. Verùm circa*  
*prætensa per dictum Philippum contra*  
*Reg. Fiscum adeatur Reg. Cam.*

Et cùm prætendisset Philippus ab hoc  
 decreto reclamare.

*Sub die 19. Decembris 1618. fuit proui-*  
*sum, non competere reclamationem di-*  
*cto Philippo aduersus decretum prædi-*  
*ctum, saluis iuribus Regij Fisci.*

Et cùm ad eius instigationē Regius Fi-  
 scus à prædicto decreto etiam recla-  
 masset.

*Sub die 26. Februarij 1619. Fuit prouisum*  
*non competere reclamationem Regio Fi-*  
*sco à decreto Collateralis Consily late-*  
*sub dicto die 30. Octobris 1618.*

Compilato autem processu in causa re-  
 claimationis super articulo incapacita-  
 tis.

*Facta relatione in Collaterali Consilio sub*  
*die 2. Maij 1619.*

*Ex deductis, & allegatis in tortio Consilio*  
*fuit lata sententia, qua fuit Io. Baptista*  
*absolutus ab impetitis per quon. Philip-*  
*pum, & successivè Hieronymum, & Vin-*  
*centium Spinolas eius filios respectu ar-*  
*ticuli incapacitatis, & proindè imponē-*  
*dum esse perpetuum silentium.*

## ARGUMENTVM.

Dotis receptæ confessio non afficit eodem modo substitutos, siue fideicommissarios, prout mariti creditores. Hac de re materia auth. res, quæ C. cōm. de leg. præsertim an obtineat in alimentis, quâ breuiter, quâ vtiliter perstringitur, & dilucidatur.

## S V M M A R I V M .

## 1 Casus præsentis consultationis.

Dotis priuilegium, de quo in auth. res, quæ C. cōm. de leg. hic commemo-ratur.

## 2 Alimenta restituere non tenetur is, cui lite pendente sunt decreta, etiam si in principali causa succumbat; &amp; ideo pro eis non præstatur cauio.

## 3 Alimentorum prouiso in beneficium mulieris non fit cōtra tertium, cuius bona non sunt dotis restitutiōni obnoxia.

## 4 ... sunt ab heredibus viri præsianda obmoram commissam in dotis restitu-tione, &amp; ibi de ratione.

Idq; ampliatur etiam hæreditate ia-cente.

Vidua mulier in eodem matrimonio esse videtur.

## 5 Alimenta cuiilibet agenti vniuersali iudicio, &amp; iuris præsumptionem pro se babenti sunt decernenda, atque præstanda.

... quando debentur officio Iudicis, non debentur pro præterito.

## 6 Memoratæ auth. dispositio procedit in subſidium, ut potè non existentibus bonis liberis; sed dum taxat fideicom-misso subiectis.

## 7 Obsinet insuper in dote verè soluta, non autem in ea, quæ mera nititur con-

fessione, & de ratione.

Sed quid si lapsa sint fatalia opponen-di de dote non numerata?

8 Eiusdem authent. limitationi modo re-latae adnec̄tetur sublimitatio, qua ramen in dubium revocatur, nec non ingeniosè exploditur.

Mariti confessio de dote recepta preiudicat ipsius creditoribus, si præcedat promissio, ad quam amplius retrostra-bitur.

Atqui promissione cessante ex die con-fessionis præfertur mulier ceteris, qui successiue contraxerunt.

Cœterum huiusmodi traditiones perpe-rā aduocantur ad substitutorum ex-clusionem ex consideratis bīc per Authorem.

9 Declaratio Fontan. & P. Sanch. quam Author approbat.

10 Dotis promissio, quæ non antecedit; sed subēquitur matrimonium, vix effu-git sinistram coniecturam.

11 Testes dicentes habere notam manum, non probant, intellige, & declara, vt inf.

Apocæ, seu Albarani priuati quomo-do sit facienda probatio.

12 Mercatores facultatibus prolapsi, seu decocti sunt faciles ad mentiendum. ... præsumuntur fraudatores.

Fraus præ ceteris quomodo probetur, & num. 13.

Temporis breuitas, & actus vicinitas Iudicis arbitriu remissa.

Fraudem, ex quò occulte fit, dilucide probari, est nimis per difficile.

... non tollitur interuallo modici; sed longi temporis.

13 Contractuum pluralitas eodem tem-pore, & clām gestorum manifestam arguit fraudem.

Idq; ampliationem recipit, de qua bīc. Consanguinitas interdum auget frau-dis suspicionem.

Item clausula, & cautela insolita.

14 Contractus quandoq; fit; sed simulac̄, necnon de eo soluitur gabella ad finē fraudandi.

15 Fraus

- 15 *Fraus, & simulatio à marito commissa potest à tertio pro suo interesse; non autem ab eodem fraudatore allegari, & cum ratione.*
- 16 *Dotis receptae confessio non semel importat donationem, etiam si præcesserit illius constitutio; siue promissio.*
- 17 *Dicit.auth.res, quæ dispositio ubi fundata?*
- 18 *Solutio imaginaria, & fraudulenta quando insurgat ex Anchar. sententia.*
- 19 *Fructus maturi, sed non exacti à graduato, non ad ipsius hæredem, sed ad substitutum pertinent.*
- 20 *D. Præsidens Cacacius condignis effetur præconijs.*

Pro eodem Io. Baptista Cataneo  
cum Maria Spinola.

## CONSILIVM VI.

**M**aria Spinola experitur pro recuperatione suarum dotum, ac scutorū 10000. eidem legatorū per d. Cesarem Cata-neum ipsius virū in suo testamento, pro quib⁹ instetit satisfieri super portione Cæsari cōpetenti in bonis Baltassaris Catanei senioris, vel super tota portione relictā Cæsari, quamvis subiecta restitutioni ex regula text. in auth. res, quæ C. commun. de leg. aut super fructibus portionis prædictæ maturatis in vita Cæsaris, & non exactis; petens interim alimenta iuxta bina-decreta S.C. & quoniam per sententiam iudicatum extat, non competere Cesari legitimam, nec trebellianicam in bonis Baltassaris patris, de prætēso legato agendum non est, sed videndū erit tantummodo, an pro prætensa dotum restitutione duc. 5200. siue alimentis possit habere recursum super dicta portione Cæsaris deuoluta

- . ad Io. Baptistam Cataneum vigore substitutionis, & fideicommissi.
- Et tuendo apertissima iura dicti Io. Baptista, ex infra scriptis demonstrabitur, non esse locum restitutioni dotum super bonis prædictis, & minus præstationi alimentorū, non obstantibus decretis S.C. quæ non loquuntur de alimentis, sed de liberationibus factis in ann. 1605. & 1611. in causam declarandam cum cautione de restituendo ad omnem ordinem: Si enim pro alimentis processissent liberations, cautio ordinata non fuisset, quoniam qui recepit, restituere non teneretur, etiam si in causa principali succumberet Affl. decis. 152. num. 4. Boer. dec. 324. num. 3. Molin. de primog. lib. 2. c. 16. num. 42. & seq. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 35. num. 36. cum seq. & Surd. de alim. tit. 1. q. 120. per tot. casteriq; per D. de Franch. in dec. 614. nu. j. Idcirco decreta non obstant, quæ alia ratione fuerunt interposita, vt infra dicetur. Et Maria fundare debet creditum suum, pro quo possit obtinere super bonis fideicommisso subiectis, cùm illa Io. Baptista non possideat vt hæres Cæsaris; sed vigore dispositio-nis Baltassaris Catanei, super quibus (vt fundabitur) Maria nullum potest habere regresum, & consequenter cessat petitio alimentorum in bonis nō obligatis pro restitutione dotiū, & possessis ab alio, quā ab hærede viri, ex traditis per Rebuff. super Constitut. Franciæ in tit. de sentent. prouif. art. 3. glof. 1. num. 25. præstanda sunt enim alimenta ab hæreditibus viri, qui sunt in mora dotis restituendæ, vt ibid. Rebuff. tradit. num. 15. conferunt nota per Capyc. dec. 24. Surd. in d. tract. de alim. q. 118. num. 9. & 10. ea ratione, q̄a vidua dicitur in codem matrimonio perdurare, l. filij S. vidua ff. ad municip. l. quoties C. de priuil. schol. lib. 12. & Surd. eod. tract. tit. 9. q. 37. num. 5. & debentur alimenta etiam hæreditate iacente ab eo, qui adhuc hæres declatus non est, vt ibid. Rebuff. num. 14.

L. 3      5 sicq;

5 sicut pro regula constituitur in vniuersali iudicio in omni persona, quæ tamen habet iuris presumptionem pro se, iuxta tradita per *Afflct. decis. 10.* & *11.* vbi *Addentes*; Cūm ergo Ioan. Baptista non sit hæres Cæsar, sed Philippus Spinola hæres, & adhuc debitor prætensarum dotium, cessat petitio alimentorum, & fundare debet Maria suā actionem super bonis possessis vigore fideicommissi, quæ omnino ex infra scriptis venit deneganda, & pariter ius nō assilit pro alimētorum præstatione, hucusque non obteta, quoniam si Maria prætēdit alimenta præteriti temporis, nullo modo poterit obtainere: alimenta enim, quæ debētur nō iure actionis, sed officio Iudicis, non debētur pro præterito ex doctrina *Bart.* communiter recepta in *l.libertis*, quos §. 1. num. 3. *ff.de alimen.* & *cibar.leg.* *Alexand. Dec.* & alijs in *l.de alimentis* *C.de trans.* latè *Surd.de alimen.* loquens in specie in vidua dicto tit. 5. q. 1. nu. 43. & 45. cum seq. nisi esset post litem contestatam, tunc enim non dicuntur præterita, sed futura, vt per *D. de Franch.* in dec. 605. *Viui. decis. 523.* *Surd.de alim.priuil.60.* num. 16. *Scacc.de appell.* q. 17. num. 15. & latè *Giurb. decis. Sicil.* 4. num. 47.

Pro futuris autem iam processus est compilatus super dotium restitutio-ne, & causa non est expedita factō ipsius Mariæ, quæ nunquam instetit pro expeditione, & Ioa. Baptista nedum impedimentum aliquod non præstitit, sed instantissimē petijt procedi ad expeditionem causæ, vt à tali molestia liberetur, cūm facilius sit causam debito fine terminare, quam recognitis meritis causæ tantummodò tractare de prætensa alimentorum præstatio-ne, quæ nullo iure confirmari poterit.

Considerandum est primò, quod si Mariæ esset facienda aliqua dotium restitutio, etiam si constito de dote soluta posset Maria agere super bonis restitutio*n*i subiectis ex regula dictæ

6 auth. res, quæ illud sine dubio pcederet in subsidium, vt ibidem sine contradictione concludūt *Salyc.Cur.num. 16.* & ceteri, *Bal.conf.468.vol.4.Socin. conf.75.col. 1.vol.4.Iaf.conf.231.nu.4 vol.1.Paris.conf.63.nu. 49.vol.2.Crauett. conf.19.num.18. D. de Franchis decis.519. num.2. & seq. & decis.241.* 2. p. & ceteri cōmuniter, idcirco dum adest Philippus hæres Cæsar, debitoris ex confessione dotis receptæ, non potest directò prætendi restitutio dotis super bonis substitutorum, omisso hærede viri debitoris, qui hæreditatem adiuit sine beneficio inuētarij, vel saltem esset facienda discussio bonorum Cæsar, insuper idem Philippus adhuc est debitor prætensarum dotium promissarum, & contra ipsum præcipue actio dirigenda est, nō autem super bonis substitutorum. Et cūm constiterit hac via satisfieri non posse, tunc agendum esset super bonis vinculatis, si vera dotis solutio appareret, & Ioa. Baptista consignatis sibi literis ex equitorialibus, quamvis non teneretur, faciliter inuestigabit bona Philippi pro dotium prædictarū restitutio*n*e: interim verò hac discussione non facta, nullatenus molestandus erit in bonis proprijs obuentis ex substitutione.

Secundò, si hodiè appareret nihil esse in bonis Cæsar, & facta esset discussio etiam contra Philippum, adhuc Maria super bonis Baltassaris senioris aliquid prætendere non potest. Cūm ex sui parte non afferatur promissio dotis, & vera solutio, sed tantum confessio mariti pro summa, 7 duc. 5200. Quo casu sequitur alia cōclusio firmata à DD. quod text. in d. auth. res, quæ procedit in dote vere soluta, non in dote confessata, quia daretur occasio subuertendi iura fideicommissorum, ita *Angel.* in d. auth. in corpore, vnde sumitur in tit. de restitut. & ea, quæ parit in 1. & 2. colum. *Iaf.* in d. auth. col. 2. *Paris. conf.52.col. ult.vol.2.D. de Franch. decis.613.nu.8.* (licet

# Consilium VI.

127

(licet non procedat pro interesse, idem de Francb. num. 7.) etiam si tempus lapsus esset ad opponendum exceptionem non numeratae dotis, *Lupus in repetit. cap. per vestras S. 15. latè, & Peregr. de fideicommiss. art. 42. num. 83.*

**8** Pars aduersa conatur sublimitare hanc limitationem auth. prædictæ, vt non procedat, quando præcedit promissio dotis, & subsequitur deinde confessio mariti, quo casu sicut confessio viri præjudicat creditoribus præcedente promissione, vt latè *Afflct. dec. 402. & Boer. dec. 330.* ita etiam præjudicare debet substitutis, ad quod allegat fortè *Anton. Padill. in d. auth. inf.* sed hæc sublimitatio parti non opitulatur, tam ex dispositione iuris, quam ex facto. Dum enim confessio simplex mariti non obstat substitutis contracto matrimonio, neque obesse poterit, quamuis promissio præcesserit, quia adhuc non cessat fraus subuertendi fideicommissum confitendo dotem receptam, verè non solutam; licet promissam, ita in terminis posuit *Cacheran. decis. Pedemont. 172. nu. 10. cumseq. & Anton. Padilla post traditam conclusionem, quod d. authent.* non procedit in dote confessata, subdit: *Ego existimo, quod cum sint certi casus, in quibus dotis receptæ confessio præjudicat creditoribus, quod in eisdem casibus præjudicat fideicommissarijs, & nihil aliud allegat.* Quod argumētum ex abundanti, ultra supradicta, data instantia facillimè tollitur, siquidem DD. dicunt, quod si præcedit promissio, confessio mariti retrotrahitur ad diç promissionis. Cessante verò promissione attéditur dies cōfessionis, & ex die confessionis præfertur cæteris, qui deinde cōtraxerunt, vt latè *Ioseph Ludouic. in decis. Peruf. 66.* & sic vide mus, quod sola cōfessio mariti nocet creditoribus, qui posteà contraxerūt. Et tamen clarum est, quod sola confessio non nocet substitutis post matrimonium *Ruin. conf. 199. nu. 2. lib. 2.*

& alij relati à *Peregr. loco citato*, ideòq neque sequitur, quod si promissio nocet ab illo die creditorib⁹ subsequuta cōfessione, quod noceat pariter substitutis, cū requiratur actus verus dotis solutæ, vt benè comprobat *Oſach. d. dec. 172.* vt supra diximus.

Prætereà hoc Partis assumptum ex *decis. Afflct. 402.* recipit interpretationem, dummodò aliqua fraus colligi non possit, alias neque noceret, vt **9** per *Fontanell. de pac̄. nuptial. claus. 4. glo. 26. num. 32. & 34. & P. Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 9. per tot. & facit Rol. à Vall. in conf. 93. nu. 26. 27. & 28. lib. j.* Vnde cùm in casu nostro multæ adsint fraudes, vt demonstrabimus, sequitur nullo modo opitulari posse ex mariti confessione.

Ex facto quoquè tollitur hēc obiectione, quoniam promissio præcedens, in qua Pars præcipue fundatur, non præcessit matrimonium contractum sub die 29. Octobr. 1597. & quamuis productum fuerit Albaranum initum, vt prætenditur sub die 2. Nouembris eiusdem Anni, illud verificatum non est per testes, qui deponunt, licet etiā inutiliter, super Albarano cōfecto sub die 29. Octobris 1597. Quod non est in processu productum, ex quo patet etiam, quæ fides his testibus in reliquis sit adhibenda, & cōfirmato matrimonio in anno 1599. alia promissio dotis non intercessit, sed affertur aliud Albaranum cōfectum sub die 12. Februarij 1601. & sic elapsis annis quatuor à die matrimonij contracti, quæ promissio vigore dicti Albarani considerabilis nō est, cùm nō pcedat matrimonium, sed procuratum fuerit eo tempore in damnum creditorum Philippi, vt mox inferiùs confirmabitur, vbi enim non præcedit dotis promissio ante matrimonium, sed post, vt in casu nostro, & adsit aliqua sinistra coniectura, iudicandum est pro fideicomisso, sine dubio exclusa muliere, et si subsistere posset contraria opinio *Padill.* vt latissimè docet *Peregr. de fidei-*

*ſed icom.d.ar.42.nu.83.infi.* quod sufficeret ad tollendam omnem controuersiam, cùm dotis promissio non præcesserit matrimonium, vt supra contractum, sed longè post, & maxima fraude adhibita ex infrascriptis.

11 Tertiò aduertendum est, nullam esse habendam rationem primi Albarani initi, vt afferitur sub die 2. Nouēbris 1597. Quia licet sit productum in processu, testes tamen non depoñunt de hoc Albarano, sed de alio confecto sub die 29. Octobris 1597. quod non est exhibitum, & iuxta articulum falsò deponunt de Albarano non existente, nec producto, vltra quod tantum deponunt habere notam manū, quod nec sufficeret etiā si exhiberetur: non n.s. sumus in litteris missiuis, vel litteris cambij, in quibus admittuntur testes deponentes, habere notam manum, vt per *Vrsill. ad Afflīct. in decīs. 181. num. 5.* & post nu. 12. *Grammat. decīs. 34. nu. 16. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 2. cas. 114. num. 24.* latè *Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 24. num. 20. & 22.* & optimè *Bursat. in conf. 39. num. 25. vol. 1.* sed sumus in apoca, sèu albarano priuato, qđ datur à parte parti, quo casu testes debent deponere, fuisse præsentes, vt per *Afflīct. d. decīs. 181. Couarr. pract. cap. 22.* latè *idem Theſſ. vbi ſupra num. 5. 9. & 20. Rot. Roma. in nouiſſimis decīs. 570. par. 1. decīs. 124. par. 2. & decīs. 527. num. 2. & 3. par. 3.* & fusè *Alexand. Trentacing. variar. resolut. volum. 1. lib. 2. resolut. 7. poſt num. 4. verſic. primus eſt,* & ſic remanet cartula informis non probata, nullam fidem faciens, quamuis deſcripta poſt matrimonium. Insuper Albaranum prædictum apparet ſcriptum manu ipsius Philippi cum ſubſcriptione prætenſa **Cæſaris Catanei**, quæ neceſſaria non erat, cū ex ſui parte nihil pmitteretur. Item fuisse productū poſt exhibitam ſententiam decoctionis Philippi, & ſi hoc Albaranum fuifset verum, præcessifſet matrimoniu, & amplius de eo

fuifſet facta mentio in ſecundo Albarano confeſto ſub dicto die 12. Febr. 1601. ſed quia hoc ſecundum Albaranum erat in proceſſu præſentatum, refici non poterat, vt aliud primum præſentatum enunciaretur, & ſic verè primum Albaranum in hoc ſecundo non fuit enunciatum, cū adhuc confeſtū non eſſet, ſed deinde conſtructū ſine dubio cum ante data ad tollēdas alias infrascriptas ſuſpitiones fraudis, licet parti vnde quaque prodeſſe non poſſit, cùm non ſit comprobatum per testes. Et ſi verū fuifſet, ab initio exhibitum eſſet.

Aliud verò Albaranum ( ſi eodem vitio non careret) obefſe non poſteſt, cùm ex ſui facie appareat confeſtum decuſſis iam annis quatuor à die matrimonij contracti, eſt in ſuper nedum ſuſpeſtum; ſed nullius eſſicaciat, namq; Philippus per ſententiam Ianuæ fuit declaratus decoctus à Feria Paschatis 1601. Albaranum autem ( ſi verum eſſet) apparet initium ſub die 12. Febr. eiusdem anni, & ſic tempore proximo decoctioni; Iſti enim falliti faciles ſunt ad men- tiendum, vt dicit *Bald. in conf. 400. in libris Theſaur. iriæ num. 3. volum. 5.* & ſemper adest ſuſpicio fraudis, cùm præſumantur fraudatores, idem *Bald. in conf. 382. in fin. lib. 5. Boer. dec. 215. nu. 6. Stracca de decoct. 3. par. num. 22. & 23. ex tex. in l. ſi hominem ſ. quoties ff. mand. latè *Matien. tit. 19. de decoct. l. 1. glo. 1. num. 4.* & ex breuitate tem- poris fugiendi, & fraudādi conſilium præſumitur initium à decoctore, & tot ſunt eorum fraudes, quæ vix numera- ri poſſunt, *Mathien. posuit loco citato num. 13. & 14. & titul. 11. l. 7. glof. 13. poſt num. 9.* Ex vicinitate enim actus probatur fraud, ad notata in l. ſi ventri ſ. in bonis in ſi. ff. de priuile. credit. *Bart. in l. poſt contraſtum ff. de don. Dec. con- ſil. 182. poſt num. 19. probat text. in l. ſi cum dote ſ. ſi mulier ff. ſolu. matrim. Crauet. conf. 189. nu. 9. Alexan. conf. 28. col. 2. num. 7. vol. 5.**

E

Et sic et non possit dari certa regula, & Iudicis arbitrio remittatur, quæ dicatur breuitas temporis, & vicinitas actuum, ut docet *Surd. decisi. 326. nū. 8.*

**12** cum seq. secundum qualitatem facti, & personarum, & ex alijs circunstan- tias, & inditijs, ut per *Luc. de Penn. in l. quemadmodum colum. 9. circa fin. C. de Agric. & Cens. lib. 11. iuxta glos. in l. apud Gelsum in princ. ff. de exceptio. dolii*, ex eo, quia isti actus occulte sunt, dicit *Crauet. cons. 100. num. 3. & consil. 143. num. 12.* Et difficile est, fraudem dilucidè probare, de quo *Bald.* optimè in *cons. 149. num. 3. lib. 1. adhuc interuallum non tollit fraudem*, posuit *Alexand. cons. 51. colum. 2. volum. 4.* sed debet esse longum interuallum, non modici temporis, ut idem *Alex. cons. 119. circa fin. lib. 4.* maximè in materia suspecta, *Crauet.* optimè vidēdus in *cons. 156. num. 17. & 18.* tanto magis in casu nostro, cùm per testes plenissimè sit deductum, *Philippum*, & *Melchiorem de Nigrone* sacerorum, & generum socios à mense Februarij deteriorasse eorum conditionem, & fides in negotijs difficiliter adhibebatur, ob quod ex his actibus inducitur procul dubio consilium fraudis, cùm eo tempore incipiebant vergere ad inopiam, ut *Bal.* considerat in *cons. 149. num. 2. vol. 1.* etiam si ex fama non reputarentur eo tempore idonei, ex qua animus Iudicis inducitur ad credendam fraudem, & simulationem, *Crauet. d. cons. 189. nū. 12.* & sic ex his, quæ præcedunt, & subsequuntur, ut idem posuit in *d. cons. 100. num. 8. & d. cons. 143. num. 9.*

**13** Amplius eadem die 12. Februarij 1601. fuerunt clām, & occulte cōfessi. Et quatuor alij Albarani in beneficium aliarum personarum attinētum *Philippo*, ut ex facto, qui varijs, phureisq; contractus eodem tempore fraudem arguunt manifestam, iuxta tradita per *Bald. in consil. 125. tres sunt contractus lib. 1. Crauet. dict. cons. 189. num. 7. & dict. cons. 156. num. 11. in fin.* etiam si

non simul; sed interpellatis vicibus fuissent confecti, si deinde modico elapsō tempore foro cessit, vel ratios conturbauit, ex notatis in *l. nomen S. filio, ubi glos. & Bald. ff. de leg. 3. Bald. in l. 1. queſt. 4. C. si quid in fraudem patro. Matienz. latè loco citato nu. 8. circa fin. & num. 9.* fuerunt quoque initi in beneficium coniunctorum, quod auget fraudis suspicionem *l. data opera C. de donat. l. si inter ff. de don. inter vir. & uxor. Bart. in dict. l. post contractum sub nu. 30. Matienz. loco citato num. 7. & 9. in fin. Luc. de Penn. in d. l. quemadmodum colum. 2. in princ. & clām, & occulte, quo casu isti clandestini contractus inducūt plenam probationem improbitatis *l. non existimo ff. de administr. tuto. cap. unico, extra vi Eccles. beneficia, Bal. in d. cons. 149. nū. 2. vol. 1. & Luc. de Pen. in ead. l. quemadmodum ead. colum. 2. versic. tertio præsumitur.* Adeſt insuper constitutio hypothecæ, nunquam aliàs in beneficiū aliorum creditorum per *Philippum* cōſtitutæ, idque tunc efficit pro genero, & filia in perniciem tot aliorum creditorum habentium tantummodò personalem actionem, & testes in subscriptione testātur vidisse *Philippum* subscribe re Albaranum, ideoq; tot variæ scripturæ mediantibus Albaranis, cum clausulis, & cautelis insolitis, ultra supradicta fraudem manifestam confirmant *glos. Bart. & ceteri in l. si quis sub conditio ff. de cond. instit. Crau. d. cons. 100. num. 1. Bal. in cons. 487. lib. 1. Alex. cons. 28. nū. 8. & Matienz. eadem loco citato tit. 19. glos. 1. nū. 8.* Et si adrat primum Albaranum, non erat opus constructione secundi, sed solutione dotis promissæ, non expressa causa, quarè secundum Albaranum cōſtie- retur, non facta mentione primi, omis- sa dotis solutione, vel partis, ex qui- bus, vna cum alijs in facto notatis constat, nullam esse habendam ratio- nem dictarum scripturarum in præi- dicium tertij, & sic Ioa. Baptistæ sub- substituti.*

Et

14 Et quamuis pro dote constituta in secundo Albarano fuerit soluta Gabella in Civitate Ianuæ, hæc solutio comprobat apertius fraudem allegatam, quoniam si est verum, quòd ab Exactoribus adhibetur exactissima diligentia, si verè dos constituta fuisset, solutio Gabellæ ex parte vtriusque interuenisset tempore contracti matrimonij in anno 97. vel tempore confirmationis in anno 99. vel de mense Februarij 1601. iuxta secundum Albaranum, sed quia apparet soluta à Cæsare pro se, & socero de mense Octobris 1601. iā secuta decoctione Philosophi, & in hac solutione non poterat fieri antedata, resultat sine dubio dolus, & fraus circa machinationē scripturarum prædictarum, quamvis nullius momenti matrimonio iam contracto.

Minus etiam obstat, quòd in dote includuntur ducati 1200. legati Mariæ per Dominicum Cataneum patrē Io. Baptiste, quasi quòd ex hoc videatur vera dotis constitutio, quoniam si verè promissiones prædictæ absque fraude processisset, exactio dictæ quantitatis spectauisset ad Philippum iuxta reseruationem contētam in dicto secundo Albarano, & nihilominus patet, illos post Albaranū fuisse exactos per Cæsarem, nō in causam dotis, sed vti procuratorem Mariæ, quod tanto fortius confirmat fraudem allegatam.

Denique non obstat prætensa solutio ducat. 5200. facta eidem Cæsari per Hieronymū Spinolam filium Philosophi in causam scutorū 4.mil. dotum promissarum, quæ videtur sufficere Mariæ ex vera numeratione secuta per Banchum, quoniam ultra deducta in facto, cumulando machinationes, & inuentiones dolii, vel fraudis ex hoc magis comprobantur fraudes superius consideratae. Fit enim solutio per Hieronymum dicitur ducat. 5200. sed eadem die restituuntur eidem per Cæsarem ducat. 4700. sicut ex partita constat, vndē succedit vera cōclusio,

quòd si agitur contra maritum recipientē, potuit sibi præjudicare, sed nō tertio, & sic Ioa. Baptistæ substituto, qui vti tertius potest simulationem, & fraudem allegare, quamvis marito nō permittatur, extraditis per Bart. in conf. 81. Martinus in fine vol. 1. & in d.l. post contractum num. 6. Socin. conf. 264. col. 2. vers. 7. & ultimo, volum. 2. quia præsumitur donatio, maximè cū actus concernat personam coniunctam, & fraus allegatur à tertio pro suo interesse, vt distinguendo posuit Bald. conf. 438. an possessio nu. 2. vol. 5. & Paul. de Castr. in consil. 173. præsuppositis num. 2. volum. 2. & optimè Menoch. lib. 3. præsumpt. 12. à num. 78. Insuper attento Albarano solutio dotis non erat facienda liberè in manibus Cæsarisi, sed dos integra detineri debebat ad utilitatē Mariæ. Cùm igitur

16 prætensa solutio processerit cōtra formam prætarum promissionū, & eodem die restituti fuerint duc. 4700. ex qualibet suspicione fraudis nō resultat vera solutio, nec vera cōfessio, sed potius donatio, & iudicari non potest vera solutio dotis, & si precessisset verè instrumentum promissionis, vt singulariter tradit Loffred. videndus in his terminis in conf. 22. n. 2. per totum, qui nonnulla alia considerat ad confirmationem, quod si aliter intelligetur, esset aperta via fraudibus cōfiteo receptionē, absq; vera solutionē, subuertēdo iura fideicōmissariorum.

17 Fundatur namq; dispositio dictæ auth. res, quæ in intentione testatoris, qui obligasset bona super restitutio- ne dotis filio verè solutæ, vt omnes DD. ibi concludunt, & quemadmodū ille tex. non procedit in dote solummodo confessata; pariter dicendum, erit etiam attenta volūtate testatoris, vt non habeat locum in prætensa quātitate soluta, & eadem hora resti- tuta, & sic in momento consumpta, seu potius retrodonata, quod ex alio deducitur, cùm post hanc figuratā so- lutionem Cæsar egerit in Curia Cō- fusa-

sulatas pro partita prædicta, ex quo resultat imaginaria, & fraudulēta solutio, ex traditis per *Anchar. in conf. 434. col. 2. vers. præterea aduertēdum.* Remanent igitur verē soluti ducati 500. licet contra formam promissionis allegatae, quorum causa, ac etiam ratione legati facti per Dominicum dictorum ducatorum 1200. potuit Sac. Cons. moueri in decernēdo solutiones prædictas in causam declarandam cum cautione, non autem in causam alimenterū, quæ nullo modo debentur, & hodie constat nec dictos duc. 500. à Ioāne Baptista substituto exegi posse, nec alios duc. 1200. iam solutos Cæsari vti procuratori Mariæ, vt traditum est supra.

Quoad vltimum respectu fructuū maturatorū in vita Cæsaris (licet sint nullius considerationis, cùm propè tempus mortis receperit duc. 2207. anticipatè tām respectu quantitatū exactarum, quām exigendarum, vt ex instrumento fol. 55.) etiam si aliquid deberetur, si fructus illi iam maturati fuerūt exacti à fideicommissarijs, agat Maria contra eosdem fideicommissarios, cùm pro illis Ioann. Baptista substitutus non sit obligatus, nec bona ad ipsū peruererunt ex substitutione, & cōtra illos Maria iam egit pro redditione computorum; aut maturati 19 erant tempore obitus Cæsaris, sed non exacti, & illi pertinent ad Ioann. Baptistam substitutū, ad *tex. in l. postulante, & l. deducta S. qui post ff. ad Treb.* de quo latè *D. de Franch. dec. 13. & 49.* Et ex his patet, Ioannem Baptistam Cataneum molestari non posse à Maria pro prætensa dotium restituzione, & minus ex prætensa præstatione alimentorum.

20 In hoc articulo pro Ioa. Baptista allegauit etiam doctissimè Io. Camillus Cacacius olim Aduocatus primarius, & collega, deinde oculatissimus Fisci patronus, nūc verò dignissimus Præsidens Regiæ Cameræ.

*Etcum pluries instetisset Maria, non potuit obtinere in præstatione alimentorum.*

## ARGUMENTVM.

Sententia quando incidentia, si uè exceptiones incidenter obiectas, de ipsis expressè non loquens, exclusisse; & quando vni ex litigatoribus ius non adesse pronunciat, alterum potiorem, & victorem reddidisse intelligatur, ad interpretationem *l. si inter me, & te ff. de except. rei iud. & cap. cùm dilectus §. verū il 1. de ordin. cognit.*

## SYMMA RIVM.

- 1 *Exordiam disputationis.*
- 2 *Contradictor legitimus quomodo quis Aduersarij facto constituatur.*
- 3 *Legitime, & Trebellianicæ detractione cessante non aperitur locus petitæ immissioni, & cum ratione.*  
*Fideicommissarius, & substitutus quādo possit propria auctoritate possessiō nem capere, & sine vitio.*
- 4 *Cautio in casu retractationis quid operetur.*
- 5 *Verus intellectus cap. cùm dilectus §. verū de ord. cogn. quem optimè calluit Aret. relatus hic in fi. ... & l. si inter me, & te ff. de except. rei iud. & num. seq.*  
*Articulus incidenter oppositus, & plenè discussus, dicitur decisus etiam si insententia non dicatur.*  
*Ea, quæ veniunt in necessariam consequentiam tacite subintelliguntur.*

6 Exe-

- 6 *Exequitor si possidet potest transferre dominium, & possessionem.*  
*Sed quid dicendum de possessione, qua transfertur per constitutum?*
- 7 *Interdictum retinenda quando competit Exequitori?*
- 8 *Colonus quando possit transferre possessionem per constitutum.*
- 9 *Sententia expressè unius ex litigatoriis exclusua quando virtualiter, & tacite alterius inclusua intelligatur.*  
*...lata super principali quando exceptionem pariat super incidenti ex Salyc. traditione.*  
*Qui vult consequens vult suum necessarium antecedens.*  
*Exceptio rei iudicata obstat etiam si in consequentiāam aliquid ex re iudicata inferatur.*
- 10 *Excipientem, non est necesse, aliquid petere, quando ius ipseus directe opponitur iuri agentis.*  
*Ex quo hoc euentu tenetur Iudex per modum causæ pronunciare.*  
*Bald. declaratio adnectitur ad eandem l. si inter me.*
- 11 *Postremò notabili distinctione resolutur præsens controversia, ex qua remouetur contrarium, & pariter com memorata lex recipit declaracionem.*
- 12 *Sententia quandoque ius facit quod ad personas non existentes in iudicio.*

Pro eodem Io. Baptista  
Cataneo.

### CONSILIVUM VII.

 Xecutionem decretorum in beneficium Io. Baptiste Catanei nullo modo impediri debere ob prætensa per Philippum Spinulam, etiam pro executione sententiae, qua declaratum fuit, non competere Philippo legitimam, nec trebellianicam, & proindè

non esse locum petitæ immisioni, ex his, quæ alias tempore interpositionis decretorum fuerunt latè allegata de quibus in consil. 1. existimo.

Cui nullatenus obesse poterit, qd ex sententia prædicta non resultet declaratio iuris competentis Io. Baptista, quāuis ex ea Philippus fuerit exclusus, cùm neq; appareat, Ioa: Baptista esse possessorem, ob quod eidē directe liberatio fieri non poterit, nō præcedente petitione, & sententia declaratoria in sui beneficiū, quodq; prædicta omnia decidēda sint in iudicio ordinario, auditio Philippo. Quoniam prædicta ex alijs infra scriptis facillimè diluuntur.

Primò, in hoc iudicio Ioa. Baptista comparuerat cum alijs fideicommissarijs, & executoribus ad impediēdam immisionem vigore substitutionis, & fideicommissi; & dato termino Philippus instetit pro exhibitione mandati Ioa. Baptiste vti substituti, & proprio nomine; quo attento nedūm dicitur legitimus contradictor ex sola instantia Philippi, vt alias in 1. consil. art. ... fundatum fuit. Sed quia fuit etiam vocatus vt substitutus: Cūmq; Philippus à Ioa. Baptista fuerit superatus, amplius disputari nō debet, an sit talis substitutus, vel si ad eundem bona pertineant vigore fideicommissi ex traditis latè per Neuizan. consil. 17. num. 8: comprobat Surd. decif. 104. à num. 8. cum seqq. & vti substitutus fuit reputatus per Sac. Cons. dūm ante sententiam per bina decreta eidem permissa exactio tertiarum, & introituum totius hæreditatis, vt in facto.

Secundò, alias fundauimus, quod non repeto, nedūm fuisse discussum, & decisum summarium iudicium immisionis, sed plenissimè omnia concernentia iudicium ordinarium petitorij; & cùm in omnibus constitisset de non iure Philippi, fuit etiam exclusus à petita immisione, vt ex verbis sententiae aperte colligitur; idcirkò dūm declaratum fuit, non competere legi-

legitimam, nec trebellianicam, non erat locus immissioni petitę cessante detractione ad euitandum circuitum inutilem, vnde statim fit locus substituto, & fideicommissario, cui in hoc casu licitum erit capere possessionem sine vitio etiam absque Iudicis autoritate, vt latè fundat *Surd. decis. 333. per tot. & propriè post num. 12. versc. non etiam cessat par. 2. impress. post 4. volum. consil.* sublato igitur impedimento ob prætensam detractionem vigore sententiae, reducuntur omnia in pristinum statum, prout reperiebantur ante sequestrum, stante etiam cautione in casu retradationis, quæ operatur, vt reduci debeat res in statum pristinum ante sententiam, *Guid. Pap. dec. 50.*

Tertiò, etiā quòd dici posset, quòd licet Philippus per sententiam fuerit exclusus, non ex hoc inducatur institutio, seu declaratio in beneficium Ioannis Baptiste, ad *text. in cap. cùm dilectus §. verùm extra de ordin. cognitio. & in l. si inter me, & te ff. de exception. rei iudic.* Nihilominus id intelligitur primò, si Actor, qui succubuit, aliqua bona possideat, tunc enim ab eo possessio auctorari non poterit absque alia petitione, & iudicio, ita loquitur iura prædicta, vt ex eis patet, sicut prodest etiam sententia possessoria, & est exequenda, vt tradit *Castr. ibidem num. 20. versc. si verò.* Secundò, dispositio dictorum iurium procedit, quando actor succubuit, reo tantum excipiente, non cognito aliquo modo de iuribus rei; secus autem si omnia fuerunt deducta, & de omnibus plenè fuerit cognitum, quia tunc perpetuò præjudicat; prout etiam præjudicaret tertio, data scientia *Bar. in l. sapè post num. 13. de re iud.* esset enim absurdum, iterum agi debere cum Philippo cum plenaria causa cognitione iam excluso, & nihil possidete; sufficit enim plenariè fuisse

de omnibus deductis cognitum, vt decisum super omnibus intelligatur etiam incidenter ad *text. in l. 1. C. de ordin. iud. vbi glo. in verb. quoniam, & ibi Angel. reassumit num. 1. Castr. & Bald. nu. 5. in fin. & num. 13. Aret.* optimè allegans *text. in d. cap. cùm dilectus in cons. 155. num. 5. & seq.* idè dum decisa est causa prætentæ detractionis, & immissionis non summarie, sed plenissimè, decisus est etiam necessariò articulus incidens fideicommissi etiam quòd in sententia non dicatur, vt in eadem *l. 1. notat Castr. nu. 8. versc. & prædicta*, quia ea, quæ in necessariam cōsequentiam veniunt, tacite subintelliguntur, *Q. fasc. decis. Pedem. 63. num. 5.*

Quartò, dum Ioann. Baptista excipiens legitimè possidebat, & possidet, non opus est alia sententia, & sufficit declaratum fuisse, non competere legitimam, neque trebellianicam, & proindè ab omnibus fuisse exclusum, vt probat *text. in d. l. 5. inter me. possessio autem deducitur nedum ex decreto relaxationis Prætoris Ianuæ; sed etiam ex actu relaxationis gesto per Executores, qui constituerunt se possidere præcario nomine Ioan. Baptiste: modò quando Executores possident, vt in casu nostro demonstratum est ex examinationibus factis, possunt sine dubio transferre dominium, & possessionem, vt docet *Matienz. lib. 5. titul. 4. l. 14. glof. 1. num. 29. ex mente Bart. in l. alio num. 20. ff. de aliment. & cibar. legat. & Dom. de Franchis de eis. 204.**

Nec dicatur, Executorem nō posse tradere possessionem per constitutū, sed tantum actualem possessionem, non fictam, quia non possidet sibi, sed alieno nomine, vt latè *Sesse decis. 54. circa fin. post Joan. Fabr. in S. retinenda nu. 3. Institut. de interdictis*, ac propterè eidem interdictum retinendę non competit; vt per eundem *Fabr. vbi supra*, prout etiam in Colono de-

temptore, qui neque possessionem transferre potest, cùm non possideat,  
*Tiraq. de iure constituti limit.* 14. à num. 3.

Siquidem si vera est doctrina Bar. in d.l.alio nu. 20. Executorem transferre possessionem, quam sequitur etiam D.de Franch.d.decis.54.post nu. 16. & 17. ergo si illam non haberent, transferre non possent, ac propterea si possunt transferre, quia habent, possunt etiam per constitutū, nec obstat 7 doctrina Ioa. Fabr. nā declaratur per Menoch. de retin. poss. remed. 3. nu. 64. quòd aut Executor interdictum retainendæ proponit nomine suo, & tunc male experitur, cùm pro suo non possideat, & ita procedit dictum Ioann. Fabr. aut nomine heredum, quibus distribuenda est hereditas, & tunc rectè experitur, & sic etiam quòd non possideat sibi, rectè agit, refert etiam Seff. d.decis.54. num. 14. & 15.

Sed vt tollatur omnis difficultas nedum in Executore possidente, sed 8 etiam in Colono, adhuc poterit trāfieri possessio per constitutum, quādo tamen possessio est vacans, doctrina est punctualis Bart. in l. quod mso. num. 9. ff. de acquirend. possession. & facit Idem in l. qui vniuersas §. quod per Colonum ff. eodem, cuius verba notanda sunt, quia non habent contradictem; fortius igitur est in Exequitore, qui non detinet vt Colonus, sed possidet, vt diximus, & agit, licet non pro suo, sed alieno nomine, de quo etiam videndus est Tiraquell. in dicto tract. de iure, constitut. limitat. 14. à num. 3. & ideo sufficit, Philippum non possidere, vt possessio cēleatur ex actu p̄dicto per Exequutores translata in Ioan. Baptistam.

Quinto, per sententiam latam contra Philippum necessariò iudicatum est pro fideicommisso in beneficium Ioannis Baptistæ substituti, egit namquè Philippus pro immis-

sione, fuit oppositum de fideicommisso, instetit Philippus secundo loco pro immisione, non obstante fideicommisso, dum sequitur deinde sententia contra Philippum, necessariò sequitur fuisse iudicatum pro iubstituto, quoniam si fideicommissum non obstitisset, sine dubio denegari non poterat immissio, ideo denegata immisione obstante fideicommisso per sententiam, quæ non in aliâ causa fundatur, quād in illa exclusiva Philippi, plenum præiudicium parit, & totalem executionem 9 meretur, comprobat Salyces. in dicta l. i. num. 8. C. de ordin. iudic. Et sic excluso Philippo à detractionibus, & immisione petita, in necessarium antecedens Ioann. Baptista censetur declaratus successor ex fideicommisso, ex doctrina Alexandr. in rubr. C. qui admitt. Felyn. in cap. 2. num. 13. vers. demum tene menti de libell. oblation. Riminald. sen. in l. edita num. 5. C. de edend. Menoch. in sortiori casu in consil. 601. num. 12. versic. ea solida ratione, & sic sententia p̄dicta excludendo Philippum, includit necessariò Ioannem. Baptistam opponētem de fideicommisso ex consequenti necessario, vt post alios tradit Crauet. consil. 79. num. 4. Corne. consil. 62. num. 7. volum. 4. Magon. optimè decision. Florent. 3. à num. 19. & hoc intelligitur præcipue iudicatum D.de Ponte in consil. 90. num. 7. Cacheran. decision. 64. num. 3.

Sexto, dum Philippus instetit pro immisione ob detractionem legi timæ, & trebellianicæ, non obstante fideicommisso opposito per Ioannem Baptistam, & fuit deci- sum, non competere legitimam., nec trebellianicam, & proinde non esse locum petitæ immisioni, si- ne dubio iudicatum est pro fideicommisso, dum fuit denegata detrac- tio ex bonis fideicommisso subiectis, vnde cùm ipse fuerit exclusus, non erit ne-cessaria-

cessaria alia petitio, quia Philippus non fuit simpliciter exclusus, sed quia ius Ioannis Baptistæ excipientis oppositum fuit iuri agentis, & Iudices per modum causæ pronunciauerunt, nō esse locum immissioni, ex quo non competit legitima, nec trebellianica, vnde nō oportet quod iterum Ioan. Baptista experiatur, est doctrina solemnis Bald. in l. cùm Papinianus post num. 6. C. de sentent. & interlocut. omn. Iudic. declarando in specie tex. in d. l. si inter me, secundum Innoc. non obstante contradictione Hostiens. qui videndus est.

i 1 Vltimò, quando sententia potest fundari super alio, veluti super probationibus non factis ab excluso, tunc possent procedere cōtraria, sed quādo per consequens necessarium iudicatum est super iure aduersarij, & non potest fundari exclusio super probationibus non factis, tunc cessat ratio dictæ conclusionis, & in specie ad declarationem text. in d. l. si inter me, quod scilicet sententia prodest alteri aduersario, cū lata fuerit nō ex eo, quod actor nō probauit, sed quia non erat debitum, vnde ex necessitate inferri videatur pro aduersario, doctrina est singulärvis Bar. in l. Julianus post num. 3. & 4. ff. de cond. indeb. Vnde sententia lata contra Philippum prodest Ioanni Baptista absque alia petitione, eo magis cū ius Ioa. Baptista non fundetur ex alia scriptura, nisi ex illa, super qua fundatur Philippus, nempe ex testamento Battarisi, ideo cū fuerit iudicatum,

i 2 nullum ius competere Philippo ex testamento prædicto, illa sententia facit ius quād omnes etiam non existentes in iudicio Alexa. cons. 123. nu. 20. in fin. vol. 1. Roman. cons. 347. in fin. ac propterea decreta lata in favorem Ioa. Baptista debita executio demandari debere existimo, resecatis dilationibus aduersarij.

*Hic articulus non fuit decisus expressè, sed tacitè; nam pendente iudicio in causa principali, ut in consilijs precedentibus, fuit data facultas Ioa. Baptiste exigendi tertias, & introitus decursos, & decurrentos totius hereditatis, præstata cautione: latis deinde sententijs prædictis excludentibus Philippum, fuit sublatum sequestrum, & cassatae omnes fideiusiones præstite, & concessa libera exactio Ioa. Baptista, non obstante quod nō adesset sententia specifica pro ipsius inclusione, stante exclusione Philosophi.*

## ARGUMENTVM.

Fideiubens apud emptorem, & obligans se de euictione an excludatur à retratus beneficio, quod aliás sibi competebat. In obiecta difficultate affirmatiuas partes tuetur Dominus Author, quas non contemnendis fulcit, & obuallat considerationibus. egregia sanè consultatio, breuis, utilis, & curiosa.

## SUMMARIUM.

*Thesis, seu positio presentis controvērsia.*

i Fideiussor venditoris adhibitus pro euictione secundum opinionem Ignei, & Boich. quam nonnulli alij bic relati subsecuti sunt, adhuc gaudet retractus beneficio.

M 2 Ob

- Ob rationes hic commemoratas.  
Quibus tamen occurritur infr. num.*
5. & 6. *Euictio ex rei natura proficiens non debetur cessante speciali promissione, & num. 4. sed limita ut infra num. 9.*
3. *At contraria sententia, quam veriorem appellat D. Author, nimirum auctoritate Tiraq. & aliorum, & firmis stabilitur fundamentis, de quibus hic, & num. seqq.*  
*Pro qua etiam expenditur cap. constitutus de restit. in integr. & nu. 4. in fi. & nu. 6.*  
*Fideiussor censemur consentire contra-  
Et si, pro quo adhibetur.*  
*Et hic consensus est adeo efficax, ut excludat collateralem à iure retrahens, & num. 6.*  
*Cum ita consentiens censeatur etiam ipse quād sui praejudicium vendere secundūm eundem Tiraq.*  
*Fideiussor euictionis prop̄ duplē stipulationem ad quid teneatur.*
3. *Euictioni generali, & verbis pregnantiibus facta aperitur locus ipso fideiussore retrahente ex propria persona, nedium extraneo euincente.*  
*Dictionis, praesertim, vis, atque virtus.*
4. *Consentiens alienationi rei, in qua ius dabit saltem in spe, & de futuro, il lud perdit.*  
*Filius emancipatus consentiens alienationi facta per patrem, repellitur à retractus beneficio, præterquam si fuerit minor, quo euentu sibi consulitur per viam restitutionis in integrum.*
5. *Venditare statim vicino competit ius retractus secundūm Castr.*  
*Ex qua traditione remouetur contrarium, seu motuum factum super renunciatione iuris de futuro.*  
*Postquam secundūm Castr. sententia potius videtur renunciatum iuri de presenti, quam de futuro.*  
*Venditio perfici potest sine scriptura,*
- qua ad rei gesta testimonium com-  
suevit adhiberi.
7. *Fideiussor ex forma obligationis tene-  
tur interdum, uti principalis.*
8. *Clausula ad habendum, &c. cum gene-  
rali promissione euictionis mirabi-  
lem operatur effectum, de quo hic.*
9. *Retractus ius pariter amittitur propter  
aliam clausulam hic relatam, quippe  
quia est cum eodem iure incompati-  
bilis.*  
*Consensus distinguitur inter sim-  
plicem permisum, & obligato-  
rium.*
10. *Vicus ut excludatur à iure congrui,  
seù retractus extra Ciuitatem Nea-  
pol. est necessaria denunciatio, ita  
ut scientia aliunde babita non suffi-  
ciat,*  
*Scientia est duplex.*  
*Vna presumpta, informis, & gene-  
ralis.*  
*Altera vera, certa, & plena, & haec  
posterior sufficit, etiam si intimatio  
efficienda pro forma.*

Pro Ioa. Baptista Ficolla .

### CONSILIVM VII.



R O confirmatione  
sententiae Magnæ Cu-  
riæ, per quam Ioann.  
Baptista Ficolla fuit  
absolutus ab impeti-  
tione Clerici Ioan. Ia-  
cobi Palmerij petentis relaxationem  
domus iure congrui, infra scripta bre-  
uiter adducuntur, recensendo prius,  
dictum Clericum Ioannem Iacobum  
in instrumento venditionis factæ di-  
cto Ioanni Baptista per Ioannem.  
Antonium Palmerium in anno 1609.  
insolidum se obligasse ad obseruan-  
tiæ realeæ, & effectualem omnium,  
& singulorum in dicto instrumento  
venditionis contentorum, & pro-  
missorum à dicto Ioan. Antonio in fa-  
uorem dicti Io. Baptista emptoris, &  
præser-

præsertim ad genetalem euictionem, & defensionem dictarum domorum, & ad illarum vacuae possessionis assignationem iuxta formam cōtractus, cuius declarauit habere plenam, & plenissimam scientiam, cum personaliter interfuisset à principio usque ad finem illius stipulationi cum solitis renunciationibus, ut ex instrumento patet.

- 1 Primò, si loqueremur in simplici fideiussore euictionis, videtur esse locū petito retractui, ex eo, quod fideiussor retrahens nō venit contra promissa, nec dicitur improbare contractum, dum retrahendo, pretium restituit, vt considerat Igneus in l. dudum. à nu. 2. C. de contrah. emptio. Henric. Boich in cap. constitutus de restit. in integr. & fideiubēdo nō videtur renunciare iuri retractus legalis, dum non adeat specifica renunciatio, quia venit ex noua causa post cōtractum, & non ex causa antecedente contractum, vt cōsiderat Seffè decis. Aragon. 14. num. 5. sicut nec tenetur quis pro euictione, quæ prouenit ex natura rei cessāte speciali promissione, de quo Surd. in consl. 15. à num. 27. volum. 1. ex glsf. in l. familiae C. famil. ercif. Rot. Romana in nouissimis decis. 152. par. 2. ex quibus hanc opinionem sequuntur Decian. in consl. 105. volum. 3. Renatus Choppinus de moribus Parisio. lib. 3. tit. 4. num. 10. circa finem, & de Priuileg. rustico. lib. 3. cap. 5. num. 3. & Rosent. de feud. reuocat. cap. 9. memb. 2. conclusione 91. num. 16. tomo 1.

- 2 Sed verius adhuc in simplici fideiussore euictionis dicendum erit, non esse locum retractui, quemadmodum expressè testatur Tiraquel. de retract. Lignagi. S. 1. glos. 9. num. 273. allegans nonnullos: alios in fortioribus terminis, sequitur Horasius Carpanus in comment. super statut. Mediolan. cap. 417. num. 410. tomo 1. ea ratione: quia fideiubens censetur contractui consentire l. 1. S. sed & sicerui, vbi glos. & Docto. ff. quod iussu; l. exceptione C. de

euictio. vbi Bald. & Alber. & per consensum excluditur à iure congrui, & consentiens quantum ad sui prēiudicium videtur vendere, vt idem Tiraq. considerat num. 269. & ex consensu excluditur à iure cōgrui, ex tex. in cap. constitutus de rest. in integr. vt mox inferiùs dicemus. Item videtur venire contra promissa in contractu, & contra factum proprium; siquidem fideiussor euictionis succedente casu, ne- dum teneretut ad pretiū; sed ad omne interesse, & ad valorem excedentem pretium, etiam habito respectu ad tempus euictionis ex stipulatione duplæ l. sc. cūm quæstio, & l. s. tibi libera- ram C. de euictio. l. euicta re la 2. ff. cod. tit. & tamen si fideiussori competeret ius retractus, obligaretur tantummodo ad pretij conuenti restitutionem, nō ad aliud, vt dictat edictum sancimus, & sic contra promissa, dum non consequitur venditor integrum valorem domus venditæ ex facto fideiussoris.

- 3 Secundò accedendo ad casum nostrum, est aduertendum, quod nō sumus in simplici fideiussore euictionis; sed idem Cler. Io. Iacobus consensit venditioni, & insolidum se obligauit ad obseruātiā effecūtālē promis- forū, & præsertim quād euictionē generalem, & sic consensit venditio- ni, & eius perfectioni, & vltra cōsen- sū processit vltériū promittendo ge- neralē euictionē, proindē venit excludendus à qualibet prætēs one, vt contractus sortiatur effectum, ne- dum extraneo euincēte, sed ipso fi- deiussore retrahente ex propria per- sona, qui saltem doli exceptione sub- mouet ad tex. in l. vēditrici cum glo. C. de reb. alien. nō alien. probat not. tex. in l. exceptione doli C. de euictio. ibi: cūm adeo venditioni cōsensum dedit, vt etiā pro euictione se obligauit; sicut in casu nostro ex illa dictione præsertim, quę aliud supponit, & implicat, glos. in cap. per tuas il primo versi. præsertim de si- mon. & in cap. inter alia de sentent. ex- communic. multum enim interest; an

extraneus retrahere velit, & hoc  
4 casu fideiussor non tenetur, cum id  
procedat ex statuto, vel natura rei  
extra factum fideiussoris, an verò ipse  
fideiussor, qui cōsensum præstítit, ob-  
seruantiam promisit, & fideiussit, & si-  
ne dubio excluditur à retractu, & ab  
omni iure sibi competenti ex iuribus  
prædictis; etenim consentiens aliena-  
tioni rei, in qua ius habet etiam in spe,  
& de futuro, illud perdit c. i. S. Titius  
*si de feud. defu. milit. vbi Bal. Ias. in l.*  
*si quando S. & generaliter num. 7. C. de*  
*inoff. test. Menoch. latè in cons. 58. num.*  
27. vol. 1. & in proprijs terminis retra-  
ctus decidit *tex. in d. cap. constitutus*  
*de restitut. in integr. vbi filius emaci-*  
patus consentiens alienationi factæ  
per patrē, excluditur à iure retractus,  
nisi fuerit minor, quo casu admittitur  
per viam restitutionis in integrum, ex  
quo tamen consensu resultat euidé-  
ter, quod hoc ius retractus amiserit,  
cum alioquin si competitisset, non  
fuisset opus restitutione in integrum,  
vt considerat *Tiraq. loc. cit. nu. 140.* &  
in proprijs terminis tradit *Hartman.*  
*Pistor. videndus lib. 2. quest. iur. q. 12.*  
à nu. 49. Et in casu nostro consensus  
non est permisius; sed obligatorius,  
quod est fortius, vt infra dicetur.

5 Et respondet *Pistor. in contrarium*  
adductis, quod licet videatur agi de  
iure non competenti de præsenti; sed  
de futuro, adhuc cōsensus ad id por-  
rigitur, cum dependeat à iure, & cau-  
sa iam existente, quo casu ad futura  
extenditur, vt ibi nu. 52. & nunc vige-  
re *Constitut. competit vicino ius re-*  
*tractus in qualibet alienatione faciē-*  
*da, idcīcō ius competit, & pendet ex*  
*iure non futuro; sed existenti in aliena-*  
*tione futura, immò nec ius futurū*  
*dici potest; sed præsens, cum statim*  
*facta vēditione ius retrahendi com-*  
*petat vicino, ex doctrina Caſtrenſ. in*  
*l. 1. ſcientiam ff. de tribut. aetio. & alij*  
*quāmplures relati per Tiraq. loco ci-*  
*tato nu. 106. vers. in contraria autem*  
*ſententia, eodem enim momēto, quo*

finitur cōtractus, simul oritur ius re-  
tractus, nec ullum potest dari mediū  
iuri præsenti, & sic tāquam iam orto  
non futuro renunciasse videatur, im-  
mò cōtractus vēditionis, ex quo re-  
sultat ius retractus, ad quem se retu-  
lit promissor, habetur pro absoluto, &  
ratione cōtractus perfecti accedit  
fideiussor, & consentiens, cum sciat  
venditioni perfectæ inter partes ſe-  
obligare, & consentire, etiam quia  
scriptura intercedit, nō ad perfectio-  
nem; sed ad probationem factæ ven-  
ditionis, vulgata l. *contractus C. de fid.*  
*instrumen. c. l. 4. cum seq. ff. eod.* & sic  
ex tunc oritur recte omnium iurium  
renunciatio.

6 Verū in hoc aliqua disputatio nō  
cadit, cum adſit clara dispositio *text.*  
*in d. cap. constitutus*, vt consentiens  
censeatur iuri redimendi, & sic de  
futuro renunciasse, qui *text.* remouet  
omnem dubietatem, & tradit *Pistor.*  
*ibi num. 58. responderet quoq; ad aliud*  
contrarium, quod fideiussor retrahēs  
non videtur impugnare contractum;  
quoniam negari non potest, trāſlatione  
ab uno in alium facta rem venditā  
ab emptore auferri, quod repugnat  
naturæ venditionis, & voluntati con-  
trahentium, ſiquidēm in emptorem  
ita transferri videtur, vt præter eius  
inventionem ab ipso auferri non po-  
fit, & præcipue ſpectatur, vt emptor  
rem emptam habeat magis, quam  
alius, vt ibi optimè posuit *nu. 56. in fi.*

7 Tertiō, ex facto fortius resultat, di-  
ctum Cler. Io. Iacobum quoad Ioan.  
Baptistam emptorē haberi pro prin-  
cipali venditore, ac si ipse vendidisset,  
cum insolidum ſe obligauit cum ven-  
ditore ad obſeruationem omnium,  
& singulorum in contractu prædicto  
contētorum, licet inter eos dici po-  
ſit fideiussor, & tenetur prout prin-  
cipalis, vt tradit *D. de Francb. decis. 208.*  
*num. 3.* & ſic quoad ſe etiam dicitur  
vendere, & in ſui præiudicium, nec  
retrahere poterit, vt ſupra diximus; ſi-  
cut nec ipſe principalis venditor, ex  
que

# Consilium VIII.

139

**quo veniret cōtra proprium factum,  
de quo Tiraq. loc. cit. nu. 30. & Sesse d.  
dec. 14. inf.**

**8 Quartò, vt omnia contraria diluantur ex eisdē authorib⁹ ex aduerso adductis aduertatur, quod in contractu prædicto adsunt clausulæ quod domus prædicta transeat in dominio, & possessione dicti emptoris ad habendum, &c. quæ communiter extenditur ad tenēdum, alienandum, vendēdum, &c. cum generali promissione euictionis, & ad singulorum prædictorum obseruantiam insolidum obligatus est dictus Ioannes Iacobus, proindè ex clausulis prædictis censetur renunciatum. cuicūq; iuri, ac si se obligasset in quolibet casu, & comprehēditur euictio, quæ veniret ex natura cōtractus, seu virtute retractus, & id non fundatus ex sola euictione; sed solum in consensu alienationis voluntariæ cum clausulis ad habendum, ita optimè ex pluribus comprobat Sesse in dict. decisi. Arago. 14. post num. 11. usq. in finem.**

**9 Quintò, adhuc ex alio resoluitur omnis questio, quoniā in eodem cōtractu dicitur ex tunc, & in futurum, & in perpetuum dicta domus venditæ transerant in pleno dominio, & possessione dicti Ioa. Baptista emptoris, & eius heredum, & successorum ad sēper habendū, &c. & accedit obligatio dicti Cler. Ioan. Iacobi insolidum pro obseruatione singulorum, vt supra promissorum per venditorem contentorum, in dicto instrumento, quo casu, stante dicta generali promissione quod ad omnia in instrumento apposita, tunc intelligitur facta missio, & renunciatio etiam ratione euictionis, quæ succederet ex natura rei, licet alijs requireretur specialis missio, vt latè habetur in d. decis. Rot. Rom. 152. in nouissimis par. 2. & melius ex his resultat in propria materia retractus, quod dū actor vult retrahere domos, sine dubio efficit, vt non transerant semper, & in perpetuum in pleno dominio emptaris, & heredum iuxta.**

promissa, & sic ita clausula simuli stare non potest cum iure retractus; sed illi repugnat, proindè stante consensu actoris, qui nō est simplex permisius; sed obligatorius, sine dubio repellitur à iure retrahēdi, ita optimè docuit' idem Rosent. d. concl. 91. nu. 19.

**10 Ultimò, repellitur actor à iure praetenso retrahendi etiam ex lapsu temporis mensis statuti à constitutione sancimus, licet denunciatio facta non sit, nec fuisset opus labi decennium, quoniam etsi extra Ciuitatem Neap. ad excludēdum vicinum à iure congrui requiratur denūciatio, & proindè non sufficiat scientia ex doctrina Bart. in l. denunciaſſe in princip. ff. de adulter. cùm nō debeat esse præsumpta, nec informis, aut generalis; sed vera, certa, & plena cū omnibus qualitatibus, nihilominus etiā in terminis nostris quando intimatio est facienda pro forma, sufficit scientia, si habeatur particulariter de contractu iam facto, & plena notitia cum omnibus qualitatibus, ita individualiter posuit Magon. decif. Florent. 26. num. 44. ex mēte Soci. iun. cons. 4. col. penul. vol. 2. hic autem constat, Actorem plenissimam notitiam habuisse de contractu, in quo interuenit personaliter à principio usque ad finem. Ex quibus omnibus sine dubio cōfirmando erit sententia Magnæ Curiæ.**

*Fuit iudicatum secundū bas allegationes, & proprieat̄ fuit confirmata sententia M. C. V.*

## ARGUMENTVM.

**De exceptione rei iudicat̄ breuis; sed dilucida explicatio.**

SYM

## S V M M A R I V M.

- Initium à facti narratione, ex qua  
duo iuris articuli disputandi eliciuntur.**
- 1 Iudicium diuiditur inter particulare, &  
generale, siue uniuersale, & cùm in-  
ter utrumque magna adst differen-  
tia.**
- Libellus, vel scriptura in eo enunciata  
indicabunt tibi, quando unum, vel  
alterum sit institutum.**
- Et cum ratione fundata super satis vul-  
gata l. asse toto.**
- Familiae exciscundae iudicium, cùm sit  
generale, cuius sit natura.**
- In eo uterq; litigator est actor, & reus,  
& ultra semel agi non potest, & de ra-  
tione.**
- 2 Verba in iudicij generalibus latissimam  
recipiunt interpretationem, quinimò  
impropriantur, dummodo non veniat  
omnino extranea ab actione, & ver-  
bis libelli.**
- 3 Relicta sub conditione quomodo veniat.  
sub iudicio familiae exciscundae.**
- 4 Lites sunt possius celeri terminanda bre-  
uitate, quā diuisino dispendio per ex-  
actam subtilitatem prorogandæ.**
- Agendi, & excipiendi modus est in pri-  
mis, & ante omnia inspiciendus.**
- 5 Exceptio rei iudicata an obstat petenti  
totum; & succumbenti, si velit postea  
petere partem, vel obstat in reliquo ob-  
tinenti partem, & num. 10. 11. 12. &  
13. ubi triplex adne&titur declaratio.  
Absolutio tacita in his casibus videtur  
inducta secundum Accurs.**
- 6 Verba hæc, habito respectu, &c. viden-  
tur limitare, & restringere dispositio-  
nem precedentem, quæ de se latius pa-  
tebat.**
- Sed declara, & limita, vt num. seq.**
- 7 Verba quandoq; apponuntur ex abun-  
danti, & non ad diminutionem.  
Dictio dumtaxat est limitativa, & nu-  
13.**
- 8 Feudalia nō veniunt appellatione bono-  
rum.  
... nec hereditatis nomine.**

- ... neque dicuntur partio hereditatis-  
9 Hæres in allodio, & successor in feudo  
quomodo in oneribus hereditarijs cō-  
tribuant.**
- 10 Allegatio Partis, siue eius Procuratoris  
effecti domini litis, affirmantis non  
souere ius, sufficiens est, etiam voce  
facta, & ibi de ratione.**
- Iudex potest moueri ex confessione corā  
se facta viua voce, nedum in scriptu-  
ra.**
- Feudalia non effugiunt cōtributionem  
onerum hereditariorum, & ita iudi-  
catum.**
- Confessionis revocatio non prodest Par-  
ti post sententiam, & antefieri non  
potest, nisi constito de manifesto er-  
rone.**
- 11 Exceptio rei iudicata quando opponen-  
da? qua omissa, an articulus alias  
decisus possit iterum iudicari, & revo-  
caris sententia, si constet de illius erro-  
re.**
- 12 Pars subjectiva, vel integralis totius que  
dicatur secundum Angel.**
- Causa eadem, vel dependens quādo di-  
catur ad finem, ut obstat exceptio rei  
iudicata.**
- Exceptio rei iudicata in fundo ex cau-  
sa dominij obstat in illius ususfructu,  
& cum ratione.**
- Ususfructus proprietatem comitatur.**
- Exceptio rei iudicata nō obstat, nisi ex  
sententia de necessitate inferatur de-  
cisio.**
- 13 Capitula plura, vel unum, quando di-  
cantur, & qualiter diuersa, vel con-  
nexa? & nu. 14.**
- Dictionis taxatiue vis, atque virtus.**
- 14 Innoc. traditio in cap. cùm inter de-  
reiud. in controversiam revocatur.**
- 15 Sententia non exprimens causam, ex illa  
lata intelligitur, quæ desumitur ex  
actis.**
- Quæ dicuntur vehicalum ad senten-  
tiæ.**
- Iudicis intentio præsumitur fuisse in-  
determinando prosecuta.**
- ... quando possit supplere exceptionem,  
que sibi liquet ex actis.**

16 In

16 In materia possessoria ultimus status  
ascenditur, etiam deductus ab unico  
actu, quando de contrario non constat.

## Pro Ducissa Hadriæ.

## CONSILIVM IX.

**N** decisione articuli prælegati prætensi per Princissam Scillæ, duo quòd ad ordinem opponuntur. Primum, in supplicatione Ducissæ non fuisse deductum principaliter hoc caput contributionis respectu tertia partis burgensaticorum, ut ex ea legitur, nec deduci potuisse, matrimonio adhuc eo tempore non contracto cum D. Vincentio hodierno Principe, & opus esse noua institia, & compilatione processus. Secundum, quòd si deductum intelligatur in supplicatione generali, censeatur Principissa absolute quòd ad tertiam partem burgensaticorum virtute sententia, qua condemnata fuit ad contribuendum in oneribus, habito respectu ad valorem bonorum feudaliū, nulla mentione adhibita dicta tertia partis burgensaticorum, ideòq; obstat exceptionem rei iudicatæ.

Ad primum erit aduertendum, iudicium institutum per Ducissam non fuisse particulare respectu certarum rerum, vel corporum hæreditiorum, sed generale ad contribuendum servata forma testamenti, in quo à testatore fit diuisio bonorum feudaliū, & burgensaticorum titulo institutio- nis, attributa tercia parte burgensaticorum Principissæ in casu matrimonij contracti cū D. Vincentio Princeps, deductis oneribus, & legatis pro hæreditaria portione, etiā super feudalibus, & sic ex contentis in testamento relato in supplicatione ex regula *l. affe toto ff. de hered. instis.* inducitur petitio generalis tam diuisionis bonorum burgensaticorum, & sic iudicio familie erescundæ quòd ad tertiam partem pro indiuisio dispositam,

& diuidendam matrimonio contra-  
cto, ac etiam introitum emptorum  
super feudalibus dispositorym in be-  
neficium Ducissæ, stante etiam partis  
oppositione, vt infra, quām contribu-  
tionis in oneribus, quæ respicere nō  
poterat res aliquas, sed omnia bona,  
quæ hæreditaria apparebūt, pro quo-  
rum rata erat facienda contributio  
iuxta liquidationem faciendam, & sic  
ex natura huius iudicij, & actionis p-  
positæ videtur deductum, & cogitatū  
de omni eo, quod in actione prædicta  
poterat deuenire iuxta text. in l. sub  
prætextu C. de transact. vt declarat Bar.  
in l. s. de certa post nu. 4. vers. cogitatum  
C. eod. tit. de transact. in quo iudicio  
vnusquisque sustinet partes Acto-  
ris, & Rei, ad tex. in l. 2. vers. in familia  
ff. famil. eresc. & amplius quām se-  
mel agi non potest l. s. filia nupta S.  
familia ff. eod. Quia omnia compre-  
henduntur in prima petitione ex na-  
tura eiusdem actionis, maximè quòd  
ad omnia bona iam deducta, & appa-  
rentia ex actis, vt glos. ibid. declarat in  
vers. non potest; Proinde in istis gene-  
ralibus, & vniuersis iudicijs, & libel-  
lo generali veniūt omnia proportiona-  
bilia naturæ actionis in iudicium  
deductæ annexa, vel illis accidentia,  
vel quo quis modo trahibilia ad verba,  
etiam secundum latissimam, & im-  
propriam significationem, ex traditi-  
onis in cap. examinata de iudic. licet nō  
veniant omnino extranea ab actio-  
ne, & verbis libelli, vt pulchrè docuit  
*Ant. de Butr. in c. cùm Ecclesia Sutrina*  
*nu. 46. vers. opp. dicitur, quod omnia de*  
caus. poss. & propriet. Nec verum est,  
iudicium prædictum continere non  
potuisse tertiam partem burgensati-  
corum, cùm matrimonium non esset  
contractum tempore iudicij, quoniā  
hic casus pariter prouisus est à Iure  
consulto, cùm dispositum sit in hoc  
iudicio venire etiam ea, quæ reliqua  
essent sub conditione, quæ interim  
hæreditatis dicuntur, pendente con-  
ditione veniunt, & adiudicantur hæ-  
reditati

redi cum sua causa, ut existente conditione eximantur ab eo, cui adiudicata sunt, & illa deficiente penes ipsum reuertantur, dicit *tex. not. in l. & post litem §. 1. ff. eod. tit. famil. ercif.* & sic non est expectandus euentus conditionis; nimis enim absurdum fuisset, ut euéniente casu fuisset opus alio particulari iudicio, sicuti si Principissa matrimonium contraxisset cū Marco Antonio Columna cum dote à patre destinata duc. 150. mil. Aliud iudicium non erat instituendum, ut Ducissa in casu prædicto cōsequi potuisset integra bona burgenfatica sine onere iuxta voluntatem Testatoris, quemadmodum quoad nomina debitorum decocta tempore mortis Principis, vel alia his similia, pars aduersa fuit exclusa à termino petito, & processum ad liquidationem omniū etiam particulariter nō expressorum, ex deducis tantummodo in processu compilato in prima instantia, & liquidatione; idēq; ex vtraque parte poterant omnia incumbētia deduci etiā respectu bonorum sub modo, vel cōditione relictorū, aut onerum, & legatorum solutendorum, cūm omnia vi-

deantur in genere petita absque aliquius causæ, vel rei declaratione, & propterea debere omnia negotia tali expediri compendio quād per quādam exactam subtilitatem longo dispensio prorogari, dicit *tex. singul. in cap. Abbate sanè §. sed cūm est in genere, & vers. & licet de sentent. & re iudic. in 6.* tanto magis quod matrimonio contracto fuit concessum Parti etiam secundum beneficium, & compilato processu particulariter proposuit quē sibi expedire videbatur tām respectu feudalium, quād burgenfaticorum etiam per viam exceptionis, & sic inspicitur modus agendi, & excipiendi secundūm *Felin. in capit. penult. col. 3. vers. & not. Bald. de exceptio.* cūm utique sit actor, & reus in hoc iudicio, ut dictum est, idēque omnia in genere cēsentur deducta à Ducissa, & à Prin-

cipissa proposita, quē incubebant respectu burgēfaticorum, & feudalium, & lata demū sententia, fuit datus terminus in causa liquidationis etiam super cōtentis in cōparitionibüs Principissæ quoad hanc prætensionem tertiae partis burgenfaticorum, cui termino similiter Pars acquieuit, ut inferioris dicetur, ex quibus constat, iudicium prædictum comprehēdere omnia, quæ ex aduerso potuissent exco- gitari quovis modo respectu honorū, & contributionis onerum, & legatorum absque alia compilatione processus, nec poterit Pars diuidere terminum liquidationis impartitum, ve quoad alia intelligatur pro liquidatione, & respectu dictæ tertiae partis burgenfaticorum censeatur primus terminus ordinarius, cūm hoc sit cōtra expressa verba decreti S. C. & verē terminus etiā liquidationis in hoc impartiri debebat pro liquidanda rata onerum respectu huius tertiae partis similiter hæreditariæ iuxta declarationem faciendam quatēnus opus esset, stante præambulo Principissæ adhuc in sui robore vltra notoriam iustitiam.

Deueniendo ad secundum articulū, ex parte Principissæ oretēnus opponit exceptio rei iudicatæ, & allegatur, quod cūm opposuisset, non tenet ad contribuēdum pro dictis bonis burgenfaticis obuentis ex hæreditate prædicta etiam per viam exceptionis, fuit prouisum, quod habeatur ratio in expeditione causæ, quæ de iure habenda esset, & in decisione causæ dūm fuit condemnata ad contribuendum habito respectu ad valorem bonorum feudalium, in quibus fuit hæres instituta, censetur absoluta respectu tertiae partis burgenfaticorum, ex regul. *tex. in l. si quis cūm totum ff. de exceptio. rei iudic.* Si enim quis petet totum, & succubuit, petendo partem, obstat exceptio rei iudicatæ, & petendo totum, & obtinēdo partem, similiter in reliquo obstat exceptio præ-

prædicta, ex eadem regula tradit *Domin. de Franch. decis. 58. nu. 8.* & quod videatur inducta tacita absolutio, videtur de mente *glos. in l. euidenter ff. evd. tit. de except. rei iudic.* quodq; restricta sit de cicio dumtaxat ad portio-

6 nem hæreditariam bonorum feudalium, deducitur ex illis verbis subiectibus, ibi, *habito respectu ad valorē bonorū feudalium, in quibus sicut heres instituta, l. ea tamen adiectio ff. de leg. 3.* & sic determinatio feudalium nominatorū per illa verba, *habito respectu*, videtur restringere effectum sententiæ ad illa bona, excludendo alia burgensatica, quæ comprehendendi poterant in contributione petita pro hæreditaria portione iuxta *tex. l. cum de lanionis S. cui fundum. & l. questum S. si quis fundum ff. de fund. instruct.* vbi *Bart.* & ceteri latè distinguunt, & in *l. questum S. i. ff. de legat. 3.*

Sed tuendo clarissima iura Duciss, ex infrascriptis demonstrabitur ex sententia fuisse decimum articulum in sui fauorem etiam ratione bonorum burgensaticorum, vel non fuisse opus particulari decisione, aut demum negari non posse fuisse casum omissum, quod ex deductis faciliter decidi poterit arbitrio Dominorū iudicantium, non obstante prætensa exceptione rei iudicatæ.

7 Quod autem vigore sententiæ prædictæ intelligatur facta decisio tam quod ad bona burgensatica, quam feudalia, patet, quia verba sententiæ, quod in oneribus contribuat pro portione hæreditaria, *habito respectu ad valorē bonorū feudalium*, sunt cōformatiæ verbis testamenti, in quo ordinata fuit utrique contributio pro portione hæreditaria, etiā super feudalibus, & licet in sententia deficiat illa dictio, etiam, quæ ultra burgensatica ampliasset condemnationem in feudalibus, adhuc illa deficiente per illa verba, *habito respectu, &c.* non restringitur virsus, & effectus sententiæ ad feudalia tantum, quia dum attenta præcedentia

comparitione Principissæ nō denegantur subire onus pro parte hæreditaria burgensis, de qua ex assertione prædicta (ultra dispositionem iuris) tempore sententiæ non poterat dubitari, quamvis fuisset facta particularis expressio bonorū feudalium, fuerū apposita illa verba ex abundantia, non ad diminutionem, vt probat *tex. in d. l. questum S. si quis fundum ff. de fund. instruct.* quoniam respiciunt dispositionem factam à testatore, qua attenta enunciatio bonorum feudalium non restringit dispositionem burgensaticorum pro portione hæreditaria, de qua controuersia nō erat etiam ex Partis instantia iuxta distinctionem *Bart. in d. S. si quis fundum nu. 3.* Cum enim fuerit condemnata ad contribuendum pro portione hæreditaria, licet sublequatur, *habito respectu ad valorē bonorū feudalium*, non inducitur restrictio ad feudalia expressa ad burgensaticorum exclusionem, cùm non adsit dictio limitativa, *vide licet, dumtaxat, & similes, Aret. optimè in conf. penult. num. 1. vers. confirmatur.*

8 Insuper dum condemnatur Principissa ad cōtribuendum pro portione hæreditaria erat necessaria expressio bonorum feudalium, quæ alias non fuissent cōprehensa, cū appellatione bonorum non veniant feudalia, vt declarat *Bart. in l. iusurandi S. si liberi ff. de oper. libert. Alex. & alijs in l. si patroni in fin. ff. ad Senat. consul. Trebell. idem Alex. in consil. 2. in princ. vol. 4. Soc. sen. conf. 74. col. 3. lib. 3.* nec comprehenduntur sub nomine hæreditatis, *Loffred. optimè ex multis comprobatur in parafr. in c. 1. in prin. in ult. col. de natu succes. feud.* quæ est secunda additio ad *d. cap. col. mihi 2. vers. quid autem, & vers. nec obstat,* & *Bal. in cap. Imperiale vers. sed nunquid de prohib. feud. alien. per Feder.* & sic fuerunt expressa bona feudalia ad tollendam Partis exceptionem, non ad exclusiōnem burgensaticorum, de quibus eo tempore quæstio non erat; tanto magis, quia bona feudalia non dicuntur.

dicuntur portio hæreditatis, & verba sententiæ pro portione hæreditaria, non cōuenirent, si tantum de feudalibus inteligerentur, dicuntur enim diuersa bona patrimonij defuncti, & 9 alterius qualitatis distinctæ. Contributio verò onerū totū patrimonium concernit, ad tex. in l. *si fideicōmissum S. tractatum ff. de iudicij s.*, quæ fieri debet non pro portione hæreditaria, honorū feudalium; sed benè pro rata bonorum prædictorum, argumento tex. in l. *certarum S. 1. ff. de mit. testam.* sicut receptæ sunt decisiones, reiectis antiquis cōtrouersijs, de quibus per Capyc. decis. 198. Frecc. de subfeud. lib. 3. de differ. feud. ex pact. & hered. in 17. differen. per totam, D. de Franch. decis. 1. num. 24. & Anna cons. 4. num. 10. cum seqq. vol. 1. quoniam filij nō succedūt in quotis, seu portionibus hæreditarijs, inspectis bonis feudalibus, sed omnes vt hæredes, cum distinctione tamen bonorum, etiam non facta institutione in feudalibus, scilicet primogenitus ex lege inuestitur, & in burgensaticis vocatus, seu vocati à testatore, & propterea vt hæredes tenentur ad onera pro rata bonorum vni ci patrimonij respectu decedētis, vt declarat D. de Ponte cons. 52. nu. 23. cum seq. igitur illa verba *hæreditaria* applicari non possunt quoad bona feudalia tantum, sed benè respectu burgensaticorum relictorum utrique iuxta declarationem testamenti, & in sententia dicitur, *habito respectu ad valorem*, non ad portionem hæreditarij bonorum feudalium, etiam quia in fine sententiæ dicitur, *iuxta liquidationem faciendā omnium prædictorum*, quæ verba referri nō possunt ad portionem hæreditariam bonorum feudalium, & ad duas partes burgensaticorum, de quibus non loquitur, sed ad portionem hæreditariam Principissæ, & Ducissæ actricis indefinite, specificādo bona feudalia, in quibus Principissa fuit instituta hæres ad tolendam exceptionem ipsius tūc præ-

tendentis onera esse deducenda ex bonis burgensaticis, non feudalibus.

10 Insuper secundò, non erat opus fortè particulari decisione respectu tertię partis burgensaticorum, cū id pro absoluto tenebatur, ex eo, quod Principissa fuit mediāte decreto præambuli declarata hæres in dicta tertia parte, & vt hæres obtinuit assignationem functionum fiscalium, & introitum gabellæ serici, & quamvis compilato processu allegauit, non teneri ad contribuendum pro burgensaticis, dixerat tamen, *obuentis ex hæreditate prædicta*, ex quibus verbis pariter obligabatur ad contributionem pro rata obuenta ex hæreditate, quod si verè prælegatum fuisset, bona non dicerentur obuenta ex hæreditate, vt suo loco dicemus, & quia dictam tertiam partem iure hæritatio possidebat vt hæres, sicut possidet usque ad præsens, nō poterat propterea denegare cōtributionem, & ideo clariū in alia comparitione instetit declarari, contributionem esse faciēdā pro portione hæreditaria burgensatica, quorum honorū tertia portio fuit eidem relicta cū onere, intēdens tantummodò excludere à contributione bona feudalia, & sic cōtrouersia non poterat esse quoad burgensatica, nec erat possibile allegare, non teneri pro bonis feudalibus, nec pro tertia parte burgensaticorum contra expressa verba testamēti, acceptatio autem non erat necessaria, quia non ex illa comparitione vti ex confessione oriebatur iustitia Ducissæ, sed ex testamēto, & præambulo interposito pro dicta tertia parte in beneficium Principissæ possidentis iure hæritatio, & sufficiebat Partis allegatio non fouere ius in dicta tertia parte, quod poterat benè à Procuratore domino litis allegari, iuxta tex. in l. in confessiōnibus ff. de interrog. actio. & habetur in cap. quoniam contra vbi Dec. de probat. & Gramatic. decis. 81. num. 6. & nedum erat sufficiens illa allegatio in scrip-

scriptis, sed etiam voce, quia Iudex potest moueri etiam ex non scripto, puta ex confessione coram se facta viua voce, vt docet *Felyn. in d. cap. penul. col. 4. in princip. de exceptio.* & quod ad feudaliam, quæ libera prætendebantur, responsum fuit, de iure non militare, sicut iudicatum fuit; Reuocatio verò non prodest Parti post sententiam, & ante sententiam fieri non potuisset, nisi quod constaret de manifesto errore, vt per *Afflct. decif. 44. num. 2.* Ultra quod ante reuocationem prædictam, dum Principissa ex verbis sententiæ inducere volebat absolutiōnem quodad dictam tertiam partem burgenſaticorū, Ducissa replicauit de oblatione ſuſcepti oneris respectu di-ctæ tertii partis, & ſufficiebat ſimplex allegatio etiā voce, vt dictū est ſupra.

11 Postremò, vanū eſt prætēdere, obſtare Ducißæ exceptionem rei iudicatæ ſub eo prætextu, quod ſtante condemnatione in vna parte honorū feudalium censeatur Principissa abſoluta à contributione quodad dictam tertiam partem burgenſaticorum, & quia fundatur hoc extra omnem du-bitationem breuiter conſluīe loquendo, eſt primò aduertendum, quod dum post ſententiam Pars conſla in verbis ſententiæ, allegauit dictā tertiam partem liberam ab oneribus, & Ducissa ſe opponente fuit datus terminus in cauſa liquidationis, etiā ſuper contentis in dictis comparitionibus, cui decreto Pars acquieuit, nō potest amplius de exceptione rei iudicatæ tractari, cùm ab initio, vel ſtatim dato termino opponi potuiffet, c. 1. de lite conteſt. in 6. etiam ſi prima ſententia contineret аſſumptum Partis, & ex processu fabricato iterum hic articulus potuiffet iudicari, & reuocari ſententia, ſi de iuſtitia conſtaret, ex traditis per *Innoc. in cap. cùm dilecta in fin. gloſ. magnæ de reſcript.* de quo latè *Io. Baptista Aſſn. in prax. §. 13. c. 6. à nu. 7. cum seq.* ſed quia ſen-tentia aliter diſtat, & de exceptione

prædicta verbum aliquod non appa-ret, in ea non eſt inſiſtendum.

12 Secundò, ex ſententia conde-mnatoria in parte reſultaret abſolutio in reliquo, quando illa pars eſſet ſubie-ctiuā, vel integralis totius, vt docet *Angel. in d. l. ſi quis cùm totum,* quam partem ſubieciuam, & integralē de-clarat *Paul. de Caſtr. in l. ſi mater §. ſi quis iter, circa med. ff. eod. tit.* vel ſi de-scendit à petitiis, ſicut ſi petitur totū, deinde pars illius, ſecundū *Angel. loc. cit.* & *Alber. in ead. l. ſi quis cùm totū §. ſi ancillam nu. 2.* & vna cauſa depen-det ab alia, & vna res ab altera, vt latè *Rebuff. in tract. de excepc. nu. 505.* ſicq; haberet dependentiā à decisio-niis, & ex eodem fonte diſcuſſo tunc obſtaret exceptio, etiam ſi eſſent res diuersæ, & in alio genere iudicij, quia idem fa-ciūm diſcuteretur ex eadem cauſa d. l. ſi quis cùm totum §. & generaliter, de *Pon. latè conf. 49. nu. 3. 9. & 10. & conf. 62. nu. 41. Ant. de Butr. in d. cap. cū Ec-clesia Sutrina col. 4. in princ. verſ. non obſtat ff. de except. rei iudic.* que-mad-modum ſi petij rem, & ſuccubui, non poſſum agere ad partem eiusdem rei, vt in fundo, & vſufructu ex cauſa do-minij, l. qui vſumfructum, vbi *DD. ff. de verb. oblig. l. ſi cum teſtamēto argen-tum §. ſi fundum ff. de except. rei iudic.* quia vſuſfructus proprietatem comi-tatur, l. ſi ita ſtipulatus la 6. §. 1. ff. de verb. oblig. de quo *Pinell. in l. 1. 2. par. nu. 10. C. de bon. mater.* & *Butr. latè eodem loco col. 3.* poſt med. verſ. ſed non placet hoc ſimile, & *Imol. in d. l. ſi quis cùm totum poſt num. 19. verſ. ſed certe,* eadem verò cauſa intelligitur, quādo in ea venit diſceptādum id, quod fue-rat determinatum per primam ſen-tentiam, etiam ſi ageretur ad rem diuersā, vt *Caſtreñſ. tradit in d. l. ſi quis cùm totum poſt nu. 2. Zabarell. in conf. 72. Titius poſt n. 14.* vel ſi ex ſen-tentia neceſſariò inferri poſſet prætensiō partis, iuxta doctrinam *Bar. in l. 1. C. de ordin. iudic.* & *in l. Julianus nu. 5. ff. de cond. indeb. Soc. conf. 255. col. 2. verſ.*

N ista

ista cōclusio. vol. 2. Corn. conf. 62. col. 3.  
vers. sed veritas vol. 4. Surd. decif. 260.  
nu. 31. Ann. consil. 19. num. 12. & cons.  
117. num. 1. In casu autem nostro prē-  
tendebat Principissa liberare feuda-  
lia ab oneribus ex voluntate defun-  
cti restringentis deductionem one-  
rum à burgensaticis, & nunc allegat  
exēptionem tertīe partis burgensati-  
corū tanquā prælegatæ, & sic ex uno  
ad aliud non infertur, & ex diuersita-  
te causæ intelliguntur diuersa capi-  
tula, Fely. in cap. cūm inter num. 7. de re  
iudic. vel si vnum non venit ad deter-  
minationē alterius, Bart. in l. Aurelius  
§. iūem quæsyt nu. 3. ff. de liber. lega.

Extra hos casus, & cessante con-  
nexitate, dē qua infra dicetur, nun-  
quam ex cōdemnatione in parte re-  
sultat absolutio in residuo, nisi dicatur  
expressè, adeò quòd si petatur  
vna summa, veluti decē, & sequatur  
condēnatio in quinque, in alijs quin-  
que Reus non censetur absolutus,  
nec obstat exceptio rei iudicatæ,  
Innoc. in d. cap. cūm inter in fi. de re iud.  
glo. not. in l. apud Celsum §. item quæri-  
tur il 1. in ver. fuerit ff. de excep. dolii, &  
in l. l. C. si aduersus rem iudic. vbi Cyn.  
in 1. q. Bar. nu. 1. & 7. & in fi. Bal. nu. 3.  
& intelligitur d. l. l. C. si aduersus rem  
iudic. facta condemnatione in parte,  
quia in alia expressè Iudex absoluit,  
ideò opus est in ea parte remedio re-  
stitutionis in integrum, vt declarat  
Salyct. in 3. oppos. nu. 1. Cuman. in eod.  
§. item queritur ibidem, & in ead. l. l.  
col. 1. Archid. optimè in canone si quis  
donauerit 1. col. vers. in glof. & ita ibi  
pro parte 12. q. 2. Cardin. Zabarell. in  
cod. conf. 72. nu. 14. circa finem, vers. per  
boc etiam facit, nisi fuisset apposita di-  
ctio taxatiua, tātum, dūtaxat, vel simili-  
lis, vt Bart. dicit in d. l. l. & ibid. Bal. &  
Fely. in d. c. cūm inter nu. 11. vel si esse-  
mūs in accessorijs, vt ibid. Bar. in fi. vel  
in his, quę Iudicis officio deberentur  
ad tex. in l. 4. C. depos. de quo Castr. in l.  
si mulier §. fi. nu. 4. ff. de leg. 3. Ann. in d.  
conf. 117. nu. 16. quæ sunt extra specie

nostrā, & si p̄dicta procedunt in parte  
vnius summæ, fortius ita intelliguntur  
in diuersis rebus, & capitulis, & ex ra-  
tione diuersa, vt in casu nostro.

14 Nec obstat, si dicatur, in casu p̄senti  
nō fuisse plura specialiter deducta, ita  
quòd condemnatio in vna, non im-  
portaret absolutionē in alia, sed om-  
nia in genere petita sūt in libello ge-  
nerali, quo casu sequuta condemna-  
tione in uno, in alijs intelligitur abso-  
luta, cūm non essent specialiter petita  
ex doctrina Innoc. in d. cap. cūm inter  
circa finem, in ver. fidelitatem de re iu-  
dic. quoniam quando generalis pe-  
titio, etiam si omnia partes fuerint  
prosecutæ, est resolubilis in diuersas,  
& certas species, facta cōdemnatio-  
ne in vna, de reliquis non dicitur iu-  
dicasse, Abb. punctualiter posuit in eod.  
cap. cūm inter post nu. 24. col. pen. vers.  
aut partes generaliter subdēs differē-  
tiā Innoc. iure nō probari, immò opor-  
tet dicere, Papam in alijs expressè ab-  
soluisse ex mēte Hostien. & aliorum, &  
Innoc. nō affirmatiuē loquitur, sed po-  
test dici, Io. Andr. similiter tenet cōtra  
Innoc. & cōprobatur ex glof. in d. l. l. C.  
si aduers. rem iud. loquēte in terminis  
libelli generalis, Anch. in eod. cap. cūm  
inter post num. 18. vers. super hoc dicit  
Innoc. & meliùs Ant. de Butr. in eod.  
cap. omnino legendus num. 26. per to-  
tum latissimè, vbi in specie etiam de-  
clarat, causas connexas non ex hoc  
rancū induci, quòd sub eodem ge-  
nere claudantur, sed benè si habent  
aliam cōnexitatem, vt quia sunt plu-  
ra capitula eiusdem speciei admini-  
strationis, quorū vñ ab alio discerni  
non potest, nec plures exceptiones  
dicuntur vna, & connexæ, quamvis  
opponantur ad excludendum vnum  
iūs agendi, & diuidi possunt, & super  
vna pronunciari, & sic cūm sit diuer-  
sa ratio, & causa exceptionum in feu-  
dalibus, & in tertia parte burgēsatico-  
rū, nullo modo potest adaptari prēte-  
sa decisio, quę voce allegatur à Parte.  
15 Demūm nō video, qua ratione pre-  
tendi

tendi potest exceptio rei iudicatae , si quando causa non exprimitur in sententia, recurrit ad acta, *i. frē, & l. sī quis ad exhibendum ff. de except. rei iud. Rebuff. in d. tract. de except. nu. 513. in ff. Ann. alleg. 48. nu. 38.* quia acta sunt vehiculum ad sententiam dixit *Bal. in cap. cūm super in ff. de caus. poss. & propr. Felyn. in eod. cap. penul. de except. col. 3. vers. & notat Bald. Lanar. conf. 83. post nu. 10. & conf. 65. à nu. 2.* & si in actis ante sententiā ultra alia superiorius considerata patet, Principissam declarasse teneri ad onera pro rata burgensaticorum , quomodo poterat contra eius instantiam absolui à contributione pro dicta portione burgensaticorum, si sufficiens fuisset sola allegatio voce, ut fundauimus , & sic intelligebatur controversia contributionis decidēda in eo, in quo Pars excipiendo fuit prosequuta, & taliter intelligitur intentio Iudicantium, ut in *b. licet vbi Iaf. num. 2.* & cæteri sequuntur *C. de iudic.* Immò quando exceptio est actionis exclusio , debet in actis specificè replicari , & Iudex ex se supplere non posset secundūm *Iaf. in d. b. licet in ff.* Proindè tanto minus censemur tacitè Partem absoluisse à contributione onerum pro dicta tertia parte burgensaticorum contra allegata per eandem Principissam , ex quibus patet, fuisse iudicatum cōtra ipsam .

Insuper Principissa obtinuit tertiam partem burgensaticorum, quam non accepit vigore legati à manu heredis, sed iure proprio, & hereditario virtute præambuli, & habuit effectum suū per prouisiones expeditas : hic status attenditur etiam si esset vnicus, cūm de contrario non constat, ex doctrina *Canonist. in d. cap. cūm Ecclesia Sutrina de caus. poss. & propriet. per Federic. de Sen. in conf. 234. num. 4. vers. ad secundum cūm queritur , & successiuē mirum est, quomodo aduersus possessionem hereditario iure, prævio præambulo captam , & continuatam ,*

oretenuis contradicere prætendat, & si quid in contrarium habere contēdat, quando iura prætensta proposuerit, facile excludi poterit ex his, quæ allegātur respectu iustitiae causæ prætentis prælegati, ex quibus fundatum est, vel id esse indubitable , etiam ex partis instantia , vel posse faciliter decidi ex deduc̄tis.

*Fuit decisum, ut in sequenti allegatione.*

### ARGVMENTVM.

Non nulla ad prælegati, & contributi materiam pertinentia proponuntur , quæ adeò doctè , & subtiliter examinan- tur, & resoluuntur , vt vnico contextu, & theorica, & pra- xis simul iuncta, & copulata videatur.

### SVMMA RIVM.

- 1 *Heredes tenentur ad onera hereditaria proportionibus hereditarīs , & non pro modo emolumenti , seu astimatione rerum prælegatarum.*  
*Et hoc est primum fundamentum par- tis aduersæ obuallatum dispositione l. j. C. si cert. pet. cui satis sit infr. n. 8.*  
*Prælegatum est quid distinctum ab hereditate.*  
*... non venit illius appellatione, nec in fideicommissi restitutio, cum du- plici tamen declaratio, de qua in- fra num. 7. 13. & 20.*
- 2 *Datum causa conditionis implendo nō venit in restitutio.*  
*Presertim si sit datum ad effectum contrahendi matrimonium cum per- sona de familia, & ibi de ratione , & num. 4.*
- 3 *Alterum partis ex aduerso motiuum, cui occurritur num. 8.*

- Legatarius certa rei non tenetur ad onera.  
Etiam si sit institutus in re certa, & cum ratione . sed declara, ut num. 8. & 9.
- 4 Relictum causa conditionis implenda quando quid dicatur.  
Huiusmodi relictum, nec non legatum percipiuntur ex causa diuersa ab hereditaria.
- 5 Héres potest institui sub conditione.
- 6 Héredi quādo fieri debet implemetum, emolumenntum illud magis videtur datum contemplatione hereditatis, quam personarum.
- 7 Prælegata sub generali fideicommisso continentur, & pariter in utramque quartam imputantur. defuncto ita mandante.
- 8 Intellectus §. 1. l. si hereditatē ff. mand. Bonorum mobilium, & immobilium, appellatione non continentur iura, & actiones, quae veniunt sub burgessatione, & ibi de ratione, & num. 11. Bona feudalia, & burgensatica dicuntur unicum defuncti patrimonium; sed distinctæ qualitatis. Bonorum appellatione non veniunt feudalia.
- 9 Bonorum pars legata intelligitur deducto aere alieno. Legatarius partis hereditatis quomodo differat à legatario partis bonorum.
- L. 21. Tauri in quo sit iuris communis correctoria.
- 10 Aliud Aduersarij motuum circa confirmationem legati certarum rerum, & non quota bonorum simpliciter. Cui satis fit num. seqq.
- Legatum generis quando restrictum intelligatur ad species enumeratas, & num. seqq.
- 11 Iura, & actiones constituant tertium bonorum genus. Quamuis actio interdum mobilis, vel immobilis iudicetur secundum rei qualitatem, quae in actione deducitur.]

- Debitorum nomina non continentur sub appellatione bonorum mobilium, & immobilium. Pecunia domi retenta non pro illius usu, sed negotiationis causa mobilium appellatione non continetur.
- 12 Dictio scilicet, videlicet, id est, sunt restringentis naturæ. Copula illa, &c., ponitur ampliatio ne pro dictione, etiam, & regulariter stat extensiue, non restrictiue.
- 14 Legati, vel prælegati existentia quomodo inducatur, & num. 17.
- 15 Bona titulo prælegatorum relicta interdum succedunt in locum portionis hereditaria secundum Corn.
- 16 Capitulorum unitas, vel diuersitas plurimum consert ad sciendum, an qualitas sit eadem, vel distincta. Hinc fit transitus ad dispositionis unitatem, & continuationem. Nec non subiectitur, quomodo cognoscatur, an sint plures, & distinctæ orationes, vel unica. Quæ cognitio est in qualibet materia magni effectus.
- 17 Hereditatis diuisio nō facit institutos heredes particulares legatarios. Dictionis, ut infra, natura; & significatio. Media prohibere, extrema coniungi, dictum est satis vulg.
- 18 Verbum, habeat, est commune, & substitutioni adiectum importat fidei commissum. Dispositionis dubietas quibus declaratur coniecturis.
- 19 Verba debent intelligi, ut aliquid operentur. Dictio, etiam, cuius sit naturæ. Testatoris mēs talis præsumitur, qualis ex eius verbis deducitur.
- 21 Decisio questionis.



Pro eadem Ducissa Hadriæ .

## C O N S I L I V M X.

- I**N liquidatione cōtributi prætendit Principissa Scillæ non venire tertiam partem bonorum burgēsaticorum, quain allegat possidere iure prælegati, non hæredario, iuxta tex. in l. 1. C. si cert. pet. & L. pro hæreditarijs C. de hæredit. actio. & in l. Marcellus §. quidam liberis, vbi Docto. ff. ad trebell. cum cōcord. quia prælegatum dicitur res ab hæreditate separata, & appellatione hæreditatis non venit l. s. Titius in fi. ff. de leg. 3. & ideò in oneribus hæreditarijs persoluendis non includitur prælegatum, nec venit in restitutione fideicommissi, prout latè comprobat Thesaur. questionum forens. quest. 17. num. 3.
2. & 15. Tantò magis quia in dicta tercia parte non fuit hæres à patre instituta, sed præcipuè in sui beneficium disposita causa conditionis implendæ matrimonij contrahendi, & deinde cōtracti cum Don Vincentio hodierno Principe, & sic liberè apud eam remanere debeat, cùm non veniret restituenda, ad tex. in l. qui hæredi 44. §. cùm hæritas ff. de condit. & demonstr. l. id autem ff. ad leg. falcid. imò videtur relicta in præmium ex cōditione adiecta nubendi cum persona de familia, ex traditis per Molin. de maioret. & tribu. quest. 613. circa princ. Costa in l. cùm tale §. si arbitratu cap. 6. ff. de cond. & demonstr. ad cuius confirmationē addit, legatum prædictum continere dispositionem certarum rerum, emptionum scilicet, & mobilium, pro quibus ad onera non teneatur iuxta tex. in l. s. hæreditatem §. 1. ff. manda. declarat Gregor. Lopez par. 6. tit. 9. l. 2. glof. 1. circa principium, cùm habeatur loco legatarij, etiam si hæres particulariter fuisset instituta in dictis certis rebus, ad tex. in l.

quoties, C. de hæredib. instituen.

Ex parte Ducissæ Hadriæ præsens articulus ex infra scriptis breuissimè resoluitur, quemadmodum Antecelfores causæ patroni eiusdem Principissæ agnoscentes veritatem extra omnem dubitationem, & cessantibus etiam imaginarijs cōiecturis pro absoluto allegauerunt, Principissam hæredem institutam in dicta tertia parte burgensaticorum, & pro ea teneri ad contributionem onerum hæreditariorum.

4. Et antequā deueniā ad rōnes particulares aduertendum est, quòd non sumus in relictocausa conditionis implendæ, quoniam illud procedit, quādo aliquid datur filio, seu hæredi à cohærede, vel à legatario, vel à statu libero, & sic à tertio in executionem conditionis illius implendæ causa, ut loquitur text. in d. S. cùm hæritas, & clariùs in d. l. id autem, quod neque legatum, neque fideicommissum dici potest, nec proprium nomen habet, sed mortis causa capitur ab altero ex prædictis, quamvis occasione hæreditatis ita Socin. in d. S. cùm hæritas nu. 5. & 7. declarat Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 1. sit. vlt. in princ. allegat text. in l. qui pre:io ff. de donat. caus. mort. est melior Text. in l. inter mortis in fin. ff. eodem titulo de donat. caus. mort. Crass. de fideicomm. §. legitima quest. 29. in princ. gl. in l. fuit questionis ff. de acq. hæred. & Docto. præcipuè Rip. & Berenga. in l. in quartam num. 2. & in 2. cap. principali num. 9. ff. ad l. Falcid. & sic non capitur iure hæreditario, nec vigore testamenti, licet mortis causa capiatur à tertio dāte, & etiam nō venit in restitutionem fideicommissi, cùm habeatur ab hærede, cui datur tanquam extraneo, declarat Crauet. cons. 295. post num. 4. vers. immò amplius, Corn. cons. 196. post num. 15. vol. 2. & Io. Corasius latè in l. cùm virum à num. 81. C. de fideicom. est benè verū, quòd ea, quæ capiuntur iure legati, vel causa conditionis

N 3 implen-

- implendæ dicuntur percipi ex causa diuersa à causa hæreditaria d. l. si *Titus*, vt declarat *Peregr. de fideicom.* artic. 3. nu. 38. circa finem, versationes huius conclusionis, casus autem 5 noster versatur in relicto directè hæredi sub conditione, cùm certum sit, hæredem institui posse sub cōditione *I. suus quoque ff. de hæred. instit.* prout in conditione nubendi loquitur latè *Vasq. controv. illustr. cap. 94. num. 11.* & tunc inspiciendū est, an relictum sit titulo separato legati, vel hæreditario institutionis iuxta distinctionem superius relatā, vt inde dignosci possit, an pars relicta veniat in cōtributionē onerum, sed sit vtcunq; si quod præstatur hæredi, vt hæredi etiam causa cōditionis implēdē, vel ex mortis causa capione, emolumētū illud magis videtur datum contemplatione hæreditatis, quam personarum, vt idem *Mantic. docuit loco citato post num. 3. ex mente Ias. in l. s̄ mibi, & Titio nu. 8. ff. de verb. oblig.* & clariū dixit eodem *tract. lib. 11. tit. 17. num. 15.* quòd si hoc emolumētum hæredi dādum esset hæreditarium, retineri nō posset, 7 licet secus quando non esset hæreditarium, sicut etiam prælegata in hæreditate comprehenduntur, si id Testator senserit, vel si sub nomine hæreditatis per diuisionem legata reliquisset, docet *Theſaur. d. q. 17. post nu. 3. vers. nisi testator*, & sic in hoc negotio exquirenda est voluntas defuncti, etiam si prælegasset, & eius mens attendenda, quæ ex varijs circunstan- tias in hanc, vel alteram partem dominatur, vt dicit *Peregr. de fideicom. ar. 7. num. 21.* cùm in his omnibus arbitriū sit Testatoris, vt computentur, *l. quod autem ff. ad l. Falcid. Peregr. d. artic. 3. num. 36.* Ideòq; videndum est, an di- 8 eta tertia portio censeatur relicta iure hæreditario, vel legati, & an ex voluntate defuncti omnino veniat in contributionē onerum hæreditariorum.

Primò supponendū est, quæſtionem nostram non versari in instituto

simpliciter in re certa, & particulari, qui loco legatarij haberetur, quando nihil aliud relinqueretur, & datus es- set alius hæres vniuersalis, vt not. in d.l. quoties, & in l. ex facto, ff. de hæred. instit. Bart. in l. si quis seruum s. fin. ff. de legat. 2. colum. ult. Bal. in l. filium, quem habentem nu. 33. vbi Ias. nu. 10. C. famil. ercisc. & alij relati per *Peregr. dicto artic. 3. nu. 11. Greg. Lopez par. 6. tit. 3. l. 14. glof. 2. Menoc. conf. 483. nu. 4.* sed in filia instituta in feudalibus, & in casu matrimonij in tertia parte bur- gensaticorum, vt inferius fundabitur, & sic inspiciendum est, an habeat di- cīam tertiam partem titulo legati, & sine onere, quòd si ex alio Pars alle- garet, legatū esse certę rei, & ideò etiā in cohærede deberi sine grauamine contributionis ex dispositione *text. in d.l. C. si cert. pet. demonstratur, assump- ptum subsistere non posse, quoniam id procederet, si verè esset legatum rei perticularis, non existente contra- ria voluntate defuncti, vt dictum est supra, vel si esset legatum tertię partis bonorum mobilium, & immobilium, tunc pariter diceretur certarum rerū, cùm iura, & actiones non continean- tur, quo casu legatarius non grauare- tur oneribus creditorum, & ita pro- cedit *text. in d.l. si hæreditatem s. 1. ff. manda. Barto. in l. fin. ff. de usufr. lega.* & *Greg. Lopez declarat in dicta par. 6. tit. 9. l. 2. Alexand. conf. 45. nu. 12. libro 1. Corn. conf. 175. num. 9. lib. 3. Mantic. de coniectur. lib. 9. tit. 2. num. 1.* Secus autē cùm relinquitur tertia pars bo- norum aliqua distinctione non adhi- bita respectu patrimonij burgensatici, vt in casu nostro, respectu cuius vo- luit Testator, Principissā primogeni- tam habere tertiam partem cōtracto matrimonio, & sic in vniuerso tertiam partem burgensaticorum, quæ bona sic simpliciter enunciata, sicut hære- ditas, vniuersitatem quandam, ac ius successionis, nō singulas res demon- strant, ad literam dicit *text. in l. bono- rum la seconda, ff. de verborum signif. & habe-**

habetur etiam in *l. bonorum la. I. ff. eod. tit.* & tradit notabilitè *Paul. Castr. in l. si quis seruum S. fin. num. 4. ff. de leg. 2.* quia videtur facta dispositio sub nomine vniuersali omnium bonorum burgensaticorum, quo casu veniunt iura, & actiones, vt comprobatur latè *Ang. Matheac. in tract. de legat. & fideicommiss. lib. 2. cap. 17. à nu. 16.* & propriè *num. 19.* nec dici posset, dispositionem hanc non continere omnia bona Testatoris, cùm adsint etiam feudalia, quæ non includuntur in dispositione facta in beneficium. Dicissæ, sicque relictum tertiaræ partis nō posse intelligi omnium bonorum, quoniam bona feudalia, licet sint in patrimonio defuncti, sunt tamen alterius qualitatis diuersæ à bonis burgensaticis, vt aliàs diximus ex relatis, cæteris omisis, per *D. de Ponte in conf. 52. à nu. 23.* & appellatione bonorum feudalia non comprehenduntur, vt habetur per omnes *in cap. in generali, si de feud. defunct. mili.* ideò sufficit disposuisse de tertia parte bonorum burgensaticorum, cùm patrimonium bonorum burgensaticorum omnia comprehendat etiam iura, & actiones, ex quo distinctionem certorum bonorum recipere, aut continere verba illa non possunt.

Amplius quamvis tertia pars bonorum non comprehendenteret iura, & actiones, adhuc quoad onera deducenda Pars non bene diceret, siquidem non deberetur tertia pars bonorum burgensaticorum, non deductis prius oneribus, sed ante omnia debuissent deduci onera, & de eo, quod superest deberetur tertia, cùm pars bonorum relicta intelligatur deducto ære alieno, sic in materia contributionis loquitur *Gregor. Lopez in d. l. 2. circa princ.* & quantum ad effectum vis modica est, quia ita minus habet legatarius partis hæreditatis, sicut legatarius partis bonorum facta solutione æris alieni. Differentia verò consistit tantum in modo, quoniam pri-

mo casu legatarius debebit soluere, in alio casu hæres, notabiliter posuit *Castr. in d. l. si quis seruum S. fin. nu. 3. in fin.* & superuenientibus alijs creditoribus peterent credita ab hærede, & hæres à legatario, *Molin. Jesuita latè de iust. & iur. tom. 1. disputatione 204. post lit. C. 1. colu.* & latius in propria materia in *tract. de maiora, & tribu. disputatione 640. col. 4.* & propriè *num. 4. vers. quando maioratus, & Gutier. videndus tract. quest. lib. 2. quest. 58. à nu. 8. cum seq. vbi tractans articulum de filio meliorato in tertio, & quinto ex l. 21. Tauri, qua statutū est, ex melioratione similiter esse deducendum æs alienum, dicit d. l. 21. non esse correctoriam iuris communis, cùm pariter legatario quotæ bonorum debeat relictū deducto ære alieno de iure communi, & correctionum ex l. prædicta inducitur in eo, quod melioratus ipse directè ad ratā onerum teneatur, de iure verò communis hæres soluit, & tātò minus prestatibit legatario, declarando *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 2.* de quo etiam *Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 10.* & *Molin. Jesuita in dicta disputat. 204. lit. B. vers. quod melioratus cum seq.* & sic licet dicta tertia pars burgensaticorum fuerit relicta dictæ Principissæ in casu matrimonij contrahēdi cum Don Vincentio; nō tamen libera ab oneribus hæreditarijs, sed deducto ære alieno pro rata, vt diximus supra, sat enim fuit, quod ultra feudalia excessiæ quātitatis consecuta fuerit hanc aliam tertiam partem burgensaticorū, quam nō habuisset matrimonio non contracto cum dicto D. Vincentio, & ideò cum rata onerum, attenta dispositione Principis communis patris, vt infra latius confirmabitur. Vis autem esset si censeretur prælegatum, non institutio, de quo mox inferius dicemus.*

10 Et si Pars allegaret, Testatorem in casu nostro non disposuisse in beneficium Principissæ de tertia parte burgensati-

gesaticorum simpliciter, sed de tertia parte burgensaticorū, & emptionum, & mobilium, quo casu dispositio videtur restricta ad emptiones, & mobilia tantum, ex traditis per Bart. in l. 1. S. hoc autem edictum ff. de nou. oper. nunc. & in l. questum §. ultimo ff. de fund. instr. Dec. cons. 92. nu. 3. vers. 5. in proposito, & in l. in toto ff. de reg. iur. vbi Cagnol. num. 9. in fin. Ang. in cons. 355. num. 3. & ideo quod dici possit legatum certarum rerum, non quotæ bonorū simpliciter, adhuc obiectio prædicta facile resoluitur ex multis.

11 Primò, si assumptum Partis verum esset, & de iure procederet, vt videtur restrictum legatū ad emptiones, & mobilia tantum, Ducissa hac via multò plus consequeretur, quam per viam contributionis, etiam istius tertiae partis, si Pars in hoc vellet consétere, quoniam certum est, appellatione emptionum, & mobilium non contineri iura, & actiones, quæ constituunt tertium genus bonorum, vt vltra superius allegatos docet Bart. in l. 1. C. si aduers. transact. & in fine, & in l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iud. & in l. quam T uberonis §. ff. de pecul. licet quādo debemus assimilare actiones, tunc secundūm glo. in d. l. 1. iudicatur mobilis, vel immobilis secundūm qualitatē rei, quæ in actione deducitur, sed non per hoc facta dispositio ne mobilium, vel immobilium veniūt iura, & actiones, quia est tertium genus, nec est necesse, quod alicui extremorum assimiletur, cùm stet de per se, Specul. & ibi Io. Andr. in additio. in tit. de fruct. & interesse §. 1. vers. sed quid si debo, & Matheac. loco citato, & Paris. optimè, videndus in cons. 94. num. 3. lib. 2. pariter nec nomina debitorum comprehendenterentur, vt per Ias. in d. l. à Diuo Pio §. in venditione, Bart. cons. 50. lib. 1. Paris. d. cons. 94. & 95. 96. nu. 14. lib. 2. Crauett. cons. 300. in fin. Rebus. in l. mouentium ff. de ver. sign. & Menoc. de præf. lib. 4. præf. 142. num. 20. His stantibus si Princi-

pissimcompeteret tantummodo tertia pars emptionum, & mobilium, sine dubio in beneficium Ducisse remanerent omnia stabilia iam estimata existentia in statu Calabriæ, pariter omnia nomina debitorum iam liquidatorum, exceptis nominibus debitorum ex causa tertiarum, similiter omnia iura, & actiones pro cōsequuntione pretij Terræ Cusoliti emptæ in capite Io. Baptistæ Sersalis, ac pretij introituum feudalium emptorum à quondam M. Antonio Columna in capite eiusdem Io. Baptistæ, deficiente in emptionibus prædictis recognitione cum assensu, item pecunia non domi retenta pro vsu, sed fœnoris causa (vt in Principe solito fœnerari) appellatione mobilium non contineatur, Natt. in cons. 117. num. 5. ex text. in l. si chorus §. 1. ff. de leg. 3. & in l. se fundus eod. tit. glo. in d. §. in venditione in verb. animalia, Ang. in §. & quia per illum text. in Auth. de nupt. Matheac. in d. cap. 17. num. 24. & hæc vltra alias quantitates notabiles recuperandas contentas in relatione totius patrimonij.

12 Secundò, attendendo veritatem, & iuris dispositionem, quando in legatis præcedit dispositio generalis, & subsequitur enumeratio particularis aliquarum rerum, quæ sub generali dispositione comprehenduntur, tunc legatum non restringitur ad enumerata, sed censentur apposita demonstrationis causa potius, quam restrictionis, ita colligitur ex text. in d. l. questum §. ff. quis fundum ff. de fund. instruct. vbi glo. & Bart. nu. 1. 3. & 13. infi. & illa enumeratio censetur facta, ad maiorem declarationem, & tollendam dubitationem, maximè si adest copula, & cum, vel similis, vt in casu nostro, dum dicitur burgensatici, & compre, e mobili, secus si adesset dictio restrictiva, scilicet, videlicet, vel idest, vt vltra Bart. in d. §. si quis fundum latè docuit Paris. cons. 92. num. 33. lib. 1. Soci. sen. cons. 300. num. 2. vers. 342. num. 20. His stantibus si Princi-

secundò

*secundò confirmatur dicta conclusio lib.2. Afficit latè in decis. 106. num. 2. vbi Vrsil. in addit. Crau. in conf. 227. num. 7. vers. 2. licet, & num. 9. & copula illa, e compre, e mobili ponitur potius ampliatiuè pro dictione, etiam, vt pulchre tradit Menoch. in consil. 1157. à num. 11. vol. 12. & regulariter stat extensiùè, non restrictiùè, vt ex pluribus latissimè comprobat Decia. in conf. 44. num. 44. 46. & 104. vol. 4. & sic ex expressione emptionum, & mobilium, cum illa copulatiua, &, non exclusit tertiam partem burgensaticorum prius enūciatorum. Vel & secundò dicere possumus, quando post genus sequitur expressio alicuius individui sub aliqua specie cōprehensi, tunc legatum dici potest restrictum, & reliqua eiusdem speciei non censentur legata, aut si sequatur adiectio certi loci particularis, ita ex mente Bart. in d. S. si quis fundum num. 3. in fin. docet Gabriel. in conf. 98. num. 3. & 18. vol. 1. declarando Oldrad. in conf. 8. & Decian. d. conf. 44. num. 44. & 45. hic autem post adiectum genus burgensaticorum non sequitur enumeratio individuorum, scilicet talium emptionum, vel certorum mobilium, ita quòd reliquæ emptiones, vel mobilia censerentur exclusa, sed simpli citer species emptionum, & mobilium non individua enunciantur cum copula, &, quæ sub genere continentur, idèò illa verba potius extendunt dispositionem, quam restringant, vt intelligatur de tertia parte burgensaticorum relictorum Ducissæ.*

*13 Tertiò, quod est fortius, etiam si tertia pars tātum modò emptionum, & mobilium Principissæ competeteret, & non reliquorum burgesaticorum, adhuc omnia alia bona, iura, & actiones, & nomina debitorum ad Ducissam pertinerent, & amplius Principissa tenetur pariter cōtribuere in oneribus pro rata emptionum, & mobilium, quoniam inspicie dūs est titulus, quo relicta fuerint, legati scilicet, vel*

institutionis, non quantitas, aut species relicti, aut quæ fuerit voluntas testatoris quòd ad onerum contributionem, & mox demonstrabimus, dictam tertiam partē hēreditario iure, siue institutionis titulo fuisse dispositam, & præcisè oneribus submissam ex clara Principis defuncti volūtate, absque aliqua dubitatione.

*14 Ulterius secundò, principaliter magis accedendo ad casum nostrum aduertēdum est, ex dispositione Principis patris nullo modo fundari posse prætensum prælegatum dictæ tertiae partis, cùm verbum lego, vel prælego nō appareat, immò nec adeat dispositio aliqua dictæ tertiae partis separata ab institutione facta, ad hoc enim ut prælegatum censeatur, requiritur ut exprelsè fuerit separatum à portione, in qua institutus est ille, cui prætenditur prælegatum, veluti si in una parte testamenti adesset institutio, & in alia legatum separativm, vel antè, aut post institutionem, siue alia adessent legata intermedia, tunc allegari posset, dispositionem dictæ tertiae partis contineare legatum, non institutionem, ut optimè considerat Menoch. in consil. 86. post num. 80. vers. respondetur 2.*

*15 volum. 1. In casu autem nostro patet, Principem instituisse primogenitam in feudalibus, & secundogenitam in burgesaticis, & continuando eandē dispositionem sub eodem iure institutionis dispositum de tertia parte burgensaticorum in beneficium Principissæ cōtracto matrimonio cum Don Vincentio sic diuidendo bona sua modo prædicto, quo casu, etiā si adesset prælegatum, (quod plus est) in hoc non consideraretur dissimilis voluntas testatoris, sed competeret legatum prædictum in portionem hēreditariam, ut notabiliter posuit Corn. in conf. 274. num. 9. vol. 4. quoniam in eadem oratione dum instituit Principissam in feudalibus, voluit continuando dispositionem ipsam habere dictā tertiam partem in casu matrimonij con-*

contræti, quæ verba non inducunt prælegatum, *Curt. Iun. cons. 13. num. 5.*, *circa fin.* & propriè post *num. 7. vers.* multò ergo minus, *volum. 1.* sed consideranda est velut portio hæreditatis secundum *Honded. consil. 71. num. 28.* *volum. 1.* cùm titulo institutionis cōueniat quoque huic tertiae parti, vt *Peregr.* tradit *de fideicom. artic. 7. num. 60.* qualitas enim diuersa potuisset forte considerari, quando essemus in alio capitulo distincto, & separato, quod haberet orationem perfectam, & à superioribus non dependentem iuxta ea, quæ post *Parif. in consil. 34. num. 31. volum. 2.* tradit *Mantica de coniectu. lib. 6. tit. 13. nu. 10.* vel quando dispositio dictæ tertiae partis non esset vnta, vel continuata; siue successiva, sed separata per intermedium aliquam dispositionem, *Sfortia Oddus consil. 95. num. 85. & seq. Menoch. consil. 106. nu. 291. & 297.* immò si plures orationes essent compositæ, & dependentes ab uno verbo principali, non dicerentur separatæ, sed vnicæ oratio, vt in *decis. Rotæ diuers. 698. nu. 15. par. 1.* ex traditis per *Bartol. in l. Seiæ S. Caio ff. defund. instr.* & si plura sub eadem oratione, vel clausula subordinantur, & reguntur, vnfiformiter qualificantur secundum *Decian. consil. 26. num. 44. lib. 2. Anchæ. consil. 137. Ruin. consil. 102. num. 5. & 6. lib. 2. Menoch. consil. 399. num. 16. & seq. & Sfortia Oddus d. consil. 95. num. 76. 98. & 101.* aut si uno verborum periodo contineantur, æqualis erit determinatio, cùm non sit ferendum, vnicam verborum conceptionem ad plura relatam inducere diuersam qualitatem, institutionis scilicet, & legati, *Ruin. consil. 99. num. 10. lib. 2. Laderch. consil. 92. num. 10. lib. 1. Decian. consil. 1. num. 232. & consil. 41. num. 71. & 90. lib. 1. latè Ludouic. Casanat. consil. 52. num. 22. cum seq. & in specie, quòd dispositio subsequens sub illis dictionibus, sub tali forma, & cōditione, licet plura contineat, adhuc dicatur vnicæ*

oratio composita cōtinuatiuè, & omnia iuncta esse dicantur sub vna oratione, & sit idem iudicandum de vltimis copulatis, & redigantur ad vniiformem qualitatem, & interpretationem posuit *Surd. decis. 322. num. 59. Mädellus consil. 234. nu. 18. & 19. latifissimè Casanat. consil. 47. nu. 69.* & propriè à *num. 79.* respondendo obiectis, usque ad *nu. 93.* quia non sunt diuersæ orationes, sed ex vi copulæ dicitur vna oratio continuativa, vt tradit *Neuizan. consil. 72. num. 14.* relatus ab eodem *Casanat. in consil. 53. num. 55.* ex quibus remanet firmissimum in casu nostro, institutionem factam in beneficium Principissæ comprehendere, sub eadem natura, & qualitate institutionis dictam tertiam partem, nuptijs secutis cum Don Vincentio ex illis verbis continuatiuis eiusdem institutionis, & ex alijs deinde subsequentibus in eodem testamento, vt dicetur inferius.

17 Tertiò principaliter cōsiderandum est, vt omnia obiecta reiiciātur, quòd testator institutis filiabus, primogenita in feudalibus, & secundogenita in allodialibus, subdit, cum pactis tamē, & conditionibus infrascriptis, che in caso, che detta Signora Donna Maria pigliarà per marito il Signor Don Vincenzo, in tal caso habbia da hauere dediti burgensatici, e compre, e mobili lasciati a detta Signora Dōna Margarita la terza parte, modò si Princeps voluisse facere prælegatum in beneficium Dōnæ Mariae simpliciter post institutionem, & separatim, dixisset, lego tertiam partem in caso contracti matrimonij, sed quia instituendo filias continuando adiecit, cum infrascriptis pactis, & conditionibus, illa tertia pars, quæ subsequitur relicta in declaratione eodem contextu sequentia immediate post dicta verba, cum infrascriptis pactis, &c. pariter iure hæreditario institutionis relicta iudicatur, & non dicetur Principissæ legatoria particularis, sed potius verba predicta

dicta continent diuisionem hæreditatis, punctualiter posuit *Paris.* videntur in consil. 94. num. 31. & propriè num. 49. volum. 2. ponens prius institutionem *cumpactis, & conditionibus infra scriptis*, *Deciah.* pariter ponderans dictionem, *vt infra, in consil. 41.* post num. 128. vers. & ita in terminis vol. 1. & *Menoch.* similiter loquens de dicta dictione post factam institutionem in d. consil. 86. num. 8. cum seq. & licet in casu illius *consilij* diuerso à casu nostro teneat contrarium, processit ex eo, quod aderat legatum separatum ab institutione, ultra alia legata intermedia, vt ibi per ipsum post num. 80. in vers. respondetur secundò, quod tantummodo sufficeret pro decisione huius articuli, & sunt decisiones punctuales, & ineuitabiles.

18 Quartò, testator non usus est verbo, *lego*, siue *prælego*, sed verbo *babeat*, quod quidem verbum licet sit commune, directum scilicet, & obliquum, vt *Bart.* posuit in l. *Centurio num. 50. ff. de vulg. & pupill. substitut.* importat tamē fideicommissum, si adiiciatur substitutioni iuxta tradita ibidem per *Alex. num. 95. cum seq.* & sic vel trahitur ad institutionem, vel ad fideicommissum, minus autem ad prælegatum, cùmque hic non adsit substitutione, sed continuata institutio in casu matrimonij, ideo directam institutionem importat, etiam quia attentionis consuetudine testatoris, & his, quæ subsequuntur institutionem, illa verba non inducunt legatum, iuxta text. in l. *si seruus plurium S. fin. ff. de legat. I.* quemadmodum testator inferius iterum dixit, *che casando si con Don Vincenzo essa D. Maria non habbia d'hauere altro se non li beni feudali, e la terza parte di burgensatici, e beni mobili nel modo predetto*, & sic usus fuit verbo, *babeat*, etiam in feudalibus, in quibus fuit instituta iunctim cum dicta tertia parte burgensaticorum.

19 Quintò, omnia obiecta omnino

tolluntur ex alia consideratione, quæ clarissimè deducitur ex verbis testamenti post dispositiones prædictas, dum testator ordinavit contributionem onerum his verbis videlicet, *si deducano di detta heredità da dette Signore sue figlie pro hereditaria portione etiam super feudalibus*, ex quibus patet, iniunxit onus soluedi debita, & legata vtriq., & sic à contributione nedum Principissam nō excludit pro sua portione, sed specialiter grauauit, item intellexit portionem *Principissæ hereditariam, non prælegatam, nec dicatur, quod poterat intelligi Principissa grauata p portione hereditaria feudalium, quia deinde locutus fuit de feudalibus per verba ampliatiua etiam super feudalibus, & propterea dum primò locutus est de portione hereditaria, non poterit intelligi, nisi de portione hereditaria burgensatica, cùm aliam portionem Principissa non haberet, in qua onus imposuit, ex regula tex. in l. fundus, qui locatus ff. de fund. instruct. quemadmodum Pars similiter sic specificè declarauit in comparitione presentata ante sententiam, quam contributionem ordinatam in dicta portione hereditaria ampliauit etiā super feudalibus per verba supradicta, vt omnia sine dubitatione in oneribus comprehendenderentur, illa namque dictio, *etiam*, est ampliatiua implicans alia maiora expressis: & auget dispositionem, & qualitatem, cui adiicitur *clem. unica cum glos. de sequestr. possessio. & fruct. cap. 2. de procurat.* in 6. *Crau. in consil. 294. num. 7. vers. 7. pondero, Alcia. consil. 113. num. 5. impressione antiqua, Menoch. consil. 652. num. 2. vol. 7. vt sit sensus, quod non solum fieret deductione ab hereditate pro portione hereditaria burgensaticorum, sed etiam respectu feudalium, cùm nominando utramque filiam, & portionem hereditariam, intelligere non poterat, nisi de burgessaticis, ex quo respectu feudalium deinde locutus fuit ampliando**

do dispositionem per dictam di<sup>c</sup>tio-  
nem, *etiam*

20 Ultimò, nō est omittendum, quòd testator post distributionem suorum bonorum mod<sup>o</sup> prædicto declarauit, adesse onera, & legata facienda, quæ deduci iussit ab eius hæreditate à suis filiabus, ideoq; cùm subsequatur grauamen iniunctum onerum, & legatorum, dicta tertia portio, de qua antea locutus fuerat, hac alia ratione includitur pariter in dispositione grauamini<sup>s</sup> prædicti ex illa conclusione communi, quòd prælegatum si præcedit, venit in restitucionem, secus si subsequatur, de qua *Ducto. in l. cùm virum C. de fideicom. Dec. conf. 254. Boer. decis. 280. per totam, & Thesaur. in dict. quest. 17. num. 22.* latissimè, quòd si voluisse assignare liberam dictam tertiam partem Principiss<sup>x</sup>, sine dubio dixisset, quemadmodum particulariter, vbi voluit, dixit, quòd matrimonio contracto per Principissam cum Marco Antonio Columna, burgenfatica remanerent secundogenitæ libera ab onere duc. 150. mil. dotis destinatæ dicto Marco Antonio iuxta tex. in l. unica §. sin autem C. de cadiuc. tollend. & quòd nullo modo voluisse p<sup>r</sup>ælegati nomine relinquere dictam tertiam partem, patet ex alio, quoniam dictis filiabus ad inuicem fecit reciprocam substitutionem in casu mortis sine filijs, quæ substitutio quòd ad Principissam comprehendere non poterat, nisi dictam tertiam partem, cùm feudalia includi nō potuissent, nec inclusa intelligerentur, & sic cùm in quolibet grauamine onerum, & substitutionis veniat comprehensio dicta tertia portio, nihil minus egit testator, quām prælegatum efficere, & sic absque dubio sumus extra casum, & qualitatem p<sup>r</sup>ælegati, seu alterius præceptionis.

Ad comprobationem pariter affertur, vt aliàs diximus, pro parte eiusdem Principissæ sepius fuisse factas declarationes tām ante matrimonium

contractum, quām post, in dicta tertia parte fuisse à Principe genitore institutam hæredem, pro qua fuit mediante decreto præambuli specificè hæres declarata, & illius vigore exegit omnes introitus ad se spectantes pro dicta tertia parte, pariter ante sententiā obtulit contribuere pro dicta portione hæreditaria burgensatica, in qua (vt dixit) fuerat onus impositum, & post sententiā similiter allegavit, tractari tantummodo de liquidatione ratè dictorum bonorum allodialium, pro qua ipsa Principissa cohæres tenebatur contribuere. Ex quibus indubitanter vndique constat, dictam tertiam partem esse comprehensam in contributione onerum, & legatorum ex confessione eiusdem Partis, quam nunc controuertere nititur ad differendam liquidationem, in qua dilatione omnem spem maximè collocavit.

#### 21 Die 24. Martij 1616.

*Fuit iudicatum, quòd Principissa contribuat pro tertia parte burgenfaticorum.*

#### ARGUMENTVM.

Transmissioni legati, vel fideicommissi quando pateat, vel claudatur aditus. Fideicommissum quando intelligatur reciprocè factum pro superstitibus in omnibus bonis, & quando in portione Parentis prædefuncti tātūm, non alterius Patrui, vel filiorum, diligens profecto explanatio, & optimis considerationibus illustrata.

SVM-

# Consilium XI.

I 57

S V M M A R I V M .

- 3 Ex premisso themate duo iuris articuli disputandi assumuntur.  
Prior transmissionis ) materiam  
Posterior substitutionis) concernit.  
Haec hereditas est testatoris heres.
- 4 Dies certus ab incerto, praesertim in materia transmissionis, quam maxime distinguitur, & num. 3. & melius num. 18.  
Legatum ad certum tempus purum est, non conditionale.  
Cessu diei, & aduentus diei sub diversa iuris continentur censura.  
Fideicommissum transmittitur ad filios substituti ad diem certum, quāuis decesserit ante illius aduentum, & num. seq.
- 5 Occurrit nunc eidam tacita obiectio.  
Antinomia existens inter I. si scriptum S. I. de leg. 2. & l. 1. C. de pac. quo nam sit modo vitanda.  
Refertur, & refutatur Alber. Dec. & Curt. iun. sententia.  
Verior interpretatio traditur.  
Legatum sub conditione per quas inducatur dictiones.  
Dictiones, si, post, vel cum, cuiusnam sunt natura.
- 6 Filiij filiorum quando ex testamento vocantur, ex tacita mente, vel coegereturis dum taxat in uitati, & substituti intelliguntur suis parentibus, non autem ad inuicem, nec filij unius essent substituti patruo, nec est contra Testator verisimiliter maiori dilectione prosequitur Nepotes in portione relictā eorum patri, quam alium filium, cui suam reliquit portionem.  
Parentum votum est, ut relictum unius ex liberis in eius descendentes transmittatur.  
Agnationis tacitus fauor multū distat ab expressa agnationis mentione.
- 5 Substitutione non extenditur de casu ad casum, neq; de persona ad personam.
- 6 Transmissioni locus non aperitur, ubi

- substitutus superuinuit ceteris sine liberis decedencibus.
- Fideicommissum reciprocum versatur inter plures honoratos, quando uelimus ex illis mories grauatur in toto, vel integra quantitate.  
In substitutione fideicommissaria an pluralitas resoluatur in singularitates, remissue.
- Substitutione evanescit ob conditionis defectum.
- 7 Facti ponderatio.
- 8 Transmissioni num fiat locus decedente legatario ante diei aduentum.  
Valq. Capr. & Menoch. distinctio in tria capita distributa, quam Author amplectitur.
- 9 Testamenti verba ponderantur.  
Dictio, si, & dictio, cum, differunt quoad modum, non autem quoad effectum; per utramque enim coditio importatur, & num. seq.
- 10 Legatum purum à conditionali quam maxime distinguitur, praesertim circa transmissionem, sed quandoque difficulter percipitur, an sit unum, vel alterum inductum, utere tunc distinctione per Authorem bic relata.  
Dictio, post, illius est nature, ut inducat conditionem principaliter secundum Ias.
- Ablatiuii absoluti important conditionem, nec non fideicommissum, quando includunt verbum disposituum.
- 11 Alia testamenti ponderatio.
- 12 Filius sam. in uitatus ad aliquod emolumen absque patris contemplatione factum in contractu, vel ultima voluntate, illud consequitur etiam si non sit parentis heres.  
Dictio, non aliter, est præcisa, & non admittit modificationem.
- Legatum veluti conditionale non transmittitur, si dies non cesserit, & debetur superstiti absoluto tempore, præfinito.
- 13 Ius accresendi cessat post acquisitionem, nisi in contrarium urgeat testatoris.

*toris voluntas.*

- 14 *Fideicommissum reciprocum censetur inducere inter plures vocatos expresse, vel tacite ex mente testatoris, maxime concurrentibus conjecturis. Et sufficienes conjecture dicuntur hic relate.*
- Cephal. & Odd. *opinione reiecta contrariam Peregrini Author amplectitur.*
- Transmissioni locus aperitur, ubi testator vocat ipsos substitutos in stirpes, & non in capita.*
- 15 *Testatoris potestas tanta est, ut possit facere transmissibile, quod sui natura tale non est, & è conuerso.*
- 16 *Transmissione ex conjecturis, quarum aliquot hic recensentur.*
- 17 *Ius accrescendi ex tacita testatoris mente per conjecturam inducitur. Coniuncti verbis, non autē re, qui sint. Ius accrescendi habet locum inter coniuctos verbis tantum.*
- ... quid sit.  
... impedit transmissionem legati, & etiam fideicommissi uniuersalis.
- 18 *Pisirema testamentarie dispositionis ponderatio.*
- 19 *Lis hæc non fuit terminali sententia composita.*

Pro Octauio, & Francisco Maria Pauesijs.

#### CONSILIVM XI.

 Nicolaus Pauesius institutis hæreditibus Camillo, Octauio, & Lelio filijs, quosdam introitus particulares suæ hæreditatis destinavit pro creatione Multiplici; cū nonnullis ordinationibus, & dispositionibus, & signâter, quòd dicta summa multiplicari debuisset per annos triginta cōtinuos, initii capiētes à die mortis ipsius testatoris, quòdque emptiones faciendæ ex fructibus, siue ex capitalibus in casu reemptionis, vel

rescissionis cedant ad effectum Multiplici, & fiant de corpore illius ad cōmodum, & beneficium filiorum, & filiorum ab eis, & eorum quolibet procreandorum masculorum ordine tuecessio, & non aliter, dotatis feminis procreandis ex fructibus Multiplici, usquè ad summam duc. viginti milie.

Insuper ordinavit, quòd prædicti Camillus, Lelius, & Octauius filij, & eorū quilibet, elapsis prius annis 15. ab obitu testatoris, possint ex redditibus Multiplici usquè ad metam prædictorum annorum 30. percipere usq; ad summam scutorum 3000. pro quolibet eorum, & de illis ad libitum disponere.

Elapsis autem annis 30. in Multiplico succedere debeat pleno iure omnes filii masculi dictorū Camilli, Octauij, & Lelij, qui tunc nati fuerint, & ex inde etiam nasci contigerit, equis portionibus in stirpes, & non in capita, & ubi aliquis ex filiis decederet, nullis relictis masculis, portio, quæ spectasset ad filios, si relinquisset, accrescat alijs filijs natis, & nascituris ex reliquis eius filijs in stirpes, & non in capita, quod intelligendum duxit etiā alio filio decedēte sine filijs masculis, ut hæc alia portio deuoluatur, & accrescat filijs alterius ultimo loco superstitis in tali casu in capita, & non in stirpes, adiiciendo in testamento prædicto alias conditiones, & ordinatio- nes, quæ inferius in alijs ponderatio- nibus suo loco describentur.

Ante lapsum annorum 15. decepsit Camillus relichto filio masculo Scipione, qui similiter vita functus est, adhuc non completis dictis annis 15. superstite matre, decepsit quoq; Lelius relichto filio Francisco Maria, ac superstite Octauio Pauesio filio testatoris.

Mater Scipionis ultimo loco defūcti allegat primò, portionem Multiplici quòd ad capitale ex persona d. quon. Scipionis eius filij ad ipsam pertinere ex nunc pro tunc elapsis annis trīginta computandis à morte testatoris

pro

pro tertia parte. Secundò, cùm iam sint completi anni quindecim, simili ter competere annuos duc. tresmille, quos Camillus pater Scipionis communis filij percipere poterat post annos 15. ex facultate attributa à testatore, quorum perceptionem ex iuri s dispositione transmisit ad hæredes, & sic ad Scipionem, & successuè ad matrem superstitem hæredem Scipionis, ex regula, quòd hæres hæredis testatoris est hæres, vulg. *l. fin. C. de hæred. inst. non obstantibus vinculis, aut substitutionibus in eodem testamento adiecit, quæ non videntur inducere reciprocum fideicommissum, sed tantummodo, vt unusquisque ex filijs nascituris censeatur vocatus ad portionem parentis prædefuncti, vt inferius dicetur, ex quibus præcipue duo articuli resultant discutiendi.*

Primus, an portio Multiplici dictorū quondam Camilli, & Scipionis ante lapsum annorum quindecim, siue triginta, vt supra, respectuè transmissa intelligatur ad hæredes, & sic ad matrē, quamvis extraneam quoad testatorem, exclusis Octauio, & Francisco Maria filio, & nepote testatoris.

Secundus, an substitutio, seu fideicommissum intelligatur reciprocè pro superstibus quoad integrum summā Multiplici in casu mortis cuiuslibet ante lapsum annorū triginta, vel potius quoad portionem parentis prædefuncti tantum, non alterius patrui, vel filiorum.

Deueniēdo ad primum articulum, pro matre assertur, dispositionem testatoris tam respectu annuorum duc. 3000. quām portionis capitalis Multiplici continere certum tempus annorum 15. quoad introitus, & annorum triginta respectu capitalis, quo casu, cum dispositio refertur ad diem certam, nō facit conditionem quoad transmissionem, licet secus in die incerta, *l. dies incertus ff. de cond. & demonstr. vbi glos. in fin.* quia purum legatum est, quod mora, non conditio-

ne suspenditur, *l. hæres meus ff. cod. tit.* & tempus videtur adiectū præstationi legati, quod non impedit transmissionem *l. quibus diebus §. 2. ff. cod. tit. de cond. & demonstr.* cessit enim dies à morte testatoris, licet non venerit, vt peti possit, sed transmittitur ad hæredes, *tex. est clarus in l. ex his verbis C. quand. dies legat. ced. & l. si dies ff. cod. tit. & l. unica §. cùm igitur, & §. in nouissimo C. de caduc. tollen.* & idem in substitutione fideicommissaria, vt si facta sit ad diem certam, transmittatur ad filios substituti, quamvis substitutus ante diem certam deceperit, *glos. & Doctores in l. si post diem §. 1. ff. quand. dies leg. ced. & l. unica §. fin autem C. de caduc. tollend. de quo latè Alexan. Trentacing. in tract. substit. par. 4. cap. 14. num. 25.* licet aliter dispositum sit, cùm processerit ad diem incertam, *l. cùm hæredes ff. cod. tit. quādo dies leg. ced.*

3 Et licet videatur obstare difficilis *text. in l. si ita scriptum §. 1. ff. de leg. 2.* vbi legatū sub conditione, vel ex die certa, ante diem repudiari nō potest, quia vt dicit *text.* non pertinet ad nos antequam dies veniat, & sic videtur, quòd nec transmitti possit ad hæredes ante diem, si prius ad legatarium non pertinet, *Doct. tamen in l. I. C. de pact. vi Alber. Dec. num. 19. & Curt. iun.* conciliando iura prædicta dixerunt, quòd licet debeat legatum ante diem, repudiari tamen non potest, cū & si habeat actionē, quia ante diem petere non pōt, pariter repudiando nihil agit, secundum *Bart. in d. S. 1.* sicut latissimè pro intellectu dictorum iurium declarat *Emmanuel Costa selectar. interpretat. cap. 20. per totum,* quæ conciliatio non admittitur, sed alia probabilius traditur *l. text. illum procedere in legato alternatio sub conditione, vel ex die, quo casu merito repudiari non potest, quia nōdum ad legatarium pertinet, donec conditio, vel dies extiterit, alterutro autem veniente rectè repudiari potest, cùm*

O 2 suffi-

sufficiat alterum adimpleri, ita optimè explicat *Did. à Spino in spec. testamētorum glof.* 14. post *nu. 31. cum seqq.* & sic in legato ad diem certum aliter dicendum est, vt ibidem docet post *nu. 34.* videtur namq; in casu nostro adiecū tempus præstationi dictarum quantitatum, quod tempus iam cessit à die mortis testatoris, vt dictū est, & sic etiam morte sequuta ante tempus fit trāsmisso ad hæredes *l. Sempronius Attalus* vbi *glof. in verb. cum post ff. de usu, & ususfruct. leg.* cùm tempus illud conditionale legatum nō faciat, & legatarius transmittit, expectabitur tamen dies, de quo latè *Benedictus Capra conf. 133. nu. 5. cum seqq.* *Menoch. conf. 1067. à nu. 5.* & *Emmanuel Costa d. cap. 20. in fin.* tantò magis, quia si legatum fuisset factum sub conditione, vel per dictiōnem, *si, post,* vel *cum,* tunc illæ dictiōnes, siue aliqua ipsarū effecissent conditionale legatū, & ante dīc impediretur transmissio, vt probat optimus *tex. in l. s. Titio ff. quand. dies leg. ced. & l. s. Pontionilla C. eod. tit.* sed quia in casu nostro videtur simplièter prolatum sine dictiōne aliqua ex prædictis, tempus adiectum importat diem, non cōditionem, & proindè locus sit transmissioni ad hæredes èt ante diem, vt latè comprobat *Bursat. conf. 8. n. 19. vol. 1.* ex quibus videtur concludendū, quon. Camillum transmisso ad filium perceptionem annuam duc. 3000. cùm anni 15. completi fuerint, & sic ad matrem hæredē filij, & pariter ad eādem spectare tertiam partem Multiplici ex persona dicti Scipionis filij vocati post annos 30. incēptos à die mortis testatoris.

**4** Quòd secundum articulum videatur argui posse in beneficium matris, ex eo, quòd licet in testamento sint vocati tres filij, & filij ipsorum masculi ad successionē Multiplici in stirpes, & sic in tertio, non tamē fuerunt ad inuicem substituti filij, nec filij filiorū, quo casu inter eos non dicitur indu-

ctum reciprocū fideicommissum, nec filij vnius censemur substituti patruo, vel è contra, sed singuli censemur vocati ad portionem parentum, non patruorum, aut ab eis delcendentium, cùm reciprocum fideicommissum nō fecerit, vt benè comprobat *Cephal. ix conf. 401. à nu. 28.* & propriè *num. 31. vol. 3. allegās conf. Ruin. 134. sub nu. 7. vers. præterea lib. 3. subdens, testatōrē magis diligere nepotes in portione relicta eorum patri, quām alium filiū, cui suam portionem reliquit, cùm votum parētum sit, vt quod vni ex libe-ris reliquit, transeat ad illius descendentes *l. unica C. de his, qui ante apert. tabul. glof. in l. cùm acutissimi in verbo vitam suam C. de fideicom.* maximè quando expressam mentionem non fecerit agnationis secundūm *Dec. consil. 287. num. 9. & 10. cum seqq.* & alij sequuntur, relati per eundem *Cephal. eod. conf. num. 39.* sequitur *Sfortia Odd. consil. 45. num. 30.* cumulat in his terminis latè *Petr. Anton. Petra de fideicommiss. q. 9. à num. 231. fol. mihi 114. Zanch. in l. bgre- des mei §. cùm ita par. 7. num. 85. à num. 284. vbi cæteri DD. ff. ad Trebell. Riminald. conf. 280. num. 10. & 16. vol. 1. & Bursat. in conf. 64. nu. 18. vol. 1. & conf. 381. post nu. 36. vers. tamen vol. 4.**

**5** Et attendendo verba dispositionis testatoris, clarè patet, ad successionē Multiplici vocasse filios, & filios filiorum, non tamen eos inuicē substituit, sed tantū in casu, quo aliquis ex filijs ipsius testatoris decederet sine filijs, vocavit filios aliorum, qui superstites essent; Igitur quia procreatis vno, vel pluribus filijs à qualibet ex filijs testatoris, in portione illius non substituit alios descendentes ex alijs filijs videtur absolutum, illius portionem in fideicommissio non contineri ex traditis per *Peregrin. de fideicomm. art. 13. à num. 5. & num. 7.*

**6** Amplius, testator voluit in alio capitulo, vt si omnes ex dictis Camillo, Octa-

Octauio, & Lelio decederent sine filiis masculis, tali casu, ille, qui post obitum aliorum superstes remaneret, valeat de Multiplico disponere, prout de re propria, & in hac specie videtur inter eos honoratos inducta reciproca substitutio fideicommissaria, cum ultimo morienti superstite tamquam facultatem dedit disponendi de Multiplico alijs predecedentibus sine filiis, & sic locus non esset transmissioni aliarum portionum praedefunctorum, ut late tradit *Menoch. consil. 200. à num. 103. & propriè num. 107. volum. 2.* sicut quando ultimo moriens grauatus fuisset restituere integrum quantitatem Multiplici, ad notata in *I. Titia Seio, §. Seia Libertis ff. de legat. 2. Rip. in dict. S. cum ita num. 16. Zanch. num. 638.* & alij quamplures relati per *Peregrin. d. art. 13. num. 14.* Sed quia Camillus decepit superstite filio, & pariter Lelius, inter istos filios non potest considerari substitutio reciproca, quæ expressa non est à Testatore aliquo modo, pariter ad illorum portiones non posset dici vocatus Octauius non substitutus, cum facultas disponendi ei tanquam ultimo tributa fuerit, alijs praedefunctis sine filiis masculis, & sic nec cadit alia disputatio, si substitutio fideicommissaria facta pluribus resoluatur insingularitatem uno decedente sine filiis, de quo per *Rip. in d. S. cum ita à num. 138.* explicat late *Peregrin. in d. art. num. 61. in fin. cum seqq. Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 11. tit. 5. num. 29.* cum duo filii praedefuncti iam decesserint superstitibus filiis, ad cuius confirmationem adducitur, testatorem prospexit tantummodo filiis masculis filiorum suorum, & non alijs ex eis descendantibus, nec adiecta reciproca substitutione. Adeoque cessante expressa substitutione portio Scipionis descendantis ex Camillo praedefuncto videtur transmissa in beneficium matris hæredis, non autem in beneficium Francisci Mariæ filij

alterius fratri, qui successisset eo casu, quo Camillus absq; filiis mortuus esset, vt supra ponderauimus: Idcirco defuncto Camillo, superstite Scipione, illa substitutio euanuit, i.e. cum ibi not. C. de condit. insert.

<sup>7</sup> Accedit alia consideratio ex alio capitulo eiusdem testamenti, dum testator disposuit, vt decedente aliquo ex filiis, relictis filiis masculis, & super portione eos tangente vincula non adiecerit, tali casu duo ex filiis superstitibus valeant imponere eadem met vincula ad cōmodum, & beneficium dictorum filiorū masculorum filij praedefuncti, seu praedefunctorum, & sic ex eadem dispositione colligi videatur respexit tammodò ad cōmodum filiorum filij praedefuncti absque alia substitutione in beneficium aliorum masculorum ex alijs filiis Testatoris: Proinde cessante substitutione erit admittenda mater ad portionem Scipionis filij, tam quoad capitale Multiplici, quam respectu perceptio- nis ann. duc. 3000. elapsis iam annis quindecim à Testatore destinatis.

Verum prædictis omnibus minime refragantibus, tuendo iura Octauij, & Francisci Mariæ filij, & nepotis Testatoris ex infra scriptis apertissimè liquebit, in utroque articulo respondentium esse contra matrem absque difficultate tam ex expressa Testatoris dispositione, quam ex ipsius coniecurata mente.

<sup>8</sup> Quoad primum articulum est aduertendum, non sic absolute procedere conclusionem superius firmatā, vt locus sit transmissioni, decedente legatario, quando dies certa, non incerta apposita est in legato, sed cum distinctione, vt videamus; an dies, vel tempus certum adiectum sit executioni, & præstationi legati, an autem substantiæ ipsius legati, omissa alia distinctione; An conditio respiciat personam legatarij, vel hæredis grauati, quæ nō facit ad rem, de qua agimus; & de ea loquitur *Ias. in d. l. scui*

§.1.num.8. *Theſaur.lib.1. quæſtioneſum forenſium queſt.* 68.num.11. *Morotius conf.3.num.3. & Did. à Spin. in ſpecul. teſtam.d. gloſ.14. num.23.* & habetur in d.l. *vniſa* §.1. vbi gloſ. & *DD. C. de caduc. tollen.* & vt clariū hanc con- trouerſiam reſoluamus, eſt conſide- randum, quòd aut tempus certum ap- ponitur ad reſolutionem, ſeu in- titutum legati, aut apponitur ſubſtatiæ, & diſpoſitioni legati, aut verò execu- tioni, & preſtaſionи legati; Primo caſu, cùm adiſcitur reſolutioni legati, veluti cùm quid legatur præſtantum uſq; ad annos viginti, dicetur purum lega- tum, reſoluendum tamen, ſeu finien- dum per laſpum temporis, & dece- dēte legatario interim locus eſt trā- miſſioni, caſus eſt in l. ambiguitatem *C. de uſuſru.* Secundo caſu, ſi appona- tur ſubſtantia legati, tunc ſine dubio legatum erit conditionale, veluti ſi legauerit Titio cùm erit annorum 30. & decedente interim legatario non tra- miſſitt, cùm antea non debeatur, ad text.in l. ſi ita ſcriptum ff. de manu- miſſ. teſtam. l. ſi cui legetur §.1. ff. de le- gat.1. vbi gloſ. & in l. cùm ex filio in- gloſ.1. ff. de vulg. & pupill. ſi enim ab iničio non ſolū petitio diſſertur, ſed iſipum legatum, dicetur cōditionale, & non tra- miſſitt, quamuis in diem, gloſ. in d.l. *Seius Saturninus ff. ad Tre- bellian.* Tertio verò caſu, quando dies certus appoſitus eſt preſtaſionи, & executioni legati, tunc dicetur legatū in diem, non conditionale, & Legata- riū interim decedens tra- miſſitt, d.l. ex hiſ verbiſ *C. quānd. dies leg. ced. & l. quib. diebus S. quidam Titio ff. de cond.* & demonſtr. Veluti ſi teſtator legau- rit Titio decem, & ſic purè, & poſtea ſubjicit, quo tempore accipere de- heat, ita latè diſtinguendo docuit *Vazquez deſuſceſſ. progres. lib.3. S.29.* per quatuor columnas, *Capr. in d.conf. 133. cum ſeqq. & Menoch. d. cof. 1067. a num. 5.* benè verum eſt, quòd ſi dies non certus, ſed incertus appoſitus eſt etiam preſtaſionи, & executioni, ſem-

per facit legatum conditionale, gloſ. in d.l. *Seius Saturninus, Vazquez loco citato colum.4. circa fin.* referens alios quāplures, *Mantic. de coniecturis ultim. volun. lib. 11. tit. 20. nū. 3. Mo- rotius conf.2. & d.conf.3. latè, & Theſ. lib.1. quæſt. forenſ. q. 43. num. 7.*

9 His prämissis, ſi loquimur de an- nis duc. 3000. quos Camillus perci- pere valuiſſet elapsis annis 15. à mor- te teſtatoris, clarum eſt, tempus prä- dictum non fuſſe adieſtum preſta- tioni legati, ſeu executioni, ſed ſubſta- tiæ, & diſpoſitioni, cùm antea nihil legatum, aut debitum eſſet.

Sed tunc demūm, cū elapsi eſſent diēti anni 15. & ſic ceſſat transmiſſio, prädefuncto iam Camillo ante tem- pus prädictum, colligitur clarissimè ex verbiſ teſtamenti, dum dicitur, quòd elapsis priuis annis 15. ab obitu teſtatoris, poſſit quilibet percipere an- nuos ducat. 3000. & ſic resultat, nihil antea deberi, nec relictum eſſe, quā- uis tātummodo de pceptione loqua- tur, cùm omnia interim destinata fue- rint pro augmento Multipli, & quia non petitio, ſed legatum iſipum dilatū fuit ad tempus prädictum, ſcilicet, ut percipere valeant, cùm elapsi fuerint anni 15. ut ſenſuſ literę ſonat, nec vo- luit pertinere ad filios, ut infra dicitur, licet ſecus fuſſet, ſi legata purè certa quantitate, poſtea adieſtum fuſſet tempus circa preſtaſionem, quæ diſ- fertur ex ſuperiū allegatis, nō enim refert, vtrum ſcribatur, ſi anni 15. fue- rint elapsi, vel cum anni 15. lapsi fue- rint, quia primo caſu per conditionē tempus demonstratur, in ſecondo per tempus conditio, & vtrōbique eadem conditio eſt, dicit not. text.in l. ſi Titio verſ. nec intereſt ff. quānd. dies leg. ced.

10 Facto namque legato ſimpliciter, & purè cum adiectione temporis, vel cauſa facilioris ſolutionis heredis gra- uati, dicetur purum, nō conditionale, & tra- miſſitt, l. ſi cum prafinitione ff. quando dies leg. ced. ſed hoc procedit, quando dies non eſt appoſita legato, ſed

sed executioni legati purè facti præcedentis, quia nunc præsens debetur, & statim pertinet ad eū, cui legatur, licet ante diē peti nō possit, sunt verba *tex.* in d.l. si dies ff. eod. tit. quando dies leg. ced. & d.l. ex his verbis C. eod. & l. quibus diebus §. quidam Titio ff. de condition. & de non str. At in casu nostro non præcessit legatum cum adiectione temporis quoad præstationem, sed ipsum legatū factum est elapsis prius ann. 15. & non antea, & sic obligatio aliqua non oritur, nisi postquam transacti fuerint anni 15. vt denotant illa verba, *elapsis prius annis 15.* quæ sine dubio conditionem important principialiter, vt docet Ias. in d.l. si cui legatur §. 1. num. 9. ff. de legat. 1. eò magis quia verba prædicta in dicto legato sunt apposita per ablativum absolutum, & sic conditionem sine dubio important, scilicet si fuerint elapsi anni 15. l. à testatore ff. de cond. & demonstrat. l. acceptis ff. ad l. Falcid. l. si seruus §. qui margaritam ff. de legat. 3. Petr. Anton. à Petra de fideicommissum. quæst. 8. num. 18. sol. mibi 55. Thesaur. d.q. 68. quæstionum forens. post nu. 6. & ablativi absoluti adeò important cōditionem, vt inducāt fideicommissum, probat text. in l. fideicommissa §. cūm effet ff. de leg. 3. quando includunt verbum dispositivum, sicut in casu nostro, vt elapsis annis 15. percipient, declarat benè Mantic. d.lib. 11. tit. 20. num. 13. & parum refert, quod apponatur tēpus certum per dictionem, si, vel cūm vel aliam, quæ cōditionem importet, vt probat Morot. latè d.conf. 2. num. 4. cum seqq. existente autem legato prædicto conditionali, nec ad suos sit transmissio, secundum glos. in l. 1. C. de his, qui ante apert. tab. vbi Bart. & DD. & in d. §. cūm ita, reprobata alia glos. in l. is, cui ff. de action. & oblig. de quo latè Vasq. d. §. 29. num. 19. Mantic. in d. tit. 20. num. 1. & Petrus Ant. à Petra d. quæst. 9. sol. mibi 119. à ter. in princ.

11 Quæ cōtrouersia resoluitur clarius ex eodem testamento, dum Testator

disposuit, quod decedente aliquo ex filijs post tempus prædictum annorū 15. relictis uno, vel pluribus filijs masculis, noluit, eandem summam filijs assignari, vel solui, sed implicari in beneficium filiorum prædefuncti tātan summam, quantam percipiet aliis superstites usque ad dictū tempus annorum 30. ex quo sequitur, quod nedū filij prædefuncti filij non percipient summam prædictam, sed quod elapsis annis 15. filij testatoris tātūmodo superstites percipiēt, non prædefuncti, cūmq; Camillus, & Scipio pater, & filius decesserint ante lapsum annorū 15. transmissioni locus non est aliquo modo in beneficium matris ratione prætensorum ann. duc. 3000.

12 Siverò loquimur de portione capitalis Multiplici prædicti, res magis expedita est cōtra matrem, quoniam quātitatem destinatam pro Multiplico, voluit implicari per annos triginta continuos ad commodum, & beneficium filiorum, & filiorum ab eis procreātorum masculorum ordine successivo, & non aliter. Ita vt elapsis annis 30. pater habere potuisse, si viueret, & post eius mortem filius, etiam non h̄eres, cūm patris contemplatione non fuerit relictum, de quo latissimè Andr. de Iser. loquens tāti in cōtractibus, quām in ultimis voluntatibus in cap. 1. §. & si libellum à nu. 4. usque ad num. 18. de alien. feud. pater. Bart. & DD. in l. Gallus, §. quidam reēte ff. de liber. & posthum. Alber. in l. liberti à versic. ex quo nota C. de oper. libert. Corn. conf. 17. 1. col. vol. 4. maximè attenta illa dictione, non aliter, de qua Ias. conf. 86. nu. 16. lib. 3. Dec. conf. 61. num. 2. & alij relati per Morot. d. conf. 2. num. 14. mortuo itaque patre ante tēpus prædictum, ius aliquod ex sua persona in filium non transmisit. cūm nihil purè legatum sit soluendū fortè post annos 30. Fuit namque institutum Multiplicum in beneficium filiorum testatoris, & filiorum descēdientium ab eis, sed post annos 30. com-

cōpletos; immò cūm dies nō cesserit, conditionalis dispositio cedit in beneficium superstiti completo tempore p̄dicto, & antea nō sit transmissio ad text. in l. cūm quidam la 2. §. planē in fin. vbi glos. fin. ff. de legat. 2. & filij in casu p̄dicto non sunt in conditione positi, sed principaliter vocati omnes filij filiorū testatoris, elapsis dictis annis 30. vt expressè ex verbis testamēti ibi, elapsis dictis annis 30. &c. nec mater ex persona filij aliquid p̄tendere potest, cūm ante tempus anno rum 30. succedere non poterat, licet antea natus fuerit, quoniam Testator expressè disposuit, vt elapsis ann. 30. (pariter per ablatium absolutū) succedere debeant pleno iure omnes filij masculi d̄ctorum Camilli, Octauij, & Lelij, ideoque nedum tempus appositum est legato, & eius substantiæ, sed successio tunc competere poterat, cūm lapsi fuerint anni 30. & non antea, & sic conditionaliter, & defuncto iam Scipione ante tempus p̄dictum non sit locus transmissioni ad heredes pro rata Multiplici per ipsum non quæsita, sed integra quantitas Multiplici p̄dicti pertinet ad eos, qui superstites fuerint completo tempore p̄dicto, quemadmodum fortius confirmabitur ex allegandis in secundo articulo proposito, & cum distinctione supradicta resolute remanent obiectiones primi articuli.

13 Ad secundum articulum deueniente, est p̄mittendum, quod si portio Multiplici quæsita fuisset Camillo, vel Scipioni filio, tunc fortè cessaret disputatio, quoniam facta acquisitione semel, illa portio alteri accrescere nō potest etiam inter coniuctos re, & verbis, siue verbis, aut re tantum, text. est clarus in l. 1. §. interdum vbi glos. ff. de usufruct. accrescend. de quo Ripa in d. §. cūm ita post nu. 66. vers. aduerte diligenter, latè Vafq. de success. progres. lib. 3. §. 23. nu. 32. Crass. in §. ius accrescendi quæst. 15. nu. 2. licet adhuc post acquisitionem potest esse locus iuri

accrescendi ex voluntate testatoris, vt ibidem Ripa declarat, relatus à Petra in d. q. 9. fol. mibi 117. à ter. colu. 2. verū quia in casu nostro fundatum est, nullam portionem competere potuisse Camillo, & Scipioni p̄defundis ante tempus à Testatore p̄finitum, nulla facta per ipsos acquisitione, cæteri filij testatoris, & ipsorum filij nedum censentur vocati ad portiones ipsorum, & parentum, sed ad integrum quantitatē Multiplici ex infra scriptis.

14 Primò, quamvis inter plures vocatos nō c̄fatur inductum fideicommissum reciprocū ex superiū allegatis; nihilominus cū omnes vocati sunt expressè, vel tacite ex mente testatoris, vt in casu nostro patet ex facto p̄missio, verior est contraria opinio, vt sit inductum reciprocum fideicommissum, maximè existentibus conieeturis, quæ ex eadē dispositione colliguntur, ita Riminald. conf. 139. vol. 3. Crauett. conf. 130. num. 6. & Zanch. in d. S. cūm ita nu. 397. relati per Petram in d. quæst. 9. à nu. 233. verba autem, vel coniecturæ dicuntur sufficienes, si proprias filias fæminas exclusit, vt considerat Petra loco citato post numerum 235. respondendo contrarijs, vel si sub nomine collectiō omnes filij, & eorum filij, vel descendentes vocati fuerint, aut si vocati fuerint in stirpem, & non in capita, vt tunc resultet reciproca substitutio, quæ omnia concurrunt in specie nostra, sic optimè Peregr. de fideicom. in d. art. 13. nu. 73. declarat contra Cephal. & Sfor. Oddum vbi supra, qui videndus est, & deseruiunt pro responsione cum alijs infra scriptis ad longè notata per Lanar. conf. 60. per totum, & licet in eadē dispositione vocauerit filios in capita, & non in stirpes, id obstare non potest, quoniam loquitur in illo casu, quando duo ex filijs ipsius testatoris p̄decessissēt, nullis relictis filijs masculis, & sic inter filios vltimi morientis, quando non erat opus reciproco fideicom-

fideicommisso voluit dari successio-  
nem in capita, & non in stirpes, quod  
potius confirmat superius adducta, &  
hoc ultimum in beneficium vocato-  
rum, vt ad eos fiat transmissio, si vo-  
cati fuerint in stirpem, considerat *Menoch.* in alio consil. 333. num. 33. vol. 4.  
referens quamplures ultra allegatos  
per *Peregrin.* quando videtur ex hac  
clausula respicere oes descendentes  
filiorum, vt per *Decian.* cons. 88. nu. 71.  
vol. 4. aut si testator ordinauerit, bona  
peruenire debere ad filios, & eorum  
descendentes, quoniam ad eos per-  
uenire no possent, nisi per fideicom-  
missum, vt docet *Cephal.* cons. 330. nu.  
11. vol. 3. *Petra* in d. q. 9. num. 250. in  
28. coniect. sicut in casu nostro ad suc-  
cessionem Multiplici vocavit filios, &  
filios ab eis descendentes, qui altero  
decedente admitti non possent, nisi  
per fideicommissum, verum quia con-  
iecturę prosunt, nedium ad inducen-  
dum reciprocum fideicommissum, sed  
etiam, vt iure transmissionis portio de-  
ficientium pertineat ad vocatos, ul-  
tra superius notatas considerantur in-  
frascripte, quae conferunt pro fidei-  
commisso reciproco, & transmis-  
sione, etiam attentis verbis testatoris, vt  
infra dicetur.

15 Secundo loco subsequenter ceteri filii, & ab eis descendentes vocati,  
licet non inuicem substituti, admit-  
tuntur ad integrum summam Multi-  
plici iure transmissionis, constitudo  
maximam, quod & si aliquid non sit  
transmisibile, poterit fieri transmis-  
ibile ex voluntate, & conjectura-  
mente testatoris, & sic è contra, si ta-  
men conjecturæ colligantur ex verbis  
eiusdem dispositionis, *Mantic.* latè in  
d. tit. 20. post num. 8. cum seqq. ex do-  
ctrina *Bal.* in d. l. 1. C. de his, qui ante-  
aper. tab. & in d. l. unica circa fin. vers.  
nisi aliquibus indicis C. de cadu. tollen.  
quem alij innumeris sequuntur, relati per  
*Decian.* cons. 88. num. 65. vol. 2. *Petra*  
in d. q. 9. n. 47. cum seq. 58. & 62. *Alex.*  
*Trentacinque.* in d. part. 4. num. 6.

16 Prima coniectura, ultra superius  
enarratas resultat ex eo, quod si non  
fieret transmissio ad filios, seu descen-  
dentes vocatos, esset occasio, vt ex-  
traneus preferretur descendantibus  
testatoris, vel ipsius coniunctis proxi-  
mioribus, vt succederet in casu no-  
stro, ita *Soc.* & alij in d. S. cū ita. Secun-  
da coniectura, quando minus dile-  
ctus preferretur magis dilecto. Tertia  
coniectura, quando testator voluit  
prouidere conseruationi agnationis,  
maxime quando de descendantibus  
masculis locutus fuerit, vt in specie  
nostra, siquidem testator in uno ca-  
pitulo facultatem dedit superstiti, et si  
filios masculos non haberet comple-  
to tempore annorum 30. apponendi  
vincula, vt placebit, subdit, vt effectus  
eiusdem Multiplici pro quanto fieri  
potest, conseruetur in filijs masculis  
natis, & nascituris ex filijs dicti testa-  
toris, & filij filiorum teneantur agno-  
scere et, quod contineret dilationem  
temporis cuiuscunque, no distincto,  
in cuius portione admitteretur, & in  
alio capitulo, vbi licet non imponat  
aliam poenam pro obseruantia disposi-  
tionis, confisus de moribus, & probi-  
tate filiorum, quod obseruabut men-  
te testatoris, præsertim quia tendit ad  
bonum ipsorum, & filiorum, hono-  
remq; & amplitudinem domus, & fa-  
milię eorum, tantò fortius quia aliena-  
tionem permittit ultimo decedeti,  
alijs non superstibis descendantibus  
ex filijs prædefunctis, & sic videtur,  
omnes includere in successione inte-  
græ Multiplici, & ultimum admitti alijs  
deficientibus post annos 30. Quas  
conjecturas, & alias, quae adduci pos-  
sent, latissime confirmat idem *Alex.*  
*Trentacinque,* cuius scripta inutile  
esset transcribere in d. 4. part. cap. 14.  
à num. 7. vsque ad num. 24. & *Crau.* cons.  
130. à num. 6. & colliguntur facile ex  
traditis per *DD.* in d. S. cū ita, & per  
alios *Doctores* in locis superius citatis,  
& præsertim per *Menoch.* in d. consil.  
200. à num. 7. vol. 2. tam pro transmis-  
sione

sione ad descendentes vocatos, quā ad impediendam transmissionem ad alios, quæ sit, vel non sit secundūm voluntatem disponentis *Dec. conf. 397. num. 5. Ias. conf. 233. vol. 2. Soc. conf. 141. num. 21. volum. 2. & Couar. pract. quest. cap. 39. num. 7.*

**17** Tertiō, quamvis filij, & descendentes vocati non essent aliquo modo coniuncti, adhuc ex coniecturata mēte ex verbis superius ponderatis locum haberet ius accrescendi *I. si Titiv. & Mævio S. Julianus ff. de legat. 2. Bart. in l. in testamento ff. de vulgar. & pupil. per Dec. in l. 1. nu. 18. C. quando non peten. par. Alex. conf. 12. num. 10. vol. 5. Riminal. conf. 159. nu. 10. vol. 1. latè Decian. conf. 41. nu. 102. cum seq. vol. 1. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 1. nu. 4. & lib. 10. tit. 3. nu. 3.* sed vt tollatur de medio omnīs dubitatio, in casu nostro non egemus coniecturis, cùm adsint verba expressa testatoris, qui voluit multiplicari summā ordinatam per annos 30. ad commodum filiorū, & filiorum ab eis procreandorū, itaq; filij coniunctim vocati sunt ad successionem Multiplici, & elapsis dictis annis 30. voluit, vt in Multiplico succedere deberent pleno iure omnes filij masculi dictorum Camilli, Octauij, & Lelij, qui tunc nati fuerint, & exinde nasci contigerit, & quis portionibus in stirpem, & non in capita, quo stante isti filij filiorum testatoris vocati simpliciter ad successionem Multiplici, licet & quis portionibus dicuntur sine dubio coniuncti verbis, licet disiuncti re, quia in vnica oratione omnes vocantur & quis portionibus, non omnino, & realiter disiuncti, vt per *Dott. in l. re coniuncti ff. de legat. 3. per glos. in d.l. 1. S. interdum ff. de usufruct. accrescend. & Petra in dict. quest. 9. post nu. 254. col. 4. fol. mihi 116. vers. quinta sit conclusio*, ideòq; portio adhuc non quæ sit per Camillum, & Scipioneū patrem, & filium prædefunctos, accrescit cæteris superstibis, coniunctis verbis tantum, vt per *Dotores in*

*d.l. re coniuncti, & in d.l. 1. S. interdum Michael Crassus in d. S. ius accrescendi quest. 8. nu. 4.* est enim ius accrescendi prouisio legis procedens ex tacita mente testatoris *L. cohæredi S. qui discritis, vbi Bart. Alex. & alij ff. de vulg. & pupill.* & est quædam tacita substitutio secundūm *Rip. in d.l. re coniuncti num. 126. & 205.* ideoque impedit, & facit cessare trāmissionem, nulla cōstituta differentia, an legatum, vel fideicommissum sit vniuersale, vel particulare, quōdque locum habeat etiā in fideicōmissis ex multorum autoritate, prædicta indubitanter comprobat latè *Petra in d.q. 9. post num 254. col. 2. in fin. cum duabus sequentibus*; cum ergo tam filij testatoris, quām filij ex ipsis descendētes sint coniunctim vocati, portio dictorū Camilli, & Scipionis nō aliter ad hæredes trāmittitur, sed cæteris superstibis accrescit.

**18** Postremò, sunt insuper attendenda præcipue verba, & mens testatoris, qui dum facultē tribuit non habenti filios vti administratori imponendi vincula super portionibus, quæ spectarent ad filios masculos, reddit causam, vt pro quanto fieri potest cōseruētur in filijs masculis natis, & nascituri ex filijs testatoris, & sic non vocavit eos pro rata Multiplici, pariter decedente aliquo cum masculis, qui super portione eos tangēte ad finem præmissi vincula non adiecerit, alij duo ex filijs superstites valeant imponere eademmet vincula ad beneficium filiotum defuncti, quæ imponere decreuerint super portionibus propriorum filiorum masculorum, si quos habuerint, ac pro beneficio ipsorum ad finem prædictū, & sic duo superstites poterāt vincula hinc indē adiuicem pro beneficio dictorum filiorum adjicere pro ipsorum arbitrio, ultra iam disposita à testatore pro tempore prædicto, quæ non egebant declaratione, aut confirmatione hæredum, ex quibus attenta mente testatoris resultat etiam reciprocum fideicommissum in benefi-

beneficium superexistentium, etiam attentis alijs rationibus superius allegatis. Tantò magis, quia duo filii superstites mortuo Camillo vincula imposuerunt viuēte Scipione, cuius portio ex nunc adueniente tempore ad superstites pertinebit ex facultate attributa à testatore vltra ipsius mētem expressam, quæ colligitur ex verbis dispositionis prædictæ, quæ fortius confirmatur ex alio capite testamenti, in quo decedente aliquo ex filiis cum filijs, vel sine filijs masculis ante finitū tempus annorum 30. voluit, superstites, vel superstite posse tām super portionibus propriorum filiorum masculorum, quām super portionibus aliorum filiorum natorum ex filijs prædefinitis imponere posse ea omnia vincula, & grauamina, quæ sibi expedire videbuntur, conferens omnem potestatem necessariam, & oportunam, cuins dispositionis autoritate post mortem Camilli, duo alij fratres superstites Octavius, & Lelius, vt dictū est, vincula imposuerunt, ex quibus ex abundanti cessat præterea transmissio dictæ portionis adhuc non quæsitæ, & accrescit superstibus.

Et ex his tolluntur omnia cōtraria, etiam in hoc secūdo articulo pro matre ponderata tām ex iuris dispositiōne, quām attentis verbis testamenti, & ipsius testatoris mente clarissima, apparente ex eadem dispositiōne, & proindè sigillatim non est opus ad cōtraria respondere.

19 Causa non fuit decisa Ianua, ubi trahabatur.

#### ARGUMENTVM.

Quod præsens donatio veluti metu reuerentiali, machinationibus, & malis artib⁹ captata, & extorta sit, omni-

bus prorsus viribus exhausta, & euacuata fusè disputatur, & per multa iuris loca, rationes, & authoritates est hæc veritas demonstrata.

#### S V M M A R I V M.

##### 1 Casus figuratio.

2 Minor etas in Feudatarūs fuit sub gubernio Excellentissimi Comitis Oliuares prorogata usque ad ann. 18.

3 Feudataria minor dum nubit, finitur BAliatus concludenti rōne per Andr. assignata; ac dissoluto matrimonio reincidit in eundem, si abduc in minori existit etate.

4 BAlius est bonorum allodialium, scū burgenſicorum, nedum feudalium administrator.

5 Fæmina nubendo efficitur sui iuris, attenta Consuet. Neap.  
At; ramoriante viro in eandem incidit potestatem secundū Napod. Contraria sententia ab Afflict. probata.

Authoris distinctio, & conciliatio.  
Napod. authoritas quanta sit.

6 Donatio facta BAlio etiam cum Iudicis decreto est omnibus viribus prorsus exhausta, maxime iuramento cofante.

Quod nequaquam poterit à sapiente suppleri, etiam si sit factum pactum de confiendo instrumento ad eiusdem consilium, & cum ratione, quæ recensetur.

7 BAlius non potest in sui beneficium auctoritatem præstare.

Et contractus taliter gestus inter BAlium, & minorem est ipso iure nullus, nec iuramento firmatur.

Tutoris, & BAlii auctoritas quod tenet, scū ad quem finem inducta?

8 Mulier nubendo transit in potestatem, & obsequium viri.

Cuius propterea necessaria erit auctoritas in contractus celebratione, & dona-

- donatione, & num. seq. & num. 13.
- 9 Intellectus Reg. Prag. ad Senat. Consult. Velleian.
- Stylus Regiae Cancellarii vigeret, ut adhibetur Regia dispensatio etiam in bonis extra dotem.
- Donatio ex quo est contractus nominatus, sic circù etiam in probibitis venit illius appellatione.
- 10 ... non manet sub censura, & prohibitione Velleiani attentis terminis iuris communis.
- Declaratione in adhibita, de qua hic. Mulierum genus regulariter est avarissimum.
- Traditio per constitutum est reali, corporali, & vera infirmior.
- Idq; suadetur Confuetud. Neap. bic ponderata.
- 11 Donatio manet sub censura auth. Sacramenta puberum C. si aduersi vendit.
- Pariter & minor, si tamen sit pubes, sed cum declaratione hic addulta.
- Quae sane limitatio innititur insigniatione.
- 12 Referuntur nunc alia restrictio ad eandem auth.
- Læsio enormissima quid operetur.
- Et quomodo consideranda in donatione.
- Minori sine causa donanti non obstat iuramentum, nec contractus geminatio secundum utrumq; Thesaur.
- 13 Iuramentum in contractu appositum quando non obstat, & num. seq.
- 14 Fraus, & dolus quādō præceteris presumatur.
- Ratificatio eodem tempore confecta est nullius virtutis.
- 15 Authen. prefata aliam admittit limitationem.
- 16 Metus reuerentialis ex quibus inducatur.
- Maiorum preces metui equiparantur.
- Metus antedictus an procedat in matre.
- ... minor sufficit in fæmina, quam in masculo.
- 17 Contractus simulatus, & illicitus probatur ex conjecturis, & presumptiōnibus.
- Ita etiam & dolus.
- Fraus, dolus, simulatio, & alia buius generis, quæ occulte sunt, probantur per testes singulares.
- Probationes imperfecta coniunguntur in his, quæ occulte sunt.
- 18 Facti circumstantia hic commemorata.
- 19 Dolus, qui adfuit in contractu confirmato, repetitus intelligitur in sequenti contractu confirmante.
- Dolus, & metus semel adhibitus presumitur perseverare.
- Ratificatio quando validet actum precedentem.
- Dolus, & machinatio quando arguatur, & num. 20. cum seqq.
- ... quando inferri dicatur etiam volenti.
- 21 Fraus presumitur ex donatione facta coniuncta persone.
- Dolus facilis presumitur quando contrahit quis in domo aliena, & cum persona coniuncta.
- 22 Donatoris dicta, seu declarationi quādo sit standum.
- Donatio quando dicatur captiosa liberalitas, ita ut omnino corruat.
- Error potius, quam donatio presumitur.
- Dolus ex precedentibus, & sequentibus probatur.
- Donatio quando imaginaria dicitur, & nullius virtutis.
- 23 Alia facti particula.
- 24 Factum ex legitima causa in contractu non deductum an possit legitimè per testes deduci.
- Actione de dolo quando quis adstringatur.
- Donatio extorta dolo, & fraude est omnibus viribus exhausta.
- 25 Licentia generalis sufficit uxori ad contrahendum, & faciendum quæ si nō licent sine viri licentia.
- ... quando sit inualida.
- Maritus minor existens sub tutoris auctoritate.

- Auctoritate non potest sue uxori licentiam ad contrabendum prestare.*
- 26 *Donandi facultas in generali facultate videtur excepta.*  
*In mandato generali, & cum libera non continetur facultas donandi.*
- 27 *Donare an possit uxor sine viri licentia propter nobilitatem, & dignitatem viri.*  
*Donatio fiduciaria, & sic simulata non subsistit.*
- 28 *Terminus, ad quem fit relatio, restringit terminum referentem.*
- 29 *Favorabile respuit illam interpretationem, q̄i p̄f̄set officere ei, in quem beneficium consertur.*
- 30 *Testes domestici quandoq; plenam fidem faciunt, maxime si ipsorum fides suppleatur ex numero, & qualitate, seu habilitate aliorum testium.*

Pro Principe, & Principissa  
Roccæ Romanæ.

## CONSILIVM XII.

**D**onationem initam per Principissam Roccæ Romanæ in beneficium comitissæ Anuersæ matris omni iure, & equitate nullam, & inualidam esse declarādam ex infra scriptis apertissimè liquebit; attendendo factum, & veras iuris cōclusiones.

Etenim attenta forma instrumenti assertæ donationis prætenditur, Principissam sub die 9. Maij 1601. mediante quodam Albarano donasse Comitissæ matri duc. 15000. soluendos per Durcem Castri Sanguinis ex causa antefati, ob mortem Ducis prædecessoris olim primi viri eiusdem Principissæ duc. tercentum legatos per eundem Durcem in suo testamento, duc. 500. debitos, & promissos in capitulis matrimonialibus annuatim per eundem Durcem, & non solutos, duc. 2000. capitalis, pro quibus Fidelissima Ciuitas

vendidit tot annuitos introitus, & demum gēmas, quæ exprimuntur maxi- mi valoris, & alia bona reseruata in capitulis matrimonialibus factis cum Marchione Turris Francolisijs nunc Principe viro, quam donationem allegatur eandem Principissam ratificasse, & denuò fecisse virtute instru-mēti cum insertione albarani prædicti sub die 24. Aug. eiusdem an. 1601.

Hāc donationem Principissa primo loco instituit inualidā declarari tāquā initam persuasionibus, & metu reue-rentiali, & in enormissimam lēsionē, confisa, quod alijs non expressis Co-mitissa mater, cui omni tēpore reue-rentiam exhibuit, agnoscere debuisset veritatem prædictæ donationis extra-dicitaliter absq; Iudicis determinatio-ne. Verū cum vidisset post nōnullas preces, & intercessiones matris delib-erationem, & instantiam pro execu-tione prædictæ donationis, coacta fuit alias causas nullitatis, & inualiditatis exprimere, & similiter Princeps insi-nul instituit pro infirmando donatio-ne prædicta, & in effetu omnia redu-cuntur ad infra scripta capita nullitat̄is, & inualiditatis iuxta deducta in processu.

- 1 Primò, donatio p̄dicta redditur nul-lius roboris, & efficacij, tām attenta persona Principissæ donantis, quām Comitissæ donatariz; siquidem Principissa tempore matrimonij contracti erat ætatis ann. 14. cum dimidio, sicut in facto notatur, & successiū minor etiam ex dispositione nouellæ *Pragm. editæ* tempore Proregis Excellētissimi Comitis Oliuares prorogatis mi-norem ætatem in feudatarijs usq; ad annum 18. immò sub baliatu eiusdem Comitissæ matris, quoniā licet ex cau-sa matrimonij initi cum q. Duce Ca-stri Sanguinis defiſſet esse sub pote-state matris vti Baliae; nihilominus dissoluto matrimonio prædicto, & existente Principissæ eo tempore ad-huc in minori ætate, reincidit in Bala-tu primario, quamvis vidua per-

manserit durante minori aetate, doctr. est singularis *Andr. de Iser. in Constit. minorum iura in fine*, vbi quod dum nubit, finitur baliatus, & est aequum, quia transit in obsequium, & familiam viri, sed si fiat vidua ante annum 15. & sic minori aetate durante erit idem Balias (& hodie vigore *Pragmaticæ prædictæ*) si fieret vidua ante 19. annum) prosequitur *Capyc.*

*4. in inuest. in verb. feudatariorum Balias, in vers. desinunt Balias in fine, & clarum est, quod Balias administrat nedum, feudalia, sed burgesatica bona, vt ibi dem *Capyc.* posuit in verb. administrabit, idq; fortius comprobatur ex doctr. *Napod.* in consuet. sed & mulier. in tit. de filia fam. nubete, vbi quod dum nuptię sunt causa, vt fœmina fiat sui iuris, si tamen moritur maritus, reuertitur in potestatem patris, quia cum cesseret secunda potestas, reuertitur in primam; cum fuerit liberata ob causam, & ad tempus quandiu durat secunda potestas, & licet *Affl.* & *A. de Viuaya* ibidem Addentes teneant contrariam opinionem, & idem *Affl. in Const. prosequentes n. 12.* dicat aduersus *Napod.* quod quandoq; bonus dormitat Homerus, & sufficeret pro responsione dicere, durum esse recedere ab opinione *Napodani*, vt testatur *Dominus de Franch. in decis. 666. nu. 3.* Nihilominus haec controuersia conciliatur, vt doctr. *Napod.* indubitanter procedat, si mulier nupta, & effecta vidua, non haberet modum in rebus, vel quia esset minoris aetatis, vt fuit iudicatum in causa Portiae Folleriae, ita refert *Camill. Saler. ibidem, in verb. pro opinione Napod.* Itaq; accedendo ad casum nostrum, dum Principissa vidua adhuc minor egabat autoritate Balias usq; ad annum 18. completum, reuersa fuit in eadem potestatem Comitissæ matris ut Balias, quod si mulier vidua, effeta esset maioris aetatis, tunc forte posset procedere opinio *Affl.* si vera esset contra *Napod.* & hic non est causus noster, durante igitur minori aetate*

doctrina *Andr. reclè* procedit, cu adhuc opus sit auxilio Balias, & in hoc cessat omnis controuersia. Qua conclusione stante si attenditur tempus data in albarano ante matrimonium contractum, prorsus nulla, & inualida erit donatio facta à Principissa tunc minore, & existente sub Balias eiusdem Comitissæ matris, etiam cum decreto, ad tex. in l. fin. §. cum autem C. si maior fact. l. prima §. sed et se non mortis, ff. de tutel. & ratio. distractab. & in l. si curatorem habens C. de in integr. restit. Balias in l. 1. C. si aduers. donat. & Doct. in l. pactum Curatoris C. de paet. Arius Pinell. in l. 1. C. de bon. mater. par. 3 sub n. 58. & latè Ottau. Simoncel. de decreta in tit. de donat. sub num. 7. maximè cessante iuramento in albarano prædicto, de quo latius dicetur inferius, & licet in eo Principissa promisisset confidere instrumentum ad cōsilium sapientis Comitissæ, adhuc iuramentum ex consilio sapientis suppleri non potest, vbi nō reperitur interpositum, quia iuramentum requirit formalitatem verborū, & quod formaliter verbis iuretur, Ias. in lex ea parte post num. 9. vers. 7. & ultimò ff. de verb. obl. vbi Imol. & alijs sine contradictione.

*7. Ex parte quoq; Comitissæ matris nō minus redditur nulla donatio pedita vigore albarani: quoniam dum Principissa minor donat matri adhuc Balias, non potuit Comitissa in sui beneficium autoritatē præstare, & redditur cōtractus taliter gestus inter minorem, & Balias nullus, & inualidus, l. 1. vbi Bar. nu. 4. ff. de author. tut. postq; dum minor est sub tutore, vel Balias, authoritas hoc casu requiritur ad integrandam personam minoris, vt per Alex. in lōga addit. ad Bar. in d. l. 1. nec iuramento confirmatur, vt latè Tiraq. de ll. connubial. gl. 4. nu. 26. & gl. 8. n. 11. Matienz. latissimè tit. 3. l. 2. gl. 1. n. 12. & 18. qui videndus est, & satis absurdum, & exemplare esset, si donatio extorta per tutorem à minore, dum est sub ipsius potestate, aliquo modo permitt-*

mitteretur, & subsisteret. Quod non est ferendum.

8 Siloquimur de instrumento ratificationis albarani predicti, ex eodem hoc primo capite pariter infirmatur, quia tempore ratificationis erat minor, ut deductum est, & licet baliatus Comitis ob matrimonium cum Principe denuò fuisse finitus, transierat tamen in potestatem, & obsequium viri iuxta tradita per Alex. conf. 133. vol. 4. cuius authoritas fuisse necessaria, ultra alias nullitates, & defectus, sicut inferius latius explicabimus.

9 Insuper confirmatur hec nullitas, quia instrumentum predictum ratificationis fuit celebratum contracto iam matrimonio, & traducta Principissa ad dominum viri, quo casu applicatur pro nullitate Regia Pragmatica ad Senat. Consult. Velleian. quæ licet loquatur in obligatione mulieris in beneficium alterius, adhuc intellecta est in omni contractu, ut passim obseruari vides, & requirebatur quoq; regia dispensatio, etiam quoad bona extradotem iuxta stylum Regiae Cancelleriae, quoniam in prohibitis appellacione contractus venit donatio, quæ est contractus nominatus, l. si quis argens sum S. pen. C. de donat. Decian. in conf. 32. num. 44. vol. 3. & ideo mulier, quæ non potest contrahere sine licentia viri, neq; donare potest, vt per Tiraq. de ll. connub. gl. 5. n. 43. & Maiten. tit. 3. l. 2. gl. 1. num. 2. Ob quod Comitissa procurauit etiam albaranum sub die ante matrimonium contractum, de quo infra, potest esse ratio, quia licet Velleianum non habebat locum in donatione l. sed si ego ff. ad Senat. Cons. Velleia. id tamen procedit, dummodo donatio inciperit à traditione secundum Aret. ibi in 3. notab. D. de Franch. dec. 279. nu. 3. & tunc cessat illud beneficium de iure cōmuni, ex quo tradēdo videtur omnino voluisse donare, quod regulariter repugnat naturæ mulieris, ut loquitur tex. predictus, & ibi glof. nec traditio per constitutum

sufficeret, cum ex eo non colligatur certa mens donantis ad exercendam liberalitatem, ad quod ponderatur quoq; Cōsuet. Neap. incip. instrumenta donationum fol. mihi 301. quæ firmatatem non obtinent, nisi possessio rei donatæ penes donatarium perueniret, adeò quod nec sufficiat translatio per constitutum, cum requiratur corporalis traditio, ut ibidem Napod. posuit in verb. perueniret post nu. 75. vers. sed certè tex. & licet in verb. traditionem videatur aliter dicere, quando adest causa vera, & apta ad transferendum dominium, hic cessat causa, immò contrarium patet ex infrascriptis, & pro confirmatione videatur solemnis Additio Francisci Antonij Villani ad consuetudinem predictam, & tradita per eundem Napodan. in consuetud. antecedenti, in verbo rē tradi.

11 Nec obterit, si dicatur, donationem denuò factam vigore instrumenti fuisse iuramento vallatum, ex quo valida redditur, etiamsi processerit à minore pubere tantum ad tex. in auth. Sacramenta puberum C. si aduers. vendit. de quo per Affl. dec. 322. qui texti. procedit ēt in donatione, ut ibidem tenent cōmuniter Doct. & Gloss. Andr. in c. 1. S. itē Sacramēta sub n. 45. ad fin. de pac. iur. firm. Dec. cōs. 180. & 181. Thesaur. dec. 66. Surd. cōs. 46. n. 12. vol. 1. et Sforz. Odd. in tract. de restis. in integ. q 58. sub nu. 19. vers. in contrarium. Quoniā hæc obiectio leuis est, & ex pluribus facile diluitur, Primò, quia tex. in d. auth. Sacramenta puberum nō procedit in minore habente curatōrē, vel Baliū à Iudice datum, cuius autoritas interuenire debet, ut per Curt. iur. in conf. 54. Alber. in eadē auth. & clariū Salyc. ibidem nu. 11. vers. sed nunc quero, illa ratione, quia eo casu interdictio nō tantū est facta à lege, sed à Iudice, & sic nullitas causatur ex alio extrinseco, nō ex defectu solius tractis, ut ibi per ipsū, sequitur Imol. in c. cū cōtingat vers. itē iuxta prefata de iure iur. & quāvis Baliius esset finitus per matrimonium

contractū, transiit tamen in potestatē viri, qui successit loco Balij, & ipsius consensus fuisset necessarius.

12 Secundò, licet in donatione non consideretur læsio, adhuc *authentica* prædicta non procedit, si læsio est *enormissima* *Curt.iun.conf.* 141. *Ruin.* *conf.* 107. *vol.* 1. Quia cūm adsit magna læsio, præsumitur adesse quandoquè dolum præsumptum ipsius donatarij potius, quām liberalitatem ex parte minoris donantis, quæ læsio considerabitur habito respectu ad quantitatē patrimonij, ad qualitatē donantis, & rei donatæ, ita opiniones concordat *Sforz.Odd.in dicta quest.* 58. *art.* 2. *num.* 21. vbi videri poterit, vel si nulla causa mōuerit minorem ad donādum, quoniam sui facilitate præsumitur ductus, etsi donauerit minor sinē causa, non obstat iuramentum, etiam si essemus in geminatis contractibus, vt considerat quoquè *Thesaur.in dicta decis.* 66. *num.* 2. & *Gaspar Anton. filius in addit. in fine*, & in casu nostro hæc omnia, & maiora concurrunt, vt infra suo loco dicemus.

13 Tertiò, *sex. ille ex alio nō procedit, ex quo instrumentum prædictum fuit initum contracto matrimonio*, & Principissa traducta ad domum viri. Quo casu militat dispositio *Regie Pragmaticæ*, vt supra fundauimus, & proindè iuramentum non obstat, stante *Pragmatica* cum clausula annullatiua, vt communiter tradunt *Doctor. Caſtrenſ. confil.* 465. *in fine volum.* 1. *Curt.jen.confil.* 67. *num.* 18. *cum sequ. Rolan. confil.* 43. *volum.* 1. & *confil.* 7. *num.* 39. *lib.* 3. *Borgnini. Caualcan. decis.* 30. *num.* 18. *volum.* 1. *Petr. Benintend. decis. Bononiens.* 47. *nu.* 4. & latissimè habetur in dicta *Addit. ad Thesaur. decis. prædicta* 66.

14 Quartò, instrumentum donationis prætensiæ non fuit simpliciter initum pro donatione facienda, sed principaliter ad confirmationem albarani, & pro abundantia clausula fuit dictum.

quòd de nouo donauit, ex quo instrumento fortius præsemitur dolus, & fraus, nām videns Comitissa albaranum primæ donationis minus validum, sed suspectum fore, induxit Principissam filiam simplicē, & incautam ad faciendum secundum instrumentum, in quo abundans cautela fuit adhibita nouæ donationis, ideo ex hoc tantummodò fraus, & dolus præsumi debet, nec iuramentum obstat ex traditis per *Bal. in l. testamen-* *tum C. de testam. Beroius in specie* posuit, qui videndus erit, *in confil.* 59. *num.* 14. *volum.* 1. Item ratificatio non fuit inita verè ex interuallo, sed eodem tempore cum alijs defectibus, vt paulò inferius confirmabimus.

15 Quintò, quia Principissa donationē constituit, non vt verè donaret, sed potius in confidentiam, & vt matri crederet, præcedentibus ipsius suasionibus, & promissionibus, vt infra dicetur, demum *authentica Sacra-menta puberum* procedit, quando contractus est inualidus tantummodo ratione minoris ætatis, secus si ex alia causa, & alijs defectus concurrent *Ias. & ceteri in eodem tex. Imol. confil.* 1. *col.* 2. *Dec. conf.* 403. *nu.* 22. *circa fin. in ultima col.* *Neuizan. confil.* 22. *post n.* 3. *Ruin. cōf.* 159. *vol.* 5. hic autem quām plures alijs defectus, & causæ nullitatis occurront, quæ mox distinctè comprobantur.

16 Secundò igitur principaliter arguitur inualiditas donationis prædictæ ex metu matris reverentiali, qui ex solis precibus, & suasionibus eius, cui reverentia debetur, inducitur, sicut metus, & coactio *Soc. conf.* 263. *nu.* 2. & 8. *vol.* 2. *Oſach. decis. Pedemot.* 179. *nu.* 4. vbi quòd preces Maiorum æquiparatur metui *Curt.iun.cōf.* 161. *nu.* 17. & seq. *Ias. in §. quadrupli nu.* 66. *Instit. de act. Höded. in cōf.* 32. *n.* 99. *vol.* 1. & in matre in specie, quòd pcedat metus reverentialis, posuit idem *Curt. iun. conf.* 141. *nu.* 1. *relatus per Ann. singulari* 340. &

& minor metus sufficit in foemina, q̄ in masculo, vt per Couar. latè in 4. decretal. par. 2. cap. 3. nu. 9. Ias. in l. interpositas nu. 4. C. de transact. & Surd. dec. 194. n. 24. Quod fortius locum habet in casu nostro attenta reuerentia, & obedientia, quam Principissa filia simplex, & inexperta erga matrem indistinctè omni tempore præstítit, & ab omni contradictione aliena, vt in facto notatur.

17 Tertiò, fortius absq; difficultate corruit asserta donatio ex machinationibus, siue persuasionibus sollicitis, & affectatis promissionibus dolo ex p-posito, & re ipsa, quæ cum in animo consistant, & plerumq; clām, & occultè fiant, sunt difficilis probationis; ideaq; sufficiunt coniecturæ, indicia, & præsumptiones Castrenſ. in l. quod Nerua nu. 3. ff. deposit. Corn. conf. 140. nu. 9. & 10. vol. 2. Quia non adhibentur testes, & alter de altero confidit, vt habetur in cap. ad nostram de emps. & vendit. in l. dolum C. de dol. in c. illo vos de pign. & in c. 2. de renunc. in 6. Anbaran. conf. 253: col. 2. & procedit in omnibus, quæ clām, & fraudulenter fiunt Decian. latè conf. 114. à nu. 7. vol. 2. sufficiunt quoque testes singulares Curt. iun. cōf. 64. nu. 8. Crauet. conf. 73. in fine, Paris. conf. 57. num. 49. vol. 1. & imperfectæ probationes coniunguntur, vt per Dec. in cap. cū causam col. 3. vers. ista conclusio de probation. Alex. conf. 24. col. ultim. vol. 2. Decian. dicto conf. 104. nu. 1 v. quæ omnia ex infra scriptis actibus clarissimè deducuntur, & ex illis, & quolibet iplorum, merito tam Princeps, quā Principissa experti fuerint pro annullanda donatione prædicta.

18 Adeò quod subsequitur nullitas di- & prætēlx donationis, tam respectu Principissæ, quam etiam Principis viri, ex his, quæ oriuntur ex infra scriptis actib⁹, & tractatibus dolosis, siue machinationibus initis, qbus Principissa fuit inducta ad faciendam donationem, etenim veritas est, Albaranum.

non fuisse confectum sub die 9. Maij 1601. prout dictat, sed eodem tempore, quo fuit initum instrumentū, Comitissa namq; dum induxit filiam sub infra scriptis promissionibus ad donandum, contracto iam matrimonio, consultationem habuit à q. Consil. D. Francisco Bermudez, vt præcederet albaranum cū antedata ante contrac- tū matrimonium, ex quo si simpliciter donatio processisset, traducta iam Principissa ad domum viri, fuisset nullius roboris, & momenti, conscripsit ergo Comitissa albaranū, quod Principissa in quodam eius cubiculo subscripsit, & dum per Ciuitatem cū matre deambularet, solatij causa, accer- sita ad domum dicti Consiliarij Ber- mudez, traducta Principissa ad came- ram studij secreti, & vocato Notario clām, & occultè, assistentibus eodem Consil. Bermudez, & quondam V.I.D. Paulo Staibano Aduocato matris, in- ducta fuit ad stipulandum cōtractum ratificationis albarani prædicti, vt plenè constat in facto, ex quo resultat

19 nullitas donationis ex pluribus: Pri- mò, quia dum eodē instanti, vel breui spatio intericto fuit confectione alba- ranum, & instrumentum, & constat, falsò fuisse in albarano adiectam diem ante matrimonium, vt rurisque corruit, & dolus cōmissus in primo actu, cen- setur repetitus in secundo tendente ad eius confirmationem, Castrenſ. po- suit in conf. 162. vīs, & ponderatis om- nibus col. 1. lib. 2. Crauet. conf. 142. nu. 13. & quando semel fuit dolus adhi- bitus, præsumitur perseverasse, vt in metu Glof. & Cyn. in l. & si contra C. de nupt. Bald. in l. 1. C. si quis aliq. testa. prohib. Surd. conf. 373. nu. 45. vol. 3. Ra- tificatio enim subsequens nō existen- tibus alijs defectibus validat actum ex consensu postea ex interallo super- ueniente, vt per Bal. in l. si mater S. hoc iure ff. de exceptione rei iudicata, & in l. Pomponius 5. col. ff. de neg. gest. relatū per Affl. decis. 220. num. 8. sed si simul expediuntur, & ferè eodem instanti,

vt in casu nostro, arguitur dolus, & machinatio Paul. de Cast. videndus in conf. 174. contra superius col. 2. in fin. post nu. 3. vol. 1. Crauella cons. 35. num. 5. & Matieni lib. 5. sit. 3. l. 5. glof. 1. nu. 6.

20 Pariter secundò, dum Principissa fuit inducta sollicitis suasionibus matris affectatis, inopinanter, dolus ex proposito arguitur l. cùm quis persuaserit, vbi Bar. ff. de dol. & glo. 2. in l. apud Celsum ff. de except. dol. dum inducitur ad agendum id, quod utile erat matri, & filiæ damnosum, attenta maximè qualitate filiæ, quæ de facili permisit, sibi persuaderi uti fœmina minor, imbecillis consilij, & matri obedientissima, cui dolus dicitur inferri etiam volenti, dum sollicitata seducitur, & consentit, vt comprobatur optimè Paul. de Cast. in dicto conf. 174. post num. 1. & col. 2. num. 3. & cùm appareat donasse non modicam summam, præsumitur circumuenta dolis hoc. cons. 214. num. 10. vol. 2. Decian. cons. 32. lib. nu. 7. vol. 3. adhibendo minor, & imprudens fidē suasionibus, & adulatioñibus matris, cuius votum erat prospicere potius vnicæ filiæ, ad tradita per Affl. in cap. 1. S. item sacramenta in 4. notab. quod est vnitum cum 3. not. nu. mihi 12. cum duobus seqq. de pac. iur. firm.

21 Insuper tertio, fortius dolus arguitur, dum conducta fuit Principissa extra domum propriam, ad domum D. Francisci Bermudez pro donatione facienda matri, & sic personæ coniunctæ, vt docuit Anch. cons. 385. col. fin. num. 6. in fine, Crauella optimè cons. 142. nu. 18. & Decian. latè in dict. cons. 32. nu. 19. vol. 4. vbi legendus est omnino, qui addit ex alio, maximè dolum induci, si donatio inita fuerit in domo donatarij, vel cōsanguinei, Iure consulti sagacissimi, prout in casu nostro, dum idem Consiliarius adhibuit quoque consilium Pauli Staibani, vel si duxerint donantem in alia camera secreta, de quo Dominus de Franch. quoque decis. 180. post n. 2. Pariter preparaciones cum traductione Notarij clande-

stines, & illæ abscondite machinationes arguunt manifestè dolum, vt ibidem latissimè probat Decian. à num. 15. per totum, qui legendus est pro decisione causæ, pariter scriptura manu Principissæ subscripta, & à Domino Consiliario Bermudez, & quodam famulo, modico tempore post matrimonium, dictatura scripturæ albarani, non mulieris, sed docti viri, causa non concurrente inducunt dolum, vt considerat D. de Franchis dicta decis. 180. & in specie nostra causa consideratur nimis contraria donationi, quod Principissa voluisse se spoliare ferè maiori parte bonorum, attentis Comitatu dotali, & oneribus, vt in facto, & gemmis, quas tempore nuptiarum sine dubio non donasset, sed potius emisset, vt patet ad sensum.

22 Ulterius quartò, Comitissa mater sub pretextu, quod Princeps occasione tituli, tunc impetrandi forte extorquere voluisse aliquā pecunia quantitatè à Principissa, & vt suis bonis iuuari potuisse, dum minabatur illam traducere extra Neapolim, sub hoc colore induxit Principissā ad sibi donandum, non vt verè bona predicta donata censerentur, sed vt ab eadem matre detinerentur in confidentiam, & nomine ipsius Principissæ pro suis occurrentijs, & necessitatibus, deponūt hoc testes omni exceptione maiores de confessione, & declaracione extra-iudiciali Comitissæ, quæ sufficit in actibus occultis, & clandestinis, etiam si coniecturæ adducerentur, vt dictum est supra; immò sufficeret declaratio tantummodo eiusdē Principissæ, cōcurrentibus alijs supradictis, vt probat Decia. in tod. cons. nu. 3. quod factum tergiuersari non potest, quoniam in capitulis matrimonialibus stipulatis sub die 2. Iunij 1601. reseruātur Principissæ bona omnia, quæ præceduntur donata, ex quo clarè deducitur, verè antea nō fuisse donata sub die 9. Maij eum igitur fuit inducta sub diuersis promissionibus, & rebus dictis ad uitilitatem

litatem Principissæ, vt eidem bona conseruaret, dolus proculdubio resultat *l. cùm quis, vbi Bart. ff. de dolo, Crauett. conf. 192. num. 12.* & si contraria cogitatum induceretur donatio ex illa confidentia, esset captiosa liberalitas, quæ corruit omnino *l. cum Aquiliana ff. de transact.* & præsumitur potius error, quā donatio *Crauett. conf. 142. num. 26.* Immò, quia Comitissa nunc contrauenit promissionibus factis, & confidentiæ, ex inobseruantia dolus arguitur *Idolus, vbi glos. & l. si procuratorem S. doloff. mand. Corn. conf. 116. nu. 14. vol. 1.* Cæsar Barzzius decif. Bonon. 15. num. 15. & cognoscitur malus animus, & dolus ab initio, & ex euentu sublequuto declaratur qualis fuerit animus tempore contractus *Dec. in cap. consultationibus col. 2, de off. delegat. Crauett. dicto conf. 192. num. 19.* & ultra dolum stantibus promissionibus, & tractatibus prædictis, & confidentia, imaginaria erit donatione, & nullius efficaciæ, ad *tex. in l. 4. S. si ab ignoto ff. de manumiss.*

23. Ex parte Principis maxima cum ratione allegatur nullitas donationis prædictæ similiter ex dolo Comitissæ, quæ tempore tractatus matrimonij noluit celebrare capitula matrimonialia cū Principe eo modo, quo initia fuerunt cum Duce Castri sanguinis primo viro, ea de causa, quod Principissa filia ultra dotes Ducis assignatas habebat insuper antefatū duc. 15. mil. quantitates à Duce relictas, emptiōnē cū Ciuitate, & gemmas notabilis valoris, cum quibus dotem asserebat ascendere ad duc. 170. mill. ob quod voluit omnino, & Principē hac ratione coegit ad cōstituendū maius antefatum, donatiuum, & annuam solutionem longè excedentia promissiones Ducis primi viri, quodq; similiter impetrare debuisset à sua Catholica Maiestate titulum Principis, nulla mora postposita, vt in facto notatum est, Princeps verò consilus sub talibus assertionibus, & tractatu libenter pro-

mittens constituit pro arbitrio Comitissæ, præcedente quadam notula ab utraque parte subscripta sub die 8. Maij 1601. Verū consulto bona, prædicta non fuerunt tradita in dotem; sed Principissæ reseruata, vt valueret in impertatione Tituli prædicti, & alijs occurrentijs Principi operari ferre, immò dum Princeps quæsijset euitare has superfluas promissiones ex eo, quod bona prædicta Principissæ reseruabatur, eadem Comitissa mater à tali deliberatione recedere noluit, quia reseruatio facta pro maiori utilitate Principis, & ad ipsius instantiam cedere nō debebat in damnum Principissæ, vt deductum est in facto, quo stante si albaranum fuit contractum sub die 9. Maij, ex dolo manifesto cōuincit Comitissa, cùm contra tractatum matrimonij initum præcedenti die, vt supra, induxit filiam ad donandum, & decipiendum Principem virum, si verò eodem die initum fuerit cum instrumento ratificationis, maior dolus, & fraus consideratur in damnum Principis notabile contra promissiæ, & tractata post tot expensas grauiores, & donatiua, & summam notabilem erogatā ex causa Tituli, ultra fraudem detestam circa 24 dotem constitutam, vt ex facto colligitur, quod factum licet ex causa nō fuerit in contractu descriptum, potuit ad præsens legitimè per testes deduci *cap. cùm Ioannes Heremita de fide instrum.* & cùm Princeps non aliter contraxisset, aut promissiones fecisset. Comitissa suo dolo tenebitur *l. si quis affirmauerit ff. de dolo,* quia ex facto ipsius cōtra promissa dispositum est *l. & eleganter S. non solum ff. cod. habetur in l. si id, quod aurum vbi glos. ff. de verb. oblig.* quod procedit, siue dolus adfuerit ex proposito in principio, siue ex post facto, quoniam dato, quod ab initio non adfuerit dolus, tunc incipit dolo male facere, cùm aliter disponitur *l. 2. S. & generaliter vers. n. m. & si inter initia ff. de dol. mal. & mes. except.*

*except. l. si quis inficiatus ff. depos. & latè docuit lfern. in cap. i. S. porrò post nu. 27. vers. & si non sit commissus quae sit prim. cauf. benef. amiti. & quia contingit damnum Principi ex facto Comitissæ, ex cuius precibus, & suasionibus Principissa aliter disposuit, dicetur in dolo fuisse, ut per Affl. optimè decis. 69. nu. 8. & successiuè contractus prædictæ donationis redditur nullus, & inuallidus ex dolo, fraude, & alijs superiùs ponderatis d.l. & eleganter ff. de dol. cum concord.*

25 Nec oberit deniqvè Principissā ex Principis consensu sibi reseruasse facultatem disponendi de bonis prædictis, vt in notula legitur, cuius virtute, dum de viri præiudicio agebatur, sufficit generalis consensus ad contrahendum, secūdūm Bar. in l. si quis mibi bona S. sed vtrum ff. de acquir. hæred. Alex. cons. 189. num. 8. lib. 7. Matienz. lib. 5. tit. 3. l. 3. glos. 1. num. 1. & 2. quia hoc obiectū tollitur faciliter ex pluribus. Primò, licet in notula dicatur, quod bona prædicta reseruabantur dispositioni Principissæ, non ex hoc sequitur, quod illa valuisset donare, absque viri consensu, ultra quod in capitulis stipulatis reseruantur tantummodo Principissæ; sed non datur facultas disponendi, vt legitur fol. 35. Secundò, quia Princeps eo tempore adhuc minor erat, & sub potestate Marci Antonij de Capua patrui, sui Balij, ob quod si ipse autoritate indigebat, non poterat consensum præstare, nec operabatur vti defectius, & non plenus, ideo requirebatur cōsensus Balij, & de tutore mariti minoris loquitur latissimè Tiraquell. de ll. connub. glos. 8. à num. 41. cum seq. nec opitulatur subscriptio Marci Antonij Balij in notula, quoniam eo tempore matrimonio non contracto per verba de præsenti, non poterat consensum præstare Principissæ, tunc Duciſſæ viduæ, adhuc non vxori Principis minoris, & in stipulatione capitulorum.

26 matrimonialium Marcus Antonius

non aliter interuenit. Tertiò, si aliquo modo consensus considerari posset, debebat tamen Principissa bona fide vti, sed alteri donare nō poterat: quia semper facultas donandi in generali facultate videtur excepta l. creditor S. Lutius ff. mand. ad tex. clarum in l. contra iuris, vbi omnes ff. de paſt. l. filius ff. de donat. A. ex. conf. 22. num. 8. lib. 1. & Ludouij. decis. Rot. Rom. 311. num. 4.

27 vbi Addent. Verūm licet donationem facere prohibeatur, quando tamen vir, cuius causa prohibetur, est in dignitate constitutus, vt Dux, vel Marchio, vel ex illustri sanguine, licentia censebitur vxori data ad donandum, quod facile crederemus, maritum ipsum fore donaturum, veluti consueta munera, & alia, de quibus in tex. in l. cū plures S. ultimo ff. de admin. tue. Art. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 3. par. na. § 7. Matien. lib. 5. tit. 3. l. 3. glos. 2. per totam nu. 5. Quartò, non obstat illa reseruatio, quia Principissa nihil minus egit, quam donationem constituere; sed à matre inducta maluit illi credere, & ad ipsius Principissæ utilitatem confidere, quam donare, & proinde fiduciaria donatio non subficit in beneficium Comitissæ. Quintò, consensus si fuisse, sufficiens posset allegari, quando donatio non haberet alios defectus; sed quia ex tot capitibus superiùs expressis dolo, & machinationibus destruitur, nomē donationis nō meretur, vt fundatum est. Dēmum

28 si consensus in reseruatione attenditur, iam deductum est, id fuisse conuenientem pro utilitate Principis, & ad ipsius contemplationem, & instantiam, proinde ad aliud extendi non debet, sed restringitur ad causam, de qua actum fuit l. si de certa re C. dē transact.

29 maximè in datum Principis, ob cuius fauore reseruatio intercessit, vulg. h. quod fauore C. de legib.

30 Postremò non obstat, quod testes sunt pro maiori parte affines, consanguinei, familiares, Marcus Antonius Patruus, & Balius, & vt talis agens, quem

quemadmodum omnia gesta, & tractata fuerunt in domo Principis viri tempore matrimonij, & machinaciones initæ ultra actus occulte gestos, & superius adnotatos in domo quodam Consiliarij Bermudez pariter affinis, ideo, quod non aderant, nisi consanguinei, affines, & familiares, procul dubio fides adhibenda erit, & per domesticos probantur ad tex. in cap. veniens in fine de testib. And. in cap. 1. in vers. praterquam post num. 10. vers. alij Moderni dicunt si de inuest. inter. Dom. & vas. lis oriatur, Dominus de Franch. optimè in dicta decis. 180. num. 5. Ad sunt quoque alij testes, qui interfuerunt cum mediatoribus, prout fuit Vitalis agens, & alij, quorum qualitas, & integritas tollit omnem suspicionem, cessante quolibet eorum interesse, ut per Bal. & cæteros in l. omnibus C. de testib. num. 4. habetur in cap. dilectorum de testibus, Alex. conf. 13. nu. 14. vol. 1. & conf. 127. num. 10. vol. 7.

Ex quibus omni iure, & æquitate nulla, & inualida declaranda erit asserta donatio extorta varijs medijs in perniciem tam Principissæ, quam Principis viri, & liberorum.

*Decisionem vide in sequensi.*

### ARGUMENTVM.

De falsi quæstione incidenter suborta in eadem causa ciui- li, aliquot egregijs declarationibus explicata.

S V M M A R I V M.

- 1 Ex facti themate, quod premittitur, tres iuri articuli discutiendi assumuntur.
- 2 Inquisitione criminali pendente an sit in causa ciuili supersedendum.  
Variatum est inter antiquam Iuris-

prudentiam, at noua in affirmatiuā abiit sententiam tribus concurrentibus, de quibus hic.

- 3 Criminalis articulus incidens in causa ciuili an debeat specificè, & seorsum à causa principali determinari. In præsenti controuersia negatiæ concluditur ex pluribus.

- 4 Falsitatis requisita.

Falsitas non in substantialibus ; sed circa extrinseca consistens non est alicius considerationis.

.... quando actu non nocuit, potuit tamen, & sic potentialiter nocere, datur actio falsi.

Testis falsum deponens super articulo non faciente ad causam, non est reprobandus.

Nec producens, si dixit velle uti simpliciter, ob huiusmodi depositionē ad aliquid tenetur, & cum ratione.

Quæstionis decisio.

Pro eisdem Principe, & Princissa Rocca Romanæ.

### C O N S I L I V M X I I I .

- 1  TIAM ex futuris resul- tare præsumptionē in- præteritū dicit tex. not. in l. si qui C. de adulter. sicque dum nouissimè pro ultimo refugio dilationis Comitiessa Anuersæ contra propriam filiam vnicā, & dilectissimam exposuit que- relam de falso, licet ridiculam, in- qua totam spem collocasse videtur, resultat confirmatio dolii, & machina- tionis ipsius Comitissæ, & detegitur eius volūtas, si pro filiæ utilitate tem- pore procuratे donationis intende- bat bona, de quibus agitur, omni tem- pore conservare, & si filia de matre confidere unquam poterit, aut ali- quid ab ea sperare, ultra legitimam sibi competentem, & è contra dete- gitur modestia Princissæ, & Princi- pis viri, qui realiter poterant Comi- tissam

tissam de falso arguere circa falsitatem antedatæ albarani , de qua conuincitur per testes omni exceptione maiores. Sed deueniendo ad causam , vt finis huic controversiæ imponi possit : videndum est breuiter de tribus. Primo an pendente hac inquisitione debeat supersederi in causa principali. Secundo an super hoc debeat interloqui , & specificè prouideri. Tertio quam iustitiam foueat Comitissa in hac nouissima , & laudabili exceptione.

- <sup>2</sup> Ad priuum res est expedita , quoniam licet Doctores varie locuti fuerint, de quo per Bar. in l. diuus §. diuus cum l. seq. ff. de petitio. bæreditat. per Bal. in l. si quis testibus pen. col. C. de testib. per Cyn. in l. 1. C. qui accus. non poss. & notat. in l. Lutius ff. de his , qui not. infam. & in l. fin. C. de fide instrum. Hodiè receptum est , vt tunc demū supersedeatur in causa principali , si tria concurrant, primùm si mora aliqua , aut negligentia parti incusanti imputari non possit , secùs si nimium se arætauit ad tempus sententiae proferendæ , vt dicit Afflct. decis. 229. num. 20. Gramat. decis. 60. nū. 16. cum seq. vel si fuerit in causa conclusum , vt posuit Capyc. decis. 25. nū. 5. Secundò , si falsitas constet in promptu iuxta Pragmaticam secundam in tit. de fals. Tertiò quòd ius totius causæ cōsistat in illis testibus , qui de falso arguuntur , vt per Afflct. loco citato , qui ita refert iudicatum per vndecim Consiliarios , & ibidem Vrfillus , sequitur Gramat. d. decis. 60. à num. 24. etiam ex mēte Ant. de Alex. & cū prædictis videtur cōuenire Capyc. in d. decis. 25. dū ponit casum in testibus deponentibus de negotio principali , modò licet secundam requisitum videatur posse applicari ad casum nostrum , duo alia manifestè Partem excludunt , idcirco ex hoc non poterit causæ expeditio impediiri.

- <sup>3</sup> Ad secundum responsio facilis est , quoniam licet Pars , vt figuraret mo-

rem gerere , vt audio , querelam exposituerit tantummodo ad finem obtinendi victoriam causæ , dū etiā iuxta ipsius instantiam non est procedendum per inquisitionem criminalem , nō est prouidēdū , an procedi debeat , vel non in dicto articulo criminalis ; sed cū respiciat victoriam causæ , & sic sentētiā proferendam in illius prolatione , si Comitissa fouet iustitiam in hoc articulo , obtinebit , sin minùs citra hunc articulum , ex reliquis iudicabitur eodē tempore iustitia causæ principalis. Secundò , si Pars prætenderet criminaliter procedere , deberet interloqui , esse procedendum ad expeditionem causæ , cū deficiant requisita superius descripta ; sed quia tantummodo intendit sentētiā absolvitoriam obtainere , hoc respicit decisionem totius causæ , & non decreti interlocutorij. Tertiò , dum Pars per expositionem querelæ allegat , deberet esse victricem in causa principali , non debet super hoc articulo interloqui , quia si Comitissa benè dicit , hic articulus absorbet causam principale , & obtinebit in sententiæ prolatione , & si perperam , & calumniosè detegitur ex infra scriptis exposita , similiiter causa principalis determinari debet vnicō contextu , dum non est procedendum criminaliter , nec expectanda est decisio articuli uti criminalis , tum quia deficiunt extrema requisita , tum etiam quia victoriam causæ prætendit , non processum , aut inquisitionem criminalem.

- <sup>4</sup> Ultimus articulus resolutur breuisimè , & quisq; admirari debeat , quomodo querela prædicta exposita fuerit , etenim iudicium principale versatur circa consecutionem antefacti , & aliarum quantitatum , non obstante donatione nulla , & inualida , & extorta metu , dolo , & machinationibus , sub cōfidētia & in perniciē Principis , depositio verò testis , quā falsum continere Pars allegat , versatur circa vnum longè extraneum , & nihil ad

ad causam pertinens, nec minus circa accessoria, nempe quod de matrimonio contracto inter Principem, & Principissam fuerit etiam tractatum cum Principe Sulmonis, ex quo aliquo modo Pars ledi nec in minimo poterit, & successiuè falsitatis allegatio excluderetur ex not. per Bar. in l. si quis legatum ff. de fals. etiam si falsitas dolosè commissa esset Afflct. decis. ultima, sequitur Sylva. late conf. 7. nu. 11. Anch. quest. 23. Cephal. conf. 355. nu. 44. vol. 3. Etenim quando falsitas non nocet, nulla datur actio Parti Criminalis. sen. conf. 53. num. 15. vol. 1. Soc. conf. 114. vol. 1. Gabriel. conf. 169. num. 21. Peguer. decis. 80. nu. 15. secus si poterit nocere Bar. in l. damus C. ad l. Corn. de fals. Bal. in l. si falsos C. de codicil. Afflct. loco citato, Gabriel. lib. 2. com. opin. conclus. 5. nu. 21. Farinac. q. 150. num. 355. Et proprius accedendo ad easum, quando falsitas non est in substantialibus causæ, nec concernit qualitates, & circumstantias negotij principalis; sed circa alia extrinseca. falsum allegari non potest, nec testes propterea reprobantur, & si scienter deposuerint Innoc. & ceteri in cap. fraternalitatis in princip. de heret. Bar. in l. eos num. 5. ff. de fals. Imol. in l. i. S. ff. quis simpliciter col. 1. verf. item inducitur per Bal. ff. de verb. oblig. & in specie quando deposuerint super articulo, qui non facit ad causam, posuit Bal. in l. pen. in fin. C. de transact. vbi Saluces. qui refert ita in practica obseruari, & id seper Aduocatos acclamare, Alex. conf. 88. num. 19. lib. 5. & conf. 5. num. 10. lib. 1. Dec. conf. 100. num. 5. & conf. 105. post num. 1. verf. venio ad secundum Iulius Clar. in sua pract. quæst. 53. num. 9. Gram. conf. criminalis 19. num. 4. & 5. & quod in hoc limitatur Pragmatica, posuit Carauta in Comment. d. Pragmatica 2. num. 110. & procedit etiam si producens dixerit velle uti simpliciter, quia intelligitur, quatenus concernit substantiam, & substantia- lia sunt que ad victoriam pertinent, &

non confert ad victoriam, quod non facit ad causam, posuit Boff. in tit. de fals. nu. 159. in princip. & post nu. 160. vers. sed in casu nostro, & hæc ultra Afflct. & Gram. in dd. decisionibus. Et omitto qualitatem testis notoriam, & errorem potius, ac aquivocationem, vt. vndique clarissima reddatur iustitia Principis, & Principissæ coiugum.

Fuit dictū, quod procedatur ad ulteriora.

#### ARGUMENTVM.

Sume argumentum huius consilij à consl. 12. & ex infra- scriptis Summarijs.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Vxor, inspecta iuris communis dispositione, liberam habet disponendi facultatem; sed declara, ut nu. seq.*
- 2 *In decisionibus causarum quis ordo seruandus in hoc Regno circa iurium prærogatiā, siue prioritatem. Mulier in minori existens etate postquam viro in matrem conuenit, non obligatur ciuiliter, nec marito quidem auctore; sed necessaria est tutoris auctoritas secundum Montan.*
- 3 *Facti animaduerso, ex qua dolus co- uincitur.*  
*Testium simplices relationes ad reuelationes an probent, Iudicis arbitrio remittitur secundum Bar.*  
*Qui si sint boni, & graues, plenè probabunt secundum Rot. Auenion.*
- 4 *Altera facti ponderatio, ex qua pariter dolus elicetur, & num. 5.*
- 5 *Simulatum ut quid dicatur, neceſſe est, ut ab initio Partes conuenerint de simulando, non post contractus perfectionem.*
- 6 *Alienatio in dubio præsumitur simula- tata, si possessio non fuit translata.*  
*Donatio simulata arguitur, quando donator semper remansit in possessione.*  
*Simulatio regulariter à contrahente allegari*
- 7 *Alienatio in dubio præsumitur simula- tata, si possessio non fuit translata.*  
*Donatio simulata arguitur, quando donator semper remansit in possessione.*  
*Simulatio regulariter à contrahente allegari*

- allegari nequit, fallit, si constet de causa simulationis.*
- 8 *Cautela insolita cum alijs coniecturis connexa auget simulationem.*
- 9 *Dolus elicetur ex alia facti perpensione.*  
*Promissiones, & conuentiones, quae sunt contemplatione matrimonij, cōfunduntur cum ipso contractu, & redditur irreuocabiles ibid. circa fin.*  
*Matris bona in casu doli hic enunciati erunt hypothecata pro dote nurus, num.eod.in fine.*
- 10 *Vxor in donando Coniugi pro dignitate quarenda habet assensum legis, & cum ratione.*
- 11 *Motuum Parsis ex aduerso.*
- 12 *Illius resolutio.*  
*Testis fides adhuc incorrupta, si illius falsa depositio non tangat negotium principale ibid. in fine.*  
*Quæstionis decisio in fine.*

Pro eisdem.

#### CONSILIVM XIV.

 X pluribus fuit demonstratum in alijs allegationibus, donationem initam per Principissā Roccę Romanę in beneficium Comitissæ matris esse declarandam nullam, & inualidam absque controversia, nec alia allegatione opus esset, verū ut potius quædam obiectiones in Aula propositæ ex aduerso resoluuntur, infra scripta breviter adducuntur, ut clarior vndique iustitia Principis, & Principissæ coniugum reddatur.

Primò, dum fuit inita donatio vigore albarani confecti secundūm eius lecturam sub die 9. Maij 1601. resultat nullitas ineuitabilis ex minori ætate Principissæ constitutæ insuper sub Baliau Comitissæ matris, ut fundatum est, cui Pars non respondit; sed conatur, se tueri virtute instrumenti stipulati sub die 24. Augusti eiusdem.

anni, stante iuramento, & referuntione bonorum donatorum extra dotē, in quo instrumento dicit, non fuisse opus consensu Principis viri ad integrandam personam Principissæ donantis, quæ aliqua lege municipaliter non prohibebatur donare, & attentio iure communi liberum habebat arbitrium disponendi, ad tex. clarum in l. velles C. de renoc. donat.

2 Sed ultra allegata in primis allegationibus, in quibus latè respondum fuit, non obstare iuramentum, & alia predicta, quæ opponuntur, nunc fortius adducitur, contractum donationis fieri non potuisse absque viri cōsensu, siquidem in Regno statutum est, vt primò attendantur Regni Constitutiones, his deficientibus, Consuetudines approbatæ, & si Consuetudines deficiunt, attenditur ius communie Longobardorum, & demū ius cōmune Romanorum, vt latè per Affīc. in Constit. Regni puritatē nu. 1. modò licet non ad sit constitutio, seù cōsuetudo scripta prohibens mulierem contrahere sine cōsensu viri; tamen receptum est de consuetudine totius Italie, vt non permittatur, vt docet Angel. in cons. 191. super puncto videtur col. 1. Tiraquell. de legib. Connub. p. 1. glo. 1. nu. 71. & secundūm ius Longobardorum, quod seruādū esset successiū, dispositum est, mulierem contrahere, & donare non posse absque viri cōsensu, vt in sit. qual. mul. liber. alienar. permī. l. penul. & final. & posuit glo. final. in d. l. velles, vbi etiam Bal. & in l. si in vita C. de nupt. proinde non erit attendantum ius communie Romanorum, & quod in hac Civitate in effectu quò ad predicta servetur ius Longobardorum, & generalis consuetudo Italie appetat, quoniam ab immemorabili tempore in omnibus contractibus, & qui dietim celebrantur, interuenit viri cōsensus, nec unus quidem contractus afferri posset ex aduerso gestus à muliere absq; cōsensu viri, qui firmitatem habere valuerit;

valuisset, & proinde meritò in Hispania, vbi non poterat allegari Italiz consuetudo, nec ius Longobardorum, idem fuit statutum per leges Particularum 12. & 55. vt in commento d. l. 55. testatur Lopez in princ. & nimis perniciosum esset in hac Civitate introducere contractus mulierum absque consensu viri, maximè in minore, & tempore matrimonij sub Baliau existente, quæ cum eius capite omnia transfert in virum, nec pro ipsius obligatione sufficeret viri consensus, dum tutor carebat, vt docuit Paul. Montan. in tract. de tutorie post cap. 37. in verb. 2. regula est à num. 145. ad num. 152. fol. mihi 190. & hoc vltra alios defectus comprobatos in primis allegationibus.

3 Secundò deductum fuit in processu, albaranum non fuisse confectum eo die 9. Maij, sed scèrè eodem tempore cum instrumento calliditate Comitissæ, & cum consultatione quond. D. Francisci Bermudez, cuius cōsilio albaranum fuit initum cum antedata, & confirmatum per instrumentū clandestinè, vt dictū est, & aperte deponit socrus, & mulier eiusdem D. Francisci ad reuelationem ex cōmunicationis, & deinde repetitæ cum iuramento, nec obstant ex aduerso ponderata. Primo, quod testes prædicti in prima reuelatione nihil de antedata dixerint; sed secunda vice, quoniā memoria labilis est, & mirū nō est, quod de facto alieno quis non ita promptè recordetur, cūm verò perpenso negotio in memoriam venit pro exoneratione conscientiæ reuelare debuerunt, & persuaderi non poterit ex hoc aliqua suggestio, siue tractatus, attenta qualitate testimoniū prædictorum, & Principis vndiquè notoria. Secundò minus officit, quod testes prædicti in Sacro Consilio non deposuerint per extensem, sed simpliciter se remiserint reuelationi, quoniā licet in hoc sit Doctorum controvērsia, nihilominus totum relinquitur Iudicis arbitrio, vt

Bart. posuit in l. eos num. 6. ff. ad l. Cornel. de falsis, & hic potius fuisset error Examinatoris, non testimoniū, & quando sumus inter bonos, & graues attenditur illa simplex relatio sine dubio, vt plenè habetur in decis. Rosa Auenionensis. 91. à num. 5. cum seq. vbi quām plures allegantur, & licet fuerint duę reuelationes, & vna relatio fiat reuelationi in numero singulari, intelligitur quoad illam, quæ loquitur de facto contento in articulis, in quibus testes se remittunt reuelationi, in qua deponit de causa scientiæ antedata prædictæ ex consultatione dicti D. Francisci, qui an rectum consilium dederit, non est hodiè discutiendum; sed sufficit demonstrasse dolum, & machinationes clandestinè adhibitas modo prædicto.

4 Et quod prædicta sint verissima, absque tergiuersatione, confirmatur, quando sub die 2. Iunij eiusdem anni stipulata fuerunt capitula matrimonialia, in quibus interuenit Comitissa mater, & Balia, & cum iuramento omnes affirmarunt, esse vera contenta in capitulis, & in illis inter alia dicitur, quod antefatum, geminæ, & emptio cum Ciuitate reseruantar Principissæ, quod si sub die 9. Maij, & sic per mensem scèrè antè donata fuissent Comitissæ virtute albarani, prædicta expressa non fuissent in stipulatione capitulorum, nec contrarium allegari poterit aduersus iuramentum, & proinde de antedata, & sic de dolo, & machinatione Comitissæ non est dubitandum.

5 Tertiò ex hoc resultat optima cōprobatio confidentiæ, & simulationis præterea donationis, ad quām Principissæ fuit inducta persuasionibus matris sub varijs causis, & figurato colore, quod bona donata pro filia cōseruaret tantummodo voluisse, cūm facilius ob absentiam, aut after cum viro iurgia, & controuersiæ succedere potuissent, si enim verè Comitissæ donata fuissent sub die 9. Maij, sine dubio

Q

sub

sub die 2. Iunij sequentis non fuisset expressum, bona reseruata Principissę, quod demonstrat, nedum dolum, & fraudem in damnum Principis, vt infra, sed omnia fuisse simulatę, vel confidenter gesta inter matrem, & filiam, ex causis prædictis, de quo non est dubitandum, stante confessione extrajudiciali eiusdem Comitissæ verificata per plures testes, nec officit responsio Partis, quod loquantur testes per verba generalia, quando expressè dicunt, Comitissam declarasse, che persuase à sua figlia, che li confidasse, è falso esse detta donatione non per se, mà per conservarle, ut sup. Et sic declaratio respicit tractatum, & persuasiones tempore donationis, igitur à principio nō fuit perfecta donatio, sed tunc cōuentū, vt fiduciaria esset, attēta declaratio ne Comitissæ, & hoc sufficit ad tex. in l.4. S. si ab ignoto ff. de manumissio. de quo Alex. cons. 29. num. 19. volum. 7. & hoc casu sufficiunt coniecturæ, nedum confessio principalis Comitissæ donatariæ, vt fundauimus.

7 Fortificatur ex alio, quia Comitissa nunquam penè se habuit gemmas donatas, nec possessionem introituum emptionis factæ cum Ciuitate Neap. ad tex. in l. sicut S. supervacuum ff. quib. mod. pign. vel hyp. solu. & minus egit pro consequutione antefati, nisi post audiūm institutum à Principissa, nec Oberit, quod simulatio à contrahente allegari non possit, quodque Principissa facta exactione à Ciuitate duarū mensatarum girauerit quantitatem exactam Comitissæ, ad quam spectabat vigore donationis, quoniam si fiducialiter filia matri donauit, non video, quo iure prohibeatur filia de cōfidentia experiri, maximè existente causa cōfidentiæ iam deducta, & quæ constat in promptu, cùm non fuerit verisimile, quod Principissa contractis nuptijs statim voluerit se spoliare gemmis, quas potius emisset, quād donasset, & filios nascituros priuare majori parte substantiæ suę, non concur-

rente causa donandi matri diuiti, & in ætate matura constitutæ, quibus concurrentibus rectè de confidentia, & simulatione arguitur, etiam in casu, quo non permetteretur simulationem allegare, vt latè Soc. in cons. 264. nu. 2. vers. 7. & ultimò, ibi & hoc est ex mente Bart. vol. 1. Aret. cons. 159. in 3. dubio nu. 12. Partita verò exactio summa giratæ Comitissæ eidem non prodest, & arguit maiorem confidentiam, & simulationem, quia si verè Principissa donasset, poterat Comitissa describi facere in eius faciem introitus Ciuitatis, illosque exigere absque labore, & girata Principissæ, & euitare retrouenditionem dictorum introitum, quæ sequuta fuit, idque clariùs confirmatur ex eo, quod aliæ mensatæ antecedentes, & subsequentes exactæ non aliter fuerunt giratæ Comitissæ, & id sufficit allegare, ex quo de contrario non constat, hęc igitur insolita cautela vnius giratæ tantò magis simulationem arguit, vel confidentiam per ea, quæ tradit Bald. in cons. 487. apparet vol. 1. vbi de conventionibus non consuetis, quod inducant simulationem, latè loquitur.

9 Quartò etiam ex parte Principis pro suo interesse rectè allegatur fraus, & dolus aduersus dictam prætensam donationem, fuit namqüe tractatum matrimonium mediatore Patre Sirleto afferente dotem esse ducat. 150. mill. inclusis antefato, gemmis, & emptione cū Ciuitate, qua de causa voluit Comitissa, vt maius antefatū, maius donatiū constituerentur, & similiiter annua largitas in beneficū Principissæ, vtque titulus Principis obtineretur, ad quod facile Princeps potuit induci recepta dote duc. 150. mil. & sic maioris quātitatis, quā promissa fuit Duci Castri sanguinis primo viro, stante lucrifactione antefati, & alijs supradictis, si igitur sub hoc tractatu fuit initum matrimonium, & initæ supradictæ conventiones, qua ratione, vel colore potuit Comitissa decipere

cipere Principem, ut firmis remanētibus promissionibus ab ipso factis procurare debuisse assertā donationē à filia antefati, genitum, & emptio-  
nis, quorum causa fuit inductus ad supradictas promissiones in maximū præiudicium Principis, & filiorum  
nasciturorum, dolus est igitur inevita-  
bilis, & nullo modo excusandus, &  
irritanda erit donatio tam insolita,  
& à seculo non auditā, vt promissio-  
nes, conuentiones, & assertions in  
matrimonij vndique firmā perma-  
neant, siue donatio prædicta facta  
fuerit statim inito matrimonio, vel  
post, quam tueri non poterit Comiti-  
ssa, quæ interuenit in capitalis<sup>1</sup> stip-  
ulatis cum dictis assertionibus, &  
conventionibus, quod clarum est  
absque difficultate, ex traditis per  
*Guid. Pap. decis. 145. & D. de Franch.  
decis. 205.* & conferunt dicta per *Bald.*  
*in l. si preses C. de donat.* vbi si mater  
descripsit in æstimo bona sua in fa-  
ciem filij, vt inueniret meliores uxores,  
quamvis nihil promiserit, ille do-  
lus matris inducit cōsensum, & erunt  
bona obligata pro dote.

10 Nec oberit, quod bona prædicta  
fuerint reseruata Principissæ, & non  
data in dotem, quia id processit con-  
sultò, vt Principissa potuisset Principi  
opem ferre in dignitate tituli Princi-  
pis querenda, minus autem, quod  
alij, aut matri donare potuisset, vt est  
deductum in facto, nec est dubitan-  
dum, quod pro querenda dignitate  
vxor donare possit viro, cùm sit casus  
expressus in *l. quod adipiscenda digni-  
tatis ff. de donat. int. vir. & vxor. cum  
duabus legibus seqq. de quo Lopus in  
cap. per vestras §. 54. in princip. cod. tit.*  
quia mulier, tam matrimonio con-  
stante, quam vidua coruscat radijs  
mariti, & propterea valet donatio  
pro dignitate querenda, tradit etiā  
*Cardin. Mantic. de tacit.* & ambiguis  
conuentio. p. 2. lib. 2. sit. 6. n. 17. & ultra  
prædicta consideretur id, quod alias  
allegauimus, dotem assertā duc. 150.

mill. à Patre Sirelo mediatore, qui  
loqui non poterat, nisi ex ore Comiti-  
ssæ, repartam fuisse redditus duc.  
2000. in circa, deductis oneribus, &  
inter alia duc. 910. qui annuatim sol-  
uuntur Comitissæ super introitibus  
Comitatus Anversæ.

11 Aduersus prædicta allegat Comiti-  
ssa, Principem fuisse concium one-  
rū Comitatus, ex quo in prima notula  
fuit conuentum de dote, prout in  
capitulis antecedentibus Ducis pri-  
mi viri, in quo onera fuerunt expres-  
sa, sicut in capitulis Principis, & sic  
erravit Princeps, dum in artic. 21. po-  
suit, fuisse promissum Statum liberum  
ab omni onere, quemadmodum erra-  
vit, dum in alio articulo posuit, notula  
fuisse confectam, non sub die 8. Maij,  
prout cum iuramento affirmatur in  
capitulis; sed sub die 18. eiusdem  
mensis, & unus testis dicit sub die 12.  
sicut etiam erravit ponendo tracta-  
tum matrimonij prædicti cum Prin-  
cipe Sulmonis, qui ante matrimonium  
mortuus erat.

12 Resolutio facilis erit, siquidem ve-  
rum est, tractatum intercessisse dotis  
assertæ duc. 150. mill. & quia ob ea-  
sam dotis amplissimæ timebatur or-  
do Proregis, fuit inita breuissima  
notula, & sine dubio non fuerunt  
visa capitula Ducis primi viri, nec vi-  
deri potuerunt, & Princeps facillimè  
fidem adhibere potuit Comitissæ, que  
per prius filiam nuptui tradiderat Du-  
ci primo viro eius nepoti ex sorore  
vtrinque coniuncta, prout ponitur in  
sequenti articulo, & verum ponitur,  
quod Status asserebatnr liber ab omni  
onere, quæ verba respiciunt tracta-  
tum ante matrimonium & ante capi-  
tula stipulata, in quibus Marcus An-  
tonius de Capua Balias, & Patruus  
Principis detecta fraude Comitissæ  
noluit interuenire, vt ex illis patet, &  
ob id fuit opus interpositione Decre-  
ti Sac. Cons. Quod autem notula  
fuerit scripta sub die 8. Maij, cùm  
alia die confecta fuisset, non poterit

Q 2 propter-

propterea allegari aliquis error, vbi concurrit Partium consensus, & quia non dum capitula confecta erant, nec stipulata, id processit ad impediendum futurum ordinem impedituum Proregis, & parum refert, quod vnum testis dicat, verè gestum fuisse sub die 12. alter sub die 18. quia non agimus de annulanda notula; sed de annulanda donatione prætensa, & hæc veritas non obest, cum non respiciat substantiam causæ, sicut non obest allegatus tractatus cum Principe Sulmonis præmortui, quia ultra quod fuit æquiuocatio cum persona Principis Casertæ, similiter in eodem gradu coniuncti, & Balij nouissimi Principis Sulmonis, non attenditur hæc varietas, nec propterea ex testibus diminuitur, cum illa non tangat substantiam, & ius causæ nullitatis donationis secundum Innoc. in cap. fraternitatis de hæret. in princip. Dec. in conf. 163. num. 17. de quo latè Afflict. decis. 229. post num. 3. ibi si vero ius totius causæ consistit.

3 Proinde ex his omnibus condemnandus erit Dux conuentus ad omnia petita, non obstante prætensa donatione Comitissæ nulla, & inualida, ex deductis in tribus supplicationibus, quæ eodē tempore porrectæ non fuerunt, vel ex urbanitate, ut Comitissa sibi conscientia verum profiteretur, vel quia ante ultimam supplicationem fuit disceptatum de Cōmissario causæ, vel demum quia machinationes clādestinæ, & tractatus incogniti fuerunt deducti post habitam notitiam à personis, quibus hæc, & alia deductæ nota fuerunt.

*Facta relatione in Sacro Consilio, donatio facta per Principissam Comitissæ matri fuit declarata nulla, & inualida, & fuit condemnatus Dux Baroës ad solvendum Principissæ quantitatatem debitam pro antephato, que tamen cedere deberet in causam dotis promissæ Principi Rocce Romanae viro.*

## ARGUMENTVM.

Iuramentū fidelitatis, & homagij ligij in præsenti controuersia præstitum intelligi re integra ob Principis dispensationem, nec non illius præstationem necessariam non fuisse, quatenus res integra non esset, egregijs stabilitur considerationibus.

## SUMMARIUM.

1. *Præsens consultatio in duos iuris articulos distincta.*
2. *Reuocatio particularis proprios non egreditur terminos, nec extra vagatur.*  
*Quinimò etiam si sit generalis, restringitur ad causam in actis deducitam.*
3. *Iuramenti non præstiti vitium est purgabile.*  
*Venitio quando non sit prorsus nulla ex Bald. traditione.*  
*Agere non dicitur quis ante lis contestationem, sed velle agere.*  
*Reuocatio vasalli re integræ facta dicitur, si abduc Dominus non sit litem contestatus super reuocatione secundum unam opinionem, & tanto fortius si lis non dum mota fuerit.*  
*Iudicis inhibitio cuius sit virtutis secundum glos.*  
*Heres potest moram purgare circa iuramenti præstationem.*
4. *Casalia cum Ciuitate, cui subduntur, unum constituant corpus, illiusque membra dicuntur.*  
... de eadem Ciuitate esse præsumuntur, ceterum declara, ut infra.  
*Loca adiacentia præsumuntur esse illius Ciuitatis, cuius territorio magis proxima sunt.*

Præsu-

## Conſilium XV.

L 85

- Præsumitur esse de Comitatu quicquid existit intra illius fines, & nullus locus exemptus.**

**Alleganti separationem Casalium à Ciuitate incumbit onus probandi.**

**Castra in territorio Ciuitatis posita secundum illius leges vivere debent.**

**Focularium numeratio coniunctim facta unionem probat, & cum ratione.**

**Huiusmodi focularium descriptioni standum est ob relatam hic rationem.**

**Scriptura fidem facit aduersus producentem.**

**Exceptiones in facto consistentes sunt declaranda.**

**Partis motiva circa Casalium separationem.**

**Ilorum resolutio.**

**Clausula ordinarie, qua in priuilegijs inservuntur, cuius sint natura, & quomodo intelligenda.**

**Iurisdictio qualibet potest per se subsistere, & à Castro separari.**

**Clausula sequens quando non respiciat omnia præcedentia; sed duntaxat qualificet ultimo loco dictum.**

**Casalia alicui Ciuitati subdita si absque Regis separentur, & diuidantur assensu, & ex alia causa redeant ad alienantem, in primæuam causam reuerti dicuntur.**

**Restitutio omnium iurium ex quibus verbis dicatur inducta.**

**Actus alienationem nullam subsequentes pariter nulli sunt.**

**Nequè ius, nequè possessio variatur ex mutatione personarum.**

**Actus, qui de facto processerunt, contrario imperio sunt reuocandi.**

**Feudatorio nequaquam licet immutare formam feudi, & consequenter nec multiplicare feudum indiuiduum in plura feuda.**

**Amissum non dicuntur, quod non est alteri quæsum.**

**Casalenses, seu Vicani nulliter alienati, non efficiuntur vasalli emptoris; sed remanentes proueterant ante**

**alienationem etiam propter interesse Ciuitatis, cui Casale seu Vicus subdebat.**

**Vassallorum ius est indiuiduum attesta fidelitate, quæ indiuisibilis est.**

**Feudum unum, veluti Comitatum, & id genus constituunt plura Castra, quæ tanquam membra à capite regulantur.**

**Emptionis, & venditionis vicem obtinet insolutum datio.**

**Iuramentum præsumtum quando incepit in Regno præstari ab emptoribus.**

**Tria motiva Partis ex aduerso hic cōmemorantur.**

**Quibus occurritur infra nu. 17. cū seq. Prescriptio in feudilibus in hoc Regno est introducta ex præstione seruicij, & temporis cursu, & num. 18.**

**Et præsumitur assensus datus maxime contra priuatum; sed de veritate num. 18.**

**Feudi successor non potest plus iuris consequi, quam Antecessor habebat.**

**Feudum dum reuertitur ad Regem, omni eximitur seruitute.**

**Et cum eadem libertate transfertur in Concessionarium.**

**Partium assertioni non statutum circa assensus impetracionem.**

**Nec Notario attestanti vidisse illius expeditionem.**

**Assensus in Regno debet esse expressus, & non sufficit neq; præsumptus, nequè tacitus.**

**... numentis probetur, dissidium est inter Scribentes.**

**Si quis per 30. si de feud. def. milit. loquens de præscriptione non procedit in hoc Regno ex Vinc. de Ann. sententiæ.**

**Assensus nō præsumitur in Regno, nisi effluxum tantum temporis interualbum, cuius initij memoria non existat in contrarium.**

**Assensus super alienatione concessus stat in forma gratia; sed si ultra alienationem inducitur feudi diuisio, transit in dispensationis speciem.**

**... simpliciter petitus, & concessus-**

- super alienatione non comprehendit  
banc dispensationem.
- 23 Feudi diuisio si indicatur per feudi  
alienationem, qualitas hæc est Re-  
gi exprimenda.
- 24 . . . expostulat etiam particulare  
Principis priuilegium.
- 25 Communitates in præiudicium Ciui-  
tatis, cui subfunt, non possunt se diui-  
dere sine illius licetia secundum Bar.  
traditionem.
- 26 Clausula in feudalium alienatione po-  
sita, cum omnibus iuribus, diricti-  
bus, actionibus, & cæt. eiusdem  
est virtutis cum clausula, cuin iuri-  
bus, & pertinentijs, & quid utraq;  
importet.
- 27 Feudum est homo mutus, & loquitur  
per feudatum.
- 28 Feudum potest reincidere, seu deuolui  
ad Regem bifariam, vel titulo singu-  
lari, vel uniuersali.  
Et unus modus ab altero quam ma-  
xime distat, ut subiicitur hic.  
Rex quando dicatur gerere vicem feudi,  
si poste à aliud non decernat.  
Ex diuisione deuenitur ad destruc-  
tionem.
- 29 Feudum ad Regem deuolutum, & ab  
eodem cōcessum an sit semper nobile,  
& quaternatum, & num primæuam  
retineat naturam.  
Ex distinctione hic relata resoluitur  
questio.  
Feudo deuoluto ad Regem, qualitas  
feudalis tantum extinguitur, cetera  
incorrupta, integraque permanent,  
& cum ratione.
- 30 Exceptio minime denegari poterit ei,  
cui datur actio.
- 31 Assensus nouus requiritur in retrans-  
latione Castrorum, quando cum Su-  
perioris licentia fuerunt legitime di-  
uisa.
- 32 Assensus obligationem continens prä-  
stanti iuramentum, illam admittit in-  
telligentiam quatenus de iure esset  
præstandum, & cum ratione, & nu-  
sequent.
- 33 In concessionibus, & priuilegijs subin-

- telliguntur ea, quæ ins intelligi.  
34 Rex in suis concessionibus ius, non au-  
tem factum attendit.
- 35 Subsequitur sententia S.C.  
Quam insigni decisione iam impressa  
condecorauit eruditissimus vir ille  
D. Marchio Belmontis, qui meritò  
eondignis laudibus, & præconie hic  
effertur.

Pro Principe Casertæ cum  
hæredibus Marcelli  
Florilli.

#### CONSILIVUM XV.

I A V S A vendicationis  
Casalum nuncupatorū  
Tridici, & Falciani, quæ  
vertitur inter hæredes  
Marcelli Florilli, & Prin-  
cipem Casertæ conuentum duos ha-  
bet iuris articulos præcipue exami-  
nandos.

Vnus, an iuramentum fidelitatis, &  
ligij homagij intelligatur præstitum re  
integra, mediante Regia dispensatio-  
ne.

Alter, an in specie, de qua agimus,  
erat necessaria iuramenti præstatio,  
quatenus res integra non fuisset ad  
iuramentum exhibendum.

Et sustinendo partes Principis ex  
infra scriptis liquebit in utroque arti-  
culo debere obtinere, vel ex altero  
iporum debere absolui ab impletis,  
quoniam stante præstacione iura-  
menti, si re integra præstitum fuit, res  
expedita est, vel idem censendum in  
beneficium Principis, si iuramenti  
præstatio non requirebatur.

Ad primum articulum deueniendo,  
ex duobus potissimum fundatur, iura-  
mentum re integra præstitum esse.  
Primò ex revocatione, quæ processit  
ex

**e**x causa particulari, & certa in iudiciū deducta, nemipè ex defectu assensus impetrati super venditione facienda, cū esset vēditio iā facta, & sic reuocatio fuit specialis ob causam prædictā, quod colligitur ex supplicatione, in qua expreſſe asseritur, fuisse venditionem reuocatam non obstante assensu impetrato post contractum prædictū, eundem cōtractum non conualidante, item ex reuocatione, dum in ea dicitur, ex quo non appetit assensus impetratus super dicta venditione facta, & quamuis sit expeditus, non operatur conualidationem venditionis, ideò reuocauit, & sic sunt ferè eadem verba, & conualidatio non oriebatur, quia assensus loquebatur de venditione facienda, proindè reuocatio prædicta vti specialis ad aliā causam non trahitur ad *tex.* *vbi Doc.* in *l. si de certa C. de transactio.* vel dato quòd reuocatio fuerit generalis: quia in supplicatione exprimitur prædicta cœla nullitatis, qmæ clariū deducitur in probationibus, & clarissimè etiā patet ex alia supplicatione, in qua dicitur fuisse reuocatā vēditionē ex causis probatis, & alia causa deducta, & probata nō fuit, illa ergo reuocatio licet generalis restringitur ad cauiā in lite deductā, & ad declarationes particulariter factas in iudicio *l. sub pra-textu specierum,* *vbi Bal. C. de trāf. l. s. fundum ff. de verb. signifi. idē Bald.* in *l. legatorum petitio S. fin. ff. de legat. 2.* & latē *Curt. cons. 51. col. 7.* propterea cūm cesseret defectus dictæ nullitatis declaratæ, non poterit reuocatio quoad aliud caput operari. s. iuramenti non præstiti, & dum deindè præstitum fuit, re integra intelligetur adimpletum. Secundo ex alio cēsendum erit iuramentum præstitum re integra, quoniam ante illius exhibitionem non fuerat lis mota ex causa iuramenti non præstiti, quæ deindè fuit instituta occasione eiusdem iuramenti recepti, & quia prima supplicatione fundata erat in dicta causa parti-

culari declarata, fuit per Sacru Consilium hoc aliud caput iudicatum, caput nouum, & datus fuit nouus terminus super comparitione Principis porrecta aduersus hoc secundum caput, vt patet ex comparitione, & Decreto, ex quo sequitur, quod licet appareat reuocatio modo supra dicto, quia assensus erat iam ab initio expeditus, & vitiū iuramenti erat purgabile per dispēlationem Regiā, & sic vēditio non erat omnino nulla, iuxta doctrinam *Bal. in cap. 1. nu. 2. in fin. quid iuris sit post aliena,* quoisque actor in hoc capite litem contestatus non fuerit, adimplementum intelligetur factum re integra, ex quo ante litem contestatā non dicitur quis agere; sed velle agere, & debet admitti secundum *Iser.* qui notabiliter loquitur de vasallo alienāte, quod poterit reuocare, nisi Dominus antea reuocauerit, immò licet Dominus reuocauerit, nisi litem contestatus fuerit, admittetur reuocatio vasalli, & dicetur facta re integra, in *cap. 1. S. post refutationem in fin. de vasal. qui contra constitut. Lothar.* & in illa causa Marchionis Turris Frācholisi fuit maximè ponderatū, quod nedū fuerat super lite terminus impartitus, sed quod fuerat etiā per Iudicē inhibitū ne amplius iuramentū præstaretur, quod amplius stante inhibitione legitimè præstari non poterat iuxta *tex.* & ibi *glos. s. in l. de pollicitationibus ff. de pollicit.* prout in specie considerauit, & poncerauit *Regens de Ponte* in illa cœla *cons. 63. post nu. 31.* & cūm in casu nostro prædicta cessauerint, iuramentum præstitum ante litem institutam debet censerire integra adimpletum ex Regia dispensatione, & res integra dicitur antequam lis super hoc mota fuerit *Iser.* notabiliter in *d. cap. 1. col. 1. in fin. quid iuris sit,* & hæres potest purgare moram circa præstationem iuramenti ante reuocationem Domini, vel contradictionem, vt docet *Grat. cōf. 49. ex mente Jacob. de Ardiq. o. nu. 21. vol.*

21. vol. 1. & hæc quod ad primum articulum.

Secundus articulus resolutit omnē dubitationē præsentis questionis, cùm ex eo clarissimè apparebit, iuramenti præstationem non fuisse necessariam, & ob id ex causa iuramenti non præstati in casu nostro non resultare nullitatē cōtractus venditionis, nec posse propterea Casalia vēdicari, pro cuius articuli veritate, & explicatione facienda sunt duo capita principalia. Primum Casalia prædicta ab initio vñita fuisse cum Ciuitate Casertæ. Secundum nunquam ab ea fuisse legitimè diuisa, & hodiè possideri per Principem vñita, prout nunquam de iure separata fuerunt.

Quoad vñionem fundandam erit parum elaborandum, & illa præcipue deducitur ex tribus. Primo, quoniam prædicta Casalia sūt Casalia Ciuitatis Casertæ, & sita intus territorium Ciuitatis, & in hoc partes sunt concordes, si igitur sunt Casalia, ex iuris præsumptione non reguntur de per se, immo oportet habere suum caput, cui subdantur, & erunt membra Ciuitatis, cui subiiciuntur, & tanquam vnum corpus cum Ciuitate ad tex. in l. nulli vers. quod si in vico C. de Epis. & Cler. & l. qui ex vico ff. ad municipal. & melior tex. in l. 3. vbi Bal. C. de natur. liber. Bart. in tract. qui sint rebelles in verba Lombardia, & in cons. 189. primo queritur post nu. 1. Alex. cons. 1. col. 8. post num. 32. & melius in cons. 24. post nu. 1. vol. 5. & proinde Casalia de eadem Ciuitate præsumuntur ad sex. in canone Omnes Baflicæ 16. q. 7. & canone Monasteria 18. q. 2. & l. fundi nibil ff. de actio. empt. hinc loca adiacentia præsumuntur illius Ciuitatis, cuius territorio magis adiacent, vt dixit Bal. in cap. cùm olim de præscriptio. quem refert, & sequitur Alex. in additio. ad Bart. in l. s. conuenerit S. si nuda ff. de pignor. at. io. proptereà similiter Bal. in l. insula Italie ff. de iudicij voluit, quod quicquid est intra fines Comi-

tatus, præsumitur esse de Comitatu, & nullus locus præsumitur exceptus, latè Albert. Brun. conf. 34. & Curt. iun. conf. 140. 2. par. est benè verum, quod possunt esse Casalia separata de per se non subiecta Ciuitati; sed onus incubit probandi separationem ei, qui allegat, interim verò præsumptiuè loquedo, Casalia Ciuitati subsunt, & sic concordantur dicta Doctor. in cap. 1. de offic. Archidiac. proptereà præsumitur Casale esse subiectum loco, in cuius territorio est situm; sed potest etiam non esse, si probetur, & ita procedit doctrina Bart. in l. 1. ff. de damn. infect. quemadmodum declarat Soc. in conf. 166. 2. col. vers. 3. cōclusio vol. 2. allegans Paul. de Castro dicentem, quod loca, quæ sunt intra fines, præsumuntur esse Comitis, cuius sunt fines, & Bald. in l. ex hoc iure col. 3. ff. de iust. & iur. dixit, quod Castra sita in territorio Ciuitatis secundum leges Ciuitatis viuere debent, alijque relati per Prafid. de Franch. decis. 316. num. 4. igitur ex hoc tātummodo, quod Casalia sunt, censentur subesse Ciuitati, & membra Ciuitatis, & Partis onus est demonstrare legitimam separationē.

Secundo deducitur hæc vno ex numeratione focularium Ciuitatis prædictæ, & Casalium facta in anno 1489. in qua numeratione Ciuitatis particulariter numeratur focularia Casalium, de quibus agitur, quæ numeratio sic vnitæ facta sub uno nomine Ciuitatis clare demōstrat vñionē prædictā, vt comprobat Alex. in not. cons. 169. nu. 9. cum seq. vol. 5. & latè Iser. in c. 1. 1. col. de Capit. qui cur. vend. & quia extat in libris, & Archivio Regis; indubitat reddit vñionē: Rex enim est, qui describit, & vnitæ in numeratione posuit Casalia cum Ciuitate tāquam de vñico corpore, & sumus in antiquis: proptereà ex his inducitur per se ēta probatio vñionis iuxta tradita per Doct. in cap. cùm causam de probatio. & in l. cùm aliquis C. de sur. deliber. etiam si vnicus esset actus (loquendo tamen de

de actibus ante annum 1521. vt infra declarabitur) quando est actus Regis ita disponentis, & potestatem habentis, vt latè *Felin. in d. cap. cùm causam,* & *Soc. cons. 187. vol. 2.* & quia numerations fiunt cum maxima cause cognitione, & ex certa scientia, sinè dubio tali descriptioni standum est iuxta *tex. in Clement. 1. vbi Doc. de probatio.*

6 Tertiò fundatur vnio prædicta ex eadē scriptura producta per Partē, vēditionis scilicet factē in ann. 1521. per Ducē Andream Matthæum Frācīscō Ferdinando Casalium prædictorum sitorum in territorio Ciuitatis Casertæ segregans expressè, & amouens Casalia prædicta à mensa, & demanic, & annexione dictæ Ciuitatis Casertæ, & totius Comitatus: propterea ex hac scriptura per Partem producta inducit omnino probatio vñionis Casalium ad *tex. in l. Publia §. fin. vbi Bar.* & ceteri ff. depositi, & incumbit onus Parti demonstrare, separationem legitimè processisse, & hæc ultra dicta testium, & probationes factas, ex quibus clarissimè deducitur vnio prædicta, remanet modè, vt respondeatur aliquibus difficultatibus Partis aduersæ circa prædictam vñionem, quæ facile reiiciuntur.

7 Prætendit Pars demonstrare, Principem in hoc non esse audiendum, & amplius Casalia prædicta non fuisse vñita cum Ciuitate Casertæ ex infra scriptis. Primò, nam dato termino super dicta comparitione Principis, per bina decreta fuit prouisum, quod idē Princeps declararet exceptiones in facto consistentes iuxta regulam *tex. in l. age cum Geminiano C. de transact.* alias fuit prouisum, quod non habeatur ratio de exceptionibus proponēdis, quæ aliter propositæ non fuerunt. Secundò dicit, Casalia prædicta non esse vñita cum Ciuitate prædicta, idq; deducit: quoniā hæc Casalia habent territoria, & tenimenta, vt constat ex venditione Casalium facta in anno 1521. in qua Casalia describūtur iux-

ta suos fines, ex quibus necessariò sequitur, quod habent territoria, prout prætendit fuisse cognitum ex visura loci, Patet etiam ex venditione facta per Regiam Curiam Casalium prædictorum in anno 1578. dum vendita fuerunt cùm territorijs, & tenimentis, eiusque territorio, & districtu, in qua venditione comparuerat Comes Casertæ, qui fecit pariter oblationem Casalium cùm territorijs burgensaticis, & feudalibus. Idemq; comprobare videtur ex eo, quod Ciuitas prædicta fuit concessa Annæ Gambacurtæ in anno 1533. cum cognitione primarum casuarum tantum. Et in anno 1557. fuerunt deinde venditæ secundæ cause, Casalia verò prædicta possessa fuerunt etiam cùm cognitione secundarum casuarum vigore emptiōnis factæ in anno 1578. fuerunt similiter numerata separatim in ann. 1561. & Florillus similiter iurisdictionem separatam exercuit. Insuper dicit ex instrumento anni 1521. non induci argumentum pro vñione, siquidem licet asseratur, quod Casalia segregantur à Ciuitate Casertæ, tam quoad solutionem functionum Fiscaliū, quam à quibuscumque alijs annexionibus, subsequitur, quibus forte quomodo cumque vñita essent, & sic non videtur affirmari, Casalia esse vñita cum Ciuitate; sed si fortè vñita apparet, illa segregauit, ob quod prætendit debere Principem ex alio demonstrare vñionem.

8 Sed verè obiectiones prædictæ faciliimè diluuntur, & quod ad præcepta interposita circa declarationem exceptionum in facto consistentium aduertatur, quod in secundo præcepto Procurator Principis obtulit declarare, verū petij terminum ad percunctandum acta, & deinde nec terminus concessus fuit, nec aliud decretum interpositū, vt requirebatur, sed quorsum hæc obiection, si Pars circa vñionem se defendit præsentando scripturas omnes pro se facientes, & insuper pro

pro demonstranda vniōne comparuit Ciuitas Casertæ, & obtinuit terminū mensium duorū, ita quod nullo modo ex hoc capite conqueri potest, & poterat hæc obiectio sine dubio omitti.

Insuper dum Pars aduersa controvertere conatur vniōnem Casalium, ex eo, quod habent territoria, clarissimè decipitur ex multis. Primò, quoniam hucusque non demonstrauit, quæ sint territoria Casalium prædictorum, & si visuram loci attendimus, contrarium demonstratur aperte, vt causæ Cōmissarius referre poterit. Amplius in instrumento venditionis non declarantur territoria Casaliū, nec exprimitur, quod habeant territoria; sed tantum designantur fines, ex quibus potius colligitur, non habere territoria, & fortius assertio Baronis vendentis non sufficit, vt mox infra dicetur, similiter nec potest Pars fundari in instrumento venditionis factæ per Regium Fiscum, & oblationem Comitis, in quibus fit mentio de territorijs, quia hæ sunt clausulæ ordinariae, quæ inseruntur in priuilegijs, & intelliguntur data, si qnæ, vel si qua sunt, & est forma solita priuilegiorū, vt posuit Iser. in Constitutione cū circa iustitiæ transmītes colum. 3. versic. nam feudatario, quod si procederet Partis assumptum, debuisset quoque ostendere tappeta, iardena, montaneas, molendina, & alia more solito in instrumento expressa, verū quia inseruntur ex forma ordinaria, vt supra, proindè Pars ex alio deberet specificè ostendere territoria Casaliū, immò dato, quod Casalia haberet territorium, seu potius districtū, quia sita sunt intra territorium Ciuitatis, remanet adhuc præsumptio iuris, quod subsunt Ciuitati, & vnta sunt cum suo capite, ob quod necessariò debet Pars legitimam separationem ostendere.

Similiter nō obsūt descriptio in cedulaario separata, numeratio foculariū, & exercitiū iurisdictionis post annum 1521, qris nullo modo possunt office-

re, vt in secūdo capite dicemus. Nec obest, quod Ciuitas possidebatur cū cognitione primarum causarum per Annam Gambacurtam, Casalia verò vendita fuerunt cum cognitione secundarum causarum, quoniam nō ex hoc tollitur veritas vniōnis, ab initio enim licet Casalia prædicta possessa fuissent vt Ciuitas cum cognitione primarū causarum; dum verò Prorex vendidit hæc Casalia cum cognitione secundarum causarum, hæc iurisdictione cūseri debet vt diuisa, & quelibet iurisdictione potest de per se sibi sistere, & separari a Castro secundū Bald. in cap. 1. §. e contrario num. 4. de inuest. de re alien. fact. per Capyc. in inuest. in verb. feudorum augmenta, vers. vasallus, & Lanar. cons. 41. num. 13. Igitur erit iurisdictione addita feudo, quæ de per se subsistere posset, quæ non tollit vniōnem Casalium, cū nunquam de legitima separatione constiterit; sed simpliciter Prorex auxit hanc iurisdictionem Casalibus post annum 1521. circa quam iurisdictionem secundarum causarum Pars non posset præcedere, nisi premium, quod iam solutum fuit; sed non ex hoc induci poterit diuisio Casaliū deficiente necessario assensu.

9 Amplius circa contenta in instrumento anni 1521. Pars similiter aperte decipitur, quoniam per instrumentum prædictum exprelè segregantur Casalia à Ciuitate, ipsius mensa, demanio, & annexione, & Comitatu, in quo subsequitur, & tam quod solutionem functionum Fiscalium, quam à quibusunque alijs annexionibus, quibus forte unita essent, & sic illa dictio forte non refertur ad separationē specialiter factā; sed ad alias annexiones, & communiones non expressas, quibus forte essent annexa Casalia prædicta, à quibus opus fuisse eadem Casalia separare, quoniam separatio à Ciuitate, & alijs expressis habet suam specificā determinationem. Ideò dictio prædicta forte ad illa non refertur, vt Bald. posuit in l. 1. nu. 5. C. de legitim. bæred.

*b*pred, sed qualificat tantum ea, quibus proximè adjicatur ex regula l. *talis scriptura*, vbi Bart. ff. de leg. 1. Non est enim dictio prædicta absolute posita; sed in coniunctione aliarum qualitatum vñionis non specificatarum, sed indefinite enunciatarum, proinde nō refertur, nisi ad proxima, circa quæ fortè Casalia fuissent reperta annexa, vt optimè comprobat Alex. in cons. 48. num. 7. circa fin. vol. 1. & quæ posuit Afflct. in fortioribus in decis. 248. in fine.

10 Ex his seqūitur secundum caput propositum, quod dum Casalia prædicta sunt membra Ciuitatis, & vñita cum eius Comitatu, nec appetet separatio aliqua cum Regis assensu, stāte alienatione inualida, remanēt Casalia, prout erant ante alienationem, & reuertuntur in primæam causam, ex regula sex. in l. in tātum cum l. præcedenti ff. de rer. diuis. l. cūm loca ff. de religios. & sumptib. funer. l. si locus, vbi glo. ff. quemadmodum seruit. amitta. & melior sex. in l. si ager ff. quib. mod. usus fruct. amitta. per Alber. in l. quod in littore ff. de acquir. ser. domin. & Iser. in cap. 1. S. & iterum in additio. nu. 32. in fin. de capit. Corrad. & dum in pristinū statum redacta sunt, omnia iura censemunt restituta glo. not. in l. & Attiliensis in verbo restitui ff. de seruit. rustic. prædio. & dicentur potius redire in pristinam causam, quām de nouo venire, nec dicentur nūc Casalia acquireti, immò potius non amitti iuxta notabilia verba Iser. in cap. 1. S. ex quo non seruit Domino post nu. 4. vers. quia utilis redditus forma sue de feud. sine culpa non amittend. nec prosunt Parti actus intermedij numerationis, & iurisdictionis, qui videtur arguere separationem post annum 1521. quoniam dum illegitimè eo tempore processit alienatio, quicquid inde secutum est pariter nullum est, & inualidum ex regula l. non dubium ibi, sed eis quid fuerit subsecutum ex eo, vel ob id C. de legib. idem ergo hūs est, & possessio, licet

personæ mutentur, vt in his terminis posuit Capyc. decis. 1. nu. 6. & 8. in fin. & actus prædicti, si opus esset, reuocarentur quartenus de facto processerunt, vt in simili Doctor. loquuntur, & præcipue Aret. & Ias. in l. postbumo nu. 31. circa fin. C. de bonor. possess. contra tabul. quando enim feudum continet plura membra simul vñita, nō licet feudatario quicquā immutare, vel derogare, quoniam derogaretur titulo feudi, si de uno plura de per se constituerentur, & separata, & multiplicaretur feudū in plura feuda, quod omnimodò prohibitum est: igitur stāte prima alienatione nulla, & inualida ceteri actus non sunt considerabiles, immò dominiū Casalium prædictorū nō potest dici amissum, cūm nunquā alteri fuerit legitimè quæsitum ad sex. not. in l. neq. vñile ff. ex quib. caus. maio.

12 propterea cūm Casalia prædicta ab initio vñita nunquam appareant validè separata à sua Ciuitate, & Comitatu, & hæc sint iam patefacta, iuramenti præstatio non est necessaria, quoniam stante nullitate alienationis anni 1521. illi ciues non sunt effecti vasalli emptoris; sed considerantur prout erant ante alienationē, etiā pro interesse Ciuitatis, vt considerat Alex. in cons. 1. post num. 3. vol. 5. & quia

13 Casalia membra sunt Ciuitatis, non interest, quod ab alio fuerint possessa, seu potius detenta de facto, quoniam ius vasallorum est indiuiduum, habito respectu ad ipsam fidelitatem, quæ indiuisibilis est secundum glo. in l. si usus fructus S. 1. ff. de usufru. per Capyc. 1. in investitura in verbo feudorum dicitur limitatione 2. fol. mihi 1. 62. dum reti-

14 netur Ciuitas, & non cogitur Princeps ostendere iuramentum Ciuitatis, quæ est caput feudi, & hoc ius est indiuiduum, nec opus erit pro membris, quæ nunquam à capite legitimè separata fuerunt, quæ vnum feudum constituunt, licet plura Castra contineantur, & quæ tanquam membra à capite regulantur, sicut latissimè probat

bat multis iuribus, & authoritatibus Loffred. in notabili *conf. 39. num. 32.* & *num. 33. in fin. vers. bis etiam accedat cum seq.* qui videndus est, & *Tiraquel.* patiter de iure primegenio. *quæst. 68. num. 7.* Tantò magis, quia tempore dationis insolutum factæ Ciuitatis *15* prædictæ Annæ Gambacurte per Regiam Curiam, quæ insolutum datio vim emptionis, & venditionis obtinet *l. si prædium C. de euictione.* in Regno ab emptoribus iuramentum non præstabatur, ut posuit *Iser. in cap. si minor in fin. vers. non vrimur, quod emptores, si de feud. defunct. mil.* sed fuit deinde hæc iuramenti præstatio introducta in emptore ab anno 1572. tempore Cardinalis Granuelæ, idcirco cùm verum sit Casalia nunquam separata fuisse à capite Ciuitatis, non est opus querere, an iuramētum sit præstitum, cùm non sit aliquo modo necessarium respectu Casalium præditorum, sicut nec fuisset necessarium, si vñita fuissent iure reintegritonis, ex quo nunquam separata censi debent.

*16* Et quoniam prædicta euitari non possunt, ex aduerso tria alia infrascripta opponuntur. Primò Aduersarius ponderat cōtractum venditionis prædictæ anni 1521. in quo Dux Andreas Matthæus vendidit Casalia prædicta cum assensu impetrato, ideoque vel credendum est intercessisse, vel quia transacti sunt anni 75. à die litis motæ per temporis cursum, & cum præstatione seruitij inducta est præscriptio, & præsumendum est, assensum intercessisse, maximè contra priuatum, iuxta Constitutionem consuetudinem prauam, & per *Iser.* & alios in *cap. si quis per 30. si de feud. defunct. mil.* & dum per contractum prædictum Casalia separantur, si assensus præsumitur, omnia fundamēta Principis corruunt. Secundò dieit, per Regiam Curiam in anno 1533. fuisse datam insolutum Ciuitatem Casertæ Annæ Gambacurte pro tertio pretio, demptis his Casalibus,

licet non dicatur expreſſè, quæ reperiebantur penes Franciscum de Ferdinandō emptorem, si igitur Anna habuit certa, & limitata corpora, & absque iure reintegrandi, non poterit Princeps successor Annæ consequi Casalia prædicta, ex regula *l. in agris ff. de acquir. rer. dom.* & quod Anna non habuerit Casalia prædicta, patet etiam ex articulo facto in anno 1563. per Marchionē Bellantis auum Principis in iudicio lœſionis moto per Fifcum ex cauſa diꝝ dationis insolutū. Ultimò dicit, prædictam vñionem potuisse considerari quoisque Casalia, nō peruererunt ad Regiam Curiam, sed postquam illa deuoluta fuerūt ob mortem supradicti Francisci de Ferdinandō absque successore, sicut penes Regem omnis qualitas sublata erat *l. vii frui ff. si vñus fruc. petat. & l. in re communif. de seruit. urban. prædior.* ita liberè transferunt penes Florillum, qui Casalia emit à Regia Curia in anno 1578. ex regula *l. si quis edes ff. de seruit. rustic. prædior. & l. altius ff. de seruit.* & quæ latius posuit *Andr. in cap. 1. S. huius autem generis in additio. ex quib. casu. feud. amitt.* Et tantò magis, quia Princeps nunc Casalia possidet nō alio titulo, quām emptionis factæ ab ipso Florillo in ann. 1582. cum assensu impetrato, ut iuramētum præstari debuisse, propterea hic cōtractus, & assensus sunt attendendi, ex quibus obligatus erat Princeps iuramentum præstare, & si prætendit reintegritonem Casalium, debebit ordinariè gressus suos dirigere.

*17* At prædictæ oppositiones nedum non officiunt; sed ex ipsarum resolutione magis confirmatur iustitia Principis, quæ defendimus. Et quoad primam si atterndatur contractus anni 1521. à quo tempore Casalia de facto separata fuerunt, nullo modo ex eo sequuntur conclusiones prætentæ ex aduerso, Primò enim licet asseratur in contractu prædicto, assensum fuisse impletatum, non ex hoc inducitur, assensum

**a**sensum intercessisse, quoniā nō statutur assertioni Partiū, aut Notarij circa impetrationem assensus, etiā si Notarius dixerit, in instrumento vidisse assensum expeditum, assensus enim expeditio super feudi alienatione habet certam formam, proindē non est credendum contrahentibus interuenisse. Et quia Baro alienare nō potest, pariter non potest confiteri, assensum esse impetratum, si nō ostendatur, nec aliā confessionem, & assertionem facere poterit in præiudicium Regis, & feudi, vt optimè posuit Frecc. in 2.lib. quest. 25. & sic assertiones contrahentium, & Baronis in nihilo opitulantur; sed debet aliundē demonstrari id, quod allegatur, & quod est fundamentum intentionis allegantis.

**18** Secundò, licet sint decursi anni 75. non ex hoc inducitur præscriptio, & assensus præsumptio, illa enim conclusio, quod inducitur præscriptio per annos 30. cum præstatione seruitij contra priuatum, & contra Fiscum per annos centū iuxta aliam Constitutionem quadragenalē procedit, quando allegatur inuestitura rei feudalis, & probatur possessio per tot annorū curricula cum præstatione seruitij; sed dum agimus de præstatione assensus super alienatione feudi, nunquam inducitur talis præsumptio, quoniam alienatio debet fieri de speciali licentia Regis iuxta Constitutus. Constitutionem diuī memoria, & assensus debet esse expressus, non præsumptus, nec tacitus, & cum certa forma iuxta stylum Regiae Cancellarie, vt ex pluribus latissimè probat idem Frecc. in eod. 2.lib. quest. 28. per tatem, vbi eadē ratione dicit, non posse assensum probari per testes, licet in hoc Andr. contrarium affirmauerit in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Loth. de quo per Afflīct.

**19** decis. 398. vltra quod I. Vinc. de Ann. in repet. c. 1. de vas. decrep. ata. post nu. 451. cum nu. seq. dixit, in Regno non procedere dispositionē d. S. si quis per 30. Est bene verū, quod secns esset in

centenaria præscriptione, quæ habet aliā naturam, vt idem Frecc. ibidem te-  
**20** statur nu. 5. & propterea dixit Afflīct. notabiliter, quod assensus Principis, qui de necessitate requiritur, nunquā præsumitur, nisi spatio tanti tēporis, cuius memoria hominum in cōtrariū non existit in c. 1. in verb. Angarie post nu. 4. quæ sunt regal. & sequitur quoq; Lanar. cōf. 94. n. 15. & si hæc pcedūt in simplici assensu, tantò magis sibi locū vendicabunt, vbi nedum requiritur assensus super alienatione, sed particu-  
laris super diuisione, vt in casu nostro.

Vltra quod iā aparet assensus, quē Pars in iudicio præsentauerat, & quia deindē negauit illum præsentasse, ad præsens conseruatur per Acuariū, & negatio processit, quoniā in assensu prædicto tantummodo fit mentio de alienatione Casaliū, nulla facta men-  
tione, quod ex alienatione sequeba-  
tur diuīsio, & separatio Casalium à Ciuitate.

**21** Etenim, quando petitur assensus simpliciter alienationi, nihil aliud fit, nisi quod tollitur illud ius prohibitiū circa alienationē, & tunc assensus firmat contractū, si validus est, & assen-  
tiendo alienationi, quæ est impedita propter alsēsū, nō fit, nisi quod tolli-  
tur obstatulū, est enim prohibitiū alienare feuduī, & diuidere illud, & si peti-  
tur assensus alienationi, tunc stat in  
formā gratiæ, quando verò petitur diuīsio, tunc transit in speciē dispen-  
**22** sationis. Ideoq; assensus petitus super alienatione non comprehendit hanc dispensationē, vt per Camer. in d.c. Imperialē fol. 44. lit. L. & latē refert, & se-  
quitur D. de Pote in cons. 3. à n. 32. cum  
**23** seq. ad quem me remitto, vbi cō i la-  
tissimè confirmat, quod dum petitur assensus, debet specificè fieri mentio de diuīsione, cū sumus in feudis di-  
gnitatum, vel in quibus viuitur iui-  
Frācorum, quæ diuidi non possunt, vt in specie nostra, quo casu diuīsio fieri  
**24** non potest, nisi causa cognita, & ex  
certa scientia, vt ibi per ipsum nu. 44.

R & cons.

- ¶ cons. 57, pariter n. 44. Proinde respectu diuisionis requiritur particulare Principis priuilegiū, vt melius omniū docuit Iser. in c. i. post n. 4. vers. non tamen diuidenter de feud. Marchia, & eodem ferè tempore Bart. in l. vnic. n. 9. C. de Metropo. Beri. lib. i. vbi dicit, etiā in præjudicium Ciuitatis, cui subfunt, diuisionem locorum fieri non posse.
- 26 Secūda oppositio minimè in aliquo refragatur ex duobus. Primo, quoniam in anno 1533. datur in solutum Ciuitas Casertæ Comitissæ Annæ Gambacurtæ, & adiicitur clausula cū omnibus iuribus, dirictibus, actionibus, rationibus, & proprietatibus ad dictam Ciuitatem, Casalia, & loca de iure, seu de consuetudine quovis modo spectantibus, & pertinentibus, ut legitur, quo tempore Casalia, de quibus agitur, possidebantur à dicto Francisco de Ferdinando, qui nō habebat causam à Rege, propterea virtute dictæ clausulæ potuissent vendicari Casalia prædicta nulliter alienata, tāquam ad Ciuitatem pertinentia, ex his, quæ latissimè posuit D. de Ponte in suo cons. 63. n. 25. cum seq. qui videri potest, ne eius scripta transcribam, & Petr. de Gregorio de cōcess. feud. p. 7. q. 1. nu. 11. Affl. in prælud. Constit. Reg. q. 25. nu. 3. & idem est dicere, cum iuribus, & pertinentijs, vt dicti Doctor. loquuntur, sicut dicere, cum omnibus iuribus, quæ de iure, vel de consuetudine spectant, vt per Iser. in c. i. in verbo traditionibus in fin. num. 5. vers. sed etiam datum esset, quid sit inuestitura.
- 27 Secundò, ex abundanti est aduentū, quod Princeps nunc nō uitetur iure reintegrationis, ita quod vellet Casala lucrari, sicut posset ex prædictis, vel si ius reintegrandi specialiter concessum fuisse, sed dicit Princeps nomine feudi, quod Casalia prædicta sunt ipsius mēbra, quæ reperiebantur de facto nulliter diuisa, quæ hodiè ut vñita nō debent à suo corpore separari, postquam omnino debabant vñiri, & quod non posset facere Baro-

nomine suo, facere posset nomine feudi, quod est homo mutus, & loquitur per feudatariū secūdū glo. notab. in Const. consuetudinē prauam, vers. sed reuocans petit ex persona feudi, de qua Capc. in decis. 1. num. 8. quæ à nemine controuertitur, ideo sufficit Parti, q̄ fuerit solutum pretium Casalium, ad quod tantummodo Princeps reuocādo Casalia nomine feudi fuisse obligat. 28 Ultima oppositio similiter cū distinctione resoluuntur, aut. n. feudū ad Regē deuoluitur iure suo singulāri, & ex lege feudi, veluti per felloniā, siue ex pacto decedente feudatario sine liberis, & tunc Rex nō tenebit feudū illud separatū, si suberat alteri Baronī, vel Terræ, & si Terra, vel Baronia concedatur, transit feudum illud ad concessionariū, vt docet Iser. in c. i. S. ille tamēn. i. 1. in fin. vers. & si in Terra sua, de cōtrouer. inuest. & sic feudum, quod deuoluitur, nō mutat naturā, & qualitatem, quo casu Rex videtur gerere, vicē feudi, nisi aliter ipse dixerit Loffr. in Parap. feud. in tit. ex quib. caus. feud. amit. vers. in hoc casu Andr. pulchre Frecc. in 2. lib. auctoritate 5. n. 5. & seq. aut verò feudū tale prouenit ad Regē alio titulo, veluti vniuersali successio- nis, vel emptionis, aut donationis, & eo casu, quia reputatur Rex alia persona, tenebit feudū separatum, & cum feudo non transibit, sicut eodem loco posuit Iser. & latè D. de Pote in cons. 11. n. 14. cum seq. licet adhuc dici nō pos sit, quod mutetur natura, sed tantum quod non transeat in concessionariū, quia hoc casu Rex est alia persona, in primo casu potest esse alia ratio, quia dum feudum Regi deuoluitur ex iure suo particulari, & ex pacto, & vicē feudi sustinet, nō intēdit feuda, & dignitates diuidere, quoniam ex diuisione deuenitur ad destructionē secundū glo. in c. licet extra de voto, de quo latè Camer. in c. Imperialē \$, præterea Ducatus fol. 98. lit. N. & Bal. in authent. hoc amplius n. 7. C. de fideicom. quando enim feudū Regi hoc modo aperitur, habebit

bit Curia, sicut habebat ille, cui succelsit, nisi Rex declaret, velle aliter habere, idē *And. posuit in Constitu. di-*  
*29 gnum 1. col. vers. sed certe, ubi Affl. n. 11. notabiliter dixit, quod si Rex cō-*  
*cessit bīs vñū feudum, quod erat sub Baronia, quē sibi obuenierat per rebellionē, vel ex cadētā, in personā illi⁹ cōcessionarij Regij nō dicetur feudū nobile, & quaternatū: qā quāuis ha-*  
*beatur à Rege, dicitur haberi à Re-*  
*ge, prout à Barone, & per rebellionē illius inuestiti debet applicari Baronis, & non Regi, & quod ita fuit determinatū, & sic ipsius natura non mu-*  
*tatur, & particularijs dixit Isern. quē allegat Loffred. loco proximē citato lo-*  
*quēs, quādo moritur vasallus sine hē-*  
*rede, quod Rex, ad quem redit feu-*  
*dum, dicitur habere causam ab illo, à quo reuertitur in c. si vasallus de feu-*  
*do suo num. 2. & in vers. & tunc is, ad quem, & eodem num. 2. in fine vers. &*  
*ideò habet causam si de feud. defunct.*  
*milit. & sic non interest, quod penēs Regem res peruenērit ob lineā fini-*  
*tam, proindē si Rex, cui feudum ob-*  
*uenierit, illud concesserit, intelligitur concessisse secundūm propriā naturā ipsius feudi *Affl. in Const. post mortē à n. 7. & propriē n. 9. & in decis. 282. post nu. 9.* erit ergo feudū Regi de uolutum prout erat penēs Baronē, cuius feudi vicē gerit tanquam organum, ideoq; si pars Baroniae deuoluatur ad Regē, non sit de alio corpore, nec corpus separatū cōstituitur, sed feudalis qua-*  
*litas tātum deest ex incompatibilitate subiecti; quia ipsi Regi seruire non potest; cetera verò omnia ex integro permanent, & sub eadem regula erit feudum, seu Baronia penēs Regem, qua erat penēs Baronē, vt ex mēte *Frecc. loco citato latē posuit D. de Ponte in not. conf. 57. nu. 37. cum seq.* in qua causa recuperationis Terrę Guagnani ita fuit iudicatū, ubi videndus est, igitur non refert, quod Casalia fuerint penēs Regem: quoniam adhuc retinēnt propriam eorum naturam, ac si*

semper ab eodem Barone defuncto possessa fuissent ex prædictis.

30 Nec oberit modo, quod Princeps Casalia possidet ex hoc particulari titulo emptionis cum assensu, & obligatione adiecta circa iuramenti præstationem, quoniam sufficit Principi possidere Casalia, quæ verè semper vñita fuerunt, & quæ nullo modo separari possunt, & dū agere potuisset, vt vñirentur cum capite Ciuitatis, hodiē in hoc iudicio ordinario relaxationis excipiendo, ex eisdem iuribus potest repellere agentē, ex regula *tex. in l. Papinianus S. si filius ff. de inoff. se- stam.* quæ iura fuerunt iam deducta, & cōpilatus est processus super hoc in specie, Partibus auditis omnib⁹, & non contradicentibus, etenim quādo

31 semel Casalia fuissent legitimē diuisa cū assensu Superioris, tunc concessio Baroniae non præjudicat alteri concessionario Partis, & in retrāslatione requireretur nouus assensus, vt refert *Pr. de Franch. ex mentē And. & aliorū decis. 48. nu. 4. & seq.* sed quia minūs legitimē fuerunt distracta, dominū illorum nō fuit alteri translatum, tanquā inualidum sit, quod factum est lege prohibente, vt supra fundatū est, & proindē dum Casalia reuersa sunt in pristinam causam, & vñita cum feudo Ciuitatis, ad quod pertinebant, nō est opus attendere formam assensus, & excipiendo sine dubio hæc allegare poterit, quæ agendo in iudicio merito deduceret, & si demum assensus

32 attendatur, quamvis adsit obligatio iuramenti præstandi ( licet Princeps citra assensum habeat intentionē fundatam ) tamen obligatio prædicta intelligetur iniuncta, si de iure præstari

33 debebat: quoniam in cōcessionibus, & priuilegijs illa intelligitur, quæ ius intelligit secundūm *Andr. in d. c. 1. S. buius autem generis col. 3. ex quibus caus. feud. amitt.* & in c. 1. in fin. de controuer. inuest. Paris de reintegr. c. 290. sequitur quotidiana nu. 4. fol. mihi 280. & latē *Minad.* videndus in repet. Con-

*stitut. in aliquibus, in tex. n. 20, fol. 43.*  
**34** immò Rex in suis concessionibus, & priuilegijs respicit ad ius, non ad factum, vt fundat latè *Lanar.* in *conf. 41.* post *nu. 4.* cum seq. & *conf. 76.* à num. 5. cùmquè ex iuris dispositione ex conclusionibus supradictis non erat obligatus Princeps ad præstationem iuramenti, & ex causa vñionis legitimè possider Casalia prædicta cum Civitate, omninò erit absoluendus ab impetitis.

**35** *Dic. 8. Junij iunctis Consiliarijs duorum Aularum fuit lata sententia, per quam Princeps fuit absolutus, in banca de Ferrarijs.*

Cuius de cisionem magno cū apparatu nouissimè cōpilauit Doctiss. Carolus de Tapia meus Dñs, tunc Reg. Consiliarius oculatissimus, & vnus ex votantibus; deindè in Supremo Italæ Consilio munere functus, nunc Reg. Collat. Cōf. Decanus meritiissimus, & Marchio Belmontis, qui oībus munijs absolutis, nūc maximè doctrinæ, prudētia, ac omni virtutū genere p̄fulget,

#### ARGUMENTVM.

Feudi natura primæua à principio erectionis assumpta an per assensū à Catholica Maiestate impetratum, vt in eo succedant filij masculi, fœminis etiam in anteriori gradu existentibus exclusis iuxta supplicantis testamentum, quod aliter non exhibetur, ita, & taliter immutata dicatur, vt sit effectum feendum ex pacto, & prouidentia absque qualitate hæreditaria, & num afficiat vltimi morientis credores. In vtroque articulo satis controuerso D.

Author strenuè cōfutatis motius Partis ex aduerso negatiwas substinuit partes, quas solutis calamis habenis magnō legum præsidio, ac parationum cumulo muniuit, & obuallauit,

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Facti series enunciatur cum duobus iuris articulis.*
- 2 *Feudum, quādo est restitutiō subiectum, non potest alienari in prædicium successoris, ea ratione, quia unus non habet ab alio:*
  - ... videtur datum ex tunc à principe cōcessionis sequētib. successoribus.
  - ... defertur ex legis prouidentia, & Principis munificencia, & sic non successionis iure.
  - Successor in feudo etiam ex pacto gradum capit ab ultimo moriente.*
- 3 *Affensus descriptio.*
  - regulatur à contractu, illiusque naturam assumit.
  - non est contractus.
  - præstitus censetur secundūm qualitatem, & ius contractus, per quem facta est feudi alienatio.
- 4 *Affensus verba enunciatiua, siue assertiva non probant venditionem; sed excipe casum, vt hic, & nu. 6.*
  - debet esse contractui conformis, alias redditur nullus.
- 5 *Referenti quando sit adhibenda fides, licet aliter non constet de relato. Principis scriptura qua gaudeat prærogatiua, quæ cessat in illa Notarij, & nu. 7. ubi ponitur etiā ampliatio. Verbis etiā enunciatiuis fides adhibetur, si versemur in Regijs priuilegijs. Antiquitatis prærogatiua. Verba enunciatiua in diuersis contractibus adiecta quādo coniungantur. Questoris subscriptio cuius sit virtutis.*
  - Clausula ex certa scientia, & motu proprio*
- 7

- proprio, cuius sit valoris.  
Principis priuilegium, quod de per se  
subsistit non parum ab assensu di-  
stinguitur.*
8. *Verba enunciatiua regulariter non  
probant, nec dispositionem inducunt.  
Fallit in antiquis, sed quæ antiquitas  
requiratur num. 9. & seqq. ubi pa-  
riter plures sublimitationes.  
Scriptura amissio quomodo probetur  
per testes.*
10. *Instrumenta confecta contra formam  
prescriptam à Constitutione instru-  
mentorum robur, nullam habent  
firmitatem, & dicuntur cartulae.  
Verba enunciatiua non probant, quæ-  
do contingit principaliter dubitari  
de enunciatio.  
Vel si enunciatiū de iure forte nō teneret.  
Vel non esset plenè expressum.  
Verborum geminatio operatur quoad  
expressa, non autem omissa.*
11. *Extensio non fit in casibus, qui non de-  
pendent ex sola disponentis voluntate.  
Quo euētu enunciatiua verba nil ope-  
rantur, & cum ratione..  
Non sufficit, Testatorem quid velle, nisi  
illud disponat secundūm Soc.*
12. *Verba enunciatiua requisita ad vali-  
ditatem, & substantiam actus, qui  
geritur, utique probant.  
Sed declara, ut num. seq.  
Ratificans non alienat.  
Assensus super ratificatione facienda  
præstitus non comprehendit vendi-  
tionem faciendam.  
Extensio quando permitta.  
Sequela necessaria dicitur eadem res  
secundūm Camer.  
Relatio intelligitur cum omnibus qua-  
litatibus suis.  
Assensus iste est restrictus ad testa-  
mentum, idcirco secundūm illud re-  
gulari debet.  
Relatio specifica non valet, nisi constet  
de relato.*
13. *Assensus corruit data voluntatum  
repugnantia.  
Nec substitetur in una ex voluntatis  
individuo.*
14. *Feudorum successio secundūm Consti-  
tutionem, vt de successionibus de-  
ferebatur usque ad tertium gradum  
inclusuē.  
Quæ postmodum ex gratijs particula-  
ribus ampliata fuit usque ad quar-  
tum gradum, habentem tamen qua-  
litates hic descriptas.  
Assensus præcedens non extendit ex  
gratia superuenienti, & cum ratione.  
nec ex maiestate rationis secun-  
dūm Camer.  
est stricti iuri secundūm And.  
Maxime in non expressis.  
non trahitur ad incogitata.  
Dispensatio respuit extensiones.  
Assensus quando possit iuuari iure  
superuenienti.  
nō extēditur de persona ad personā.  
Extensio, quæ fit de gradu ad gradum,  
est magis exorbitans, quam ea, quæ  
fit de persona ad personam.  
Assensus generaliter præstitus in obli-  
gatione bonorum, etiam futura tan-  
quam connexa complectitur.*
15. *Motuum Partis.*
16. *Illi resolutio.  
Reg. vulg. quod non mutatur quare  
stare prohibetur.  
Regis interest assensum non extendi  
propter faciliorē caducitatis euētu.*
17. *Fœminæ sī excludantur per aliquos,  
mortuis excludentibus utique ad-  
mittentur.  
Idque procedit, siue dispositio exclu-  
sua ortum ducat ex contractu, siue  
ex ultima voluntate.  
censentur in hoc Regno temporaliter  
exclusæ.  
Quod recipit ampliationē, de qua hic.  
Testator non videtur alienas successio-  
nes proprijs anteponere.*
18. *Successor in feudo hereditario debet es-  
se hæres ultimi defuncti.  
Et factum illius ratum habere tenetur.*
19. *Feudi natura unde, & quando des-  
matur.  
Quid sit.  
Feuda omnia in Regno presumuntur  
hereditaria.*

- Quam traditionem amplia.*  
*Infeudationis forma communis secundum And. in hoc Regno est pro se, & heredibus.*
- D. Reg. Tap. relectio quædam uti eruditissima commendatur.*  
*Feudum ex pacto nō est idem in utroque Siciliæ Regno secundum Frecc.*
- 20** *Feudi natura nunquam mutata, seu alterata presumitur.*  
*Nouata res in uno, in reliquis remanet immutata.*  
*Ius primeum inconcussum remanet in eo, in quo expressè non est facta mutatio.*  
*Feudum hereditarium deberi nobis ex pacto, & prouidentia, & simul esse hereditarium absque hæsitatione admittit Camerarius.*
- 21** *Filiū si cum qualitate mascul. nominentur, adhuc uti hæredes censentur vocati secundum glos. communiter receptam.*  
*Præsertim si rei natura id expostulet, & infra circa fin. num.*  
*Fit obiectio.*  
*Sed refellitur.*  
*Feudum est ex pacto, & prouidentia, si concessio fiat pro se, & filiis, etiam non expresso nomine filiorum, secundum And.*  
*Quam Feudiæ decisionem declarat, & distingue, ut hic.*  
*Feudi natura à prima infeudatione assumpta semper in eadem, quævis in subsequentibus concessionibus non exprimatur.*  
*Verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam.*  
*Feudi natura si ab initio erectionis sic fuit assumpta, ut non transeat, nisi ad filios uti hæredes, ex stipulatione postea superueniente pro se, & filiis, adhuc eadem manet, & filiū uti hæredes intelliguntur vocati.*
- 22** *Feudum semper cum qualitate hereditaria pertransit, quando in dispositione ponitur verbum illud, hæredibus.*  
*Quo euentu successor debet esse hæres ultimi morientis.*
- Feudum hereditarium constituitur, quolibet verbo expresso denotante hæredem secundum Camer.*  
*Nec officit hoc casu, si filiū, vel masculi tatum exprimantur, & cum ratione.*  
*Nā qualitas hereditaria nō mutatur.*
- 23** *Motium Partis ex aduerso.*  
*Feudum unum, & idem potest dici hereditarium respectu habito ad diuersas personas.*
- 24** *Eiusè multiplex resolutio.*  
*Verbum succedere denotat qualitatē hereditariam.*  
  - nec non successionem ab intestato.
  - pertinet etiam ad utrumq; feudum.

*Vna, eademq; res non debet diuerso iure censeri.*  
*Verba executiua licet non disponant, declarant tamen verba dubia posita in dispositione.*  
*Contractus diuersa cōtinens capitula, in uniuersum qualificatus intelligitur ex una qualitate.*  
*Disponēs videtur habere respectum ad ordinē ipsius rei, & eius successionem.*

**25** *Interesse multum remotum, & inuersimile non habetur in consideratione.*  
*Testator censetur habere maiorem affectionem erga proximiores, quam remotores.*  
  - præsumitur suā voluntatē habere conformem cum statuti dispositione.
  - Feudum, de quo agitur, attenta legē municipali cuius Regni est hereditarium.

**26** *Obseruantia subsequens declarat dubitatem præcedentis dispositionis.*

Pro Don Lutio Palagano.

#### C O N S I L I V M XVI.



X facti serie constat, petitionem Lutij Palagani duos continere articulos decidendos. Primū, an Terra Sæclii Viti subiecta sit fideicommissio in beneficium actoris

actoris in casu mortis Don Lutij Palagani possessoris, absque filijs masculis. Secundum, quatenus aliquod vinculum extaret, an Terra praedita libera sit à venditionibus, & obligationibus factis per Don Lutium possessorem, eiusq; prædecessores diuersis creditoribus in iudicio vocatis.

Actor ad fundandum vtrunque articulum produxit assensum expeditum per Regem Catholicum sub die 17. Februarij 1507. super approbatione testamenti conditi per Goffredum Palaganum proauum ad supplicationem filiorum, & heredum eiusdem Goffredi, & Dianorę Casam maximæ yxoris, ac super approbatione ipsorum heredum tacita, siue expressa facta, aut facienda, quo mediante Rex Catholicus assentit, vt Terrę predictę successio deferatur masculis de domo Palagana, cum onere dotandi foeminas, quę supererunt ex Lutio Palagano, tunc primogenito Goffredi testatoris, quodq; in futurū quoad alios successores foeminę nullo vñquam tempore succedant; sed tantum masculi de domo Palagana, vt latius ex testamento, ita tamē quod successio nō extendatur, nisi ad gradus comprehensos in Constitutionibus, & Capitulis Regni, & non ultra, & quoniam testamentum Goffredi predicti adhuc productum nō est, actor presentavit tres scripturas approbationum factarum diuersis temporibus per heredes testamenti predicti, & omnium in eo contentorum relatiwas, etiam ad assensum expeditum sub die predicto.

Ex quibus concludit, ex assensu & approbationibus predictis constare de vinculatione predicta, & proinde Terram predictam esse subiectā restitutioni in casu mortis D. Lutij, absque filijs, quę libera peruenire debet ad ipsum actore in casu predicto, cū illam cōsequatur nō vti h̄eres vltimi morientis; sed ex donatione Goffredi primi acquirentis, qui taliter voluit, vt post mortē primogeniti ad alios masculos

deueniret, & sic vt restitutiō subiectat in beneficium eius, qui sequens est in gradu, in cuius præjudicium non valet alienatio facta adueniente conditione, sicut latè posuit Iser. in cap. 1. §. hoc quoque post num. 9. vers. hac deferruntur de success. feud. & quia vñus nō habet causam ab alio; sed omnes à concedente, hic actor agnatus videtur habere ex tunc à principio cōcessiōnis, vt idē Iser. docuit in c. 1. §. quid ergo post nu. 2. de inuest. de re alien. fact. & sic non iure successionis, sed beneficio eius, qui dedit, & legis prouidentia ex regula l. cū patronus ff. de legat. 2. & l. si arrogatur §. sed an impuberi ff. de adoptio. idē Iser. in c. 1. §. donare nu. 6. circa fin. & post n. 8. qualiter olim feud. poter. alien. & in cap. 1. §. & filius fratriis num. 5. circa fin. vers. item licet videatur Imperat. Lothar. & in cap. 1. post nu. 1. vers. hoc est regulare de eo, qui sibi, & hered. suis, quamvis gradus capiatur ab ultimo moriente iuxta decis. Iser. in dicto §. & filius fratriis col. 4. circa princ. vers. eo nō existente, col. 4. & in c. 1. in fin. de nat. succ. feud. Camer. in c. an agnatus quāst. 2. post nu. 42. fol. mihi 413. cūquę Lutius actor vt frater patruelis Don Lutij possessoris sit in quarto gradu, est successibilis in feudo predicto, attenta gratia deinde concessa, per quam successio feudorum in collateralī extensa fuit usque ad quartum gradum.

Pro Dō Lutio conuento, & possesse infra scripta considerantur ad excludendum actorem à qualibet prætensione.

3 Primò, actorem repellendum esse illa ratione tantummodo, quia testamentū Goffredi non est productum, quod de necessitate exhiberi debet, absensus enim non est dispositio de per se subsistens; sed nihil aliud facit, nisi quod remouet obstaculum, quo vasallus impeditur de feudo disponere, iuxta tex. in l. si pater §. fin. ff. de manum. vind. per Bald. in l. si vt proponeis C. de seruo pign. dat. manu. mis. Iser. in c.

*in c. Imperiale col. 5. vers. dicunt quidam de prohib. feud. alien. per Feder. & est ratio, quia non est Dominus, qui transfert feudum, sed vasallus, & Dominus tollit impedimentum. Proinde assensum regulari à contractu dixit Iser. in cap. 1. qui succ. teneant. num. 7. latè Camer. in cap. Imperialē lit. G. fol. 44. Bald. in cap. 1. num. 2. quid iuris sit, Frecc. in lib. 2. sui operis quæst. 2. num. 14. Anna allegatione 67. num. 4. ita quidem, vt assensus assumat naturam actus, super quo interponitur, & potius assensus reguletur à contractu, quam contractus ab assensu, vt idem Camer. posuit in eod. cap. Imperialē lit. F. fol. 52. & Frecc. lib. 2. quæst. 10. nu. 6. Ideoque assensum non esse contractum dicit Anna in repetitione Constit. Constitutionem diuæ memoriae num. 65. & quia est tāquam qualitas, censetur præstitus secundūm qualitatem eius contractus, & sui subiecti, per quem facta est alienatio iuxta tex. in l. s. pupillorum S. si pupillus ff. de rebus eorum, Paris de reintegrat. feud. cap. 236. incip. & circa iam dicta nu. 2. fol. mihi 236. D. de Franch. decis. 153. num. 23. ideoque quamvis in assensu fiat mentio venditionis enunciatiuē, vel assertiuē, etiam quod dicatur, quod fuerit præsentatū instrumentum, assensus non probat venditionem, & contractum, nisi ostendatur, & confirmatio non probabit confirmatum, nisi Princeps totum tenorem in assensu apposuerit, vt latè docuit idem Paris in eod. tracta. cap. 232. incip. reperitur vēdita res feudal is fol. mihi 233. immò nedum requiritur, quod ostendatur contractus; sed quod assensus sit contractui conformis, alias redderetur nullus, vt Frecc. posuit eod. lib. 2. quæst. 34. num. 4. & seq. Anna allegatione 45. num. 11. & D. de Franch. decis. 48. & sic sola igitur assertio non sufficit ex prædictis.*

*Ex aduerso pretenditur, regulariter esse exhibendū contractum, seū testamentū enunciatum; at quando sumus*

in Rege, qui nedū narrat, fulisse cōfēctū testamentū, ad quod deinde fecit simplicem relationē, sed exprimit omnia substantialia istius substitutionis, seū fideicommissi, quo casu dum omnia substantialia referuntur, vel ea, ex quibus substantialia colligi possunt, idem est, ac si totus tenor esset insertus secundūm Bald. in l. 1. in fin. C. de Episc. & Cler. cūm ex expressis apparat certitudo dispositi, posuit idem Bald. in cap. 1. §. fin. qualiter olim feud. poter. alien. & in alijs locis allegatis per Felin. in cap. inter dilectos num. 17. de fid. instrum. hinc Dec. in authentica se quis in aliquo num. 41. C. de edend. ex intentione Ant. de Alex. ibidē dicit, quod si in scriptura Partis fiat mentio de alia scriptura, ad quam se referat, non est facienda exhibitio originalis, quicquid sit in Notario, allegando glos. in canon. s. Romanorum in verb. desunt 19. distinct. & standum est verbis enunciatiis Regis in suis priuilegijs, vt latè Crauet. ds antiquit. tempor. 1. par. in sect. incip. Propositum nostrum nu. 3. cum seq. Ant. Gabriel. cōm. conclus. lib. 1. an tit. de probatio. conclus. 2. Maf card. de probatio. conclus. 1233. præcipue quando sumus in factis satis antiquis Crauet. eod. loco sect. ir. cip. non omitto circa premissa nu. 25. & Maf card. ubi supra nu. 118. præcipue dum concurrunt alijs enunciations in alijs contractibus, de quibus infra, cū omnia vniri possunt, tradit Soc. in conf. 89. n. 9. & 15. vol. 1. Dec. son. 146. Curs. sen. conf. 77. num. 20. cum seqq. & Paris. conf. 104. nu. 102. & 103. vol. 1.

*7 Sed prædicta nullatenus obstant, & quod attinet ad priuilegium assensus, Rex non testatur vidisse, & legisse testamentum, in quo contineretur tale capitulum prætensi fideicommissi, quo casu procedere posset doctrina Ant. de Alex. vñā cum Dec. & alijs, prout loquitur etiam Bald. in additio. ad Specula. de instrum. editio. eod. 9. vers. an valeat confirmatio, namque licet si Notariūs faciat mentionem de alio instru-*

instrumento, dicens, per me viso, & lecto, non statur dicto ipsius, nisi illud originale producatur, ut contra Specul. in d. sis. S. restat notat Paul. de Castro, Alex. Alber. Ias. in d. autentica si quis in aliquo num. 7. & Dec. nu. 38. Purpur. Curt. iun. Seyf. & cæteri Scribentes, etiam si referat se ad instrumentum per ipsum confessum Surd. latè in conf. 419. à num. 21. vol. 3. limitatur tam in Rege, si Rex attestatur, illud instrumentum vidisse, & legisse, & coram ipso fuisse præsentatum, præcipue quando id attestatur cum subscriptione Quæstoris, iuxta notata per Ifern. in cap. sancimus lo 2. in princip. nu. 3. quo temp. miles, Capyc. decif. 166. num. 7. idem Andr. in cap. 1. de controvers. feud. apud Par. termin. in ultimis verbis, vbi additio Liparul. lit. C. alios allegat, Vrfill. ad Afflct. decif. 14. nu. 2. In casu verò nostro prædicta non concidunt: quia Princeps non attestatur vidisse, neque legisse testamentum, nec fuisse præsentatum, & hec attestatio deberet procedere de certa scientia, & motu proprio Alex. cōf. 122. nu. 24. & seq. & conf. 123. num. 18. vol. 4. vbi Addentes, & in conf. 1. num. 35. vol. 5. Surd. in d. conf. 419. num. 2. & 3. & à num. 21. ad nu. 25. vol. 3. vel demum prætenso aduersarij procedere posset in priuilegio Principis, quod de per se subsistit, dicit D. de Frā chis decif. 357. num. 4. non autem in assensu, qui interponitur ad postulationem Partis super testamēto, quod omnino producendum est.

**3** Insuper auctor allegat, testamētu coligi posse ex scripturis approbationū factarum per filios Goffredi testatoris, in quibus nedum approbatur testamentum, & omnia contenta in eo; sed enunciatur testamentum, in quo nonnulla aderant legata de bonis feudalibus, quæ egebant assensu iam expedito sub dicto die 17. Februarij 1507. & sic insurgit hæc alia conclusio, an ex approbationibus prædictis, & verbis enunciatiis inducatur pro-

batio testamenti, de quo in assensu, & prima facie hoc videtur affirmādum, quoniam licet verba enunciatiua nō probent, nec dispositionē inducunt c. si Papa de priuile. in 6. clem. 1. deprobat. per Bar. in l. ex hac scriptura ff. de donatio. tamē cùm simus in antiquis, elapsō tempore ferè annorum centū verba enunciatiua plenè probant, vt per Bald. in l. emancipatione C. de fid. instrum. Salycet. Ias. & cæteri in l. cùm aliquis C. de iure deliber. & in l. ex his verbis C. de testam. milit. Dec. conf. 36. num. 7. & Io: Baptista Vincemalē inter consilia feudalia diuers. conf. 1. num. 37. D. de Franch. decif. 357. maximè quando plura adlunt instrumenta, sicut in casu nostro, vt ibi per ipsum num. 3.

**9** Sed aduertatur, quoniam hoc obiectū facillimè resoluitur, regula enim prædicta de verbis enunciatiis primò procedit, si excesserit tempus cētum annorum, aliàs secus secundū communem opinionem, de qua per Ias. & Alex. in d. l. cùm aliquis, Afflct. in Constitut. Constitutionem diuæ memorie post num. 70. D. de Franch. d. decif. 357. num. 5. auctoritate multorum, quos refert, quod non potest applicari in casu nostro. Secundò regula procederet, quādo non posset haberi copia Notarij, & protocolli testamenti cōfecti iuxta ea, quæ Doct. tradunt in authentica si quis in aliquo C. de edēdo, & in l. sciendum ff. de verb. obligatio. at in casu nostro patet contrarium, quoniā in scriptura ex aduerso producta confecta in anno 1519. referunt Notarius, qui testamentum confecit, patria, dies, mēsis, & annus, prindē vel Pars producere debebat copiā autēticā ex illius protocollo, vel probare debebat illi⁹ amissionē aliquo casu per testes, qui insuper deponerēt de tenore testamēti, & quod erat sine vitio secundū gloss. in c. cùm olim. vbi notatur de priuileg. habetur in l. sequit iniquum C. de fid. instrum. Alex. videndus in conf. 196. num. 9. vol. 2. & conf.

*consil. seq. numer. 1. Bald. in conf. 351.*  
*num. 4. vol. 1. & post num. 10. & num.*  
*14. & consil. seq. à nu. 1. Dec. latè in-*  
*conf. 215. num. 1.*

10. Testio, ex istis scripturis approbationum (quæ adhuc cartulæ sunt nullam fidem facientes iuxta *Constitut. instrumentorum robur*) non colligitur aliud, nisi approbatio testamenti, & hoc principaliter agitur in scripturis prædictis, in quibus testamentum enunciatur, non ad probandum quale sit hoc testamentum, & qualitatem succedendi in feudis; sed tantummodo ad approbandum, & acceptandum testamentum factum, & sic verba illa sunt emissa propter aliud, & dum non enunciatur successio in feudis in beneficium masculorum, frustra querimus, an verba enunciatiua probent id, quod non est enunciatum, & quāuis fuissent emissa propter se, & continerent aliquid circa feudorum successionem, adhuc illa verba enunciatiua nō probant, si postea de enunciato principaliter contingit dubitari, ut in casu nostro enunciatur, n. testamentū, & nunc dubitatur de testamento; idēo non sufficiunt verba illa iuxta communem conclusionem, de qua per *Anto. de Butr. in cap. illud in 4. not. de presumpt. vbi Innoc. Abb. & Felin. idem Butr. in cap. fi. de success. ab intest. Felin. in cap. per tuas colu. 3. & ibi Dec. col. 4. de prob. Alexand. latissimè conf. 21. num. 4. & 136. num. 11. lib. 1. Dec. conf. 348. colu. fin. Aretin. conf. 13. latè Capc. decis. 71. num. 2. Crav. conf. 29. num. 3. & Paris. qui cumulat in conf. 94. num. 19. vol. j. & quia plerunque enunciatur id, quod de facto est, quod forte de iure non tenet, proinde talis enunciatio non nocet, vt declarat *Io. Baptista Vincemale in d. conf. 1. num. 164.**

Quartò, vt omnis dubitatio tollatur, aduertatur, quod in scripturis prædictis non inseritur, nec enunciatur hoc capitulum de successione feudorum in casu mortis feudata-

rij sine masculis, sed tantummodo ratificant fratres testamentum, & contenta in eo, & modos succedendi in casu mortis sine filijs masculis, sed de feudi successione non loquuntur; immò in scriptura secunda anni 1519. inseruntur alia capitula testamēti, & hoc omittitur, quo casu quamvis essemus in antiquis ultra centum annos, quia principaliter non enunciatur tenor huius capituli testamēti, & verba enunciatiua de per se non stant, neq; exprimunt, quod sit tale testamentum circa successionem feudorum, nullo modo poterit induci probatio aliqua, vt declarat *Affl. licet in alia materia in decis. 83. num. 1. & seq. qui videatur, & quia deficiunt verba enunciatiua circa identitatem testamēti. Nec geminatio verborum prædictorum, & plura instrumenta officere possunt, quoniam ultra quod non attenduntur plura instrumenta, quando ab eisdem personis sunt confecta, vt posuit D. de Franch. d. decis. 357. num. 3. ex mente Aretin. tamen etiam si alia plura similia adducentur, non probarent, quia capitulū testamēti, aut modum succedendi in feudalibus non continerent, & verba geminata operantur quoad expressa, non quoad omissa.* Paris. in conf. 74. nu. 7. vol. 3.

11. Ultimò aduetatur, quod quando sumus in casibus, qui non possunt induci ex sola voluntate disponētis, vt in casu nostro propter assensum, qui requiritur, tunc extensio fieri non potest, nec aliqua probatio inducitur ex verbis enunciatiuis, qm̄ non est in potestate enunciantium tantum inducere hanc dispositionem, propterea enunciatiua verba non sufficiunt, *Lanar.* cōprobat ex mente Areti. & Bald. in conf. 60. nu. 86. Et ratio est clarissima, quia in re, quæ expresse à lege prohibetur, vt in specie nostra, non admittitur si mplex voluntatis argumentum, & cōiectura, sed expressio requiritur, ita ex pluribus in materia feudali, & prohibi-

prohibita probat Soc. iun. in cons. 72. num. 58. vol. I. vbi citat Scribentes in l. quidam cùm filium ff. de hæred. instit. 72 Nec obstat, si dicatur, quòd licet in scripturis prædictis non enuncietur tenor capituli successionis feudorum, enunciatur tamen assensus expeditus sub die 17. Februarij 1507. ob quod referentes se ad assensum, videtur fratres similiter enunciare, illud esse testamentum, de quo in assensu, in aximè cùm in assensu referatur substantialia testamenti iuxta tradita per Ias. in d. l. ex his verbis in 7. limit. C. de testam. milit. per Capc. decis. 86. num. 2.

Nam hoc assumptum cōtinet manifestam fallaciam ex pluribus, præmittendo prius, quòd in casu nostro assensus conceditur super approbatione, & ratificatione testamenti facta, vel facienda per hæredes, & non super noua dispositione hæredum, & proinde etiam si hæredes de novo vinculassent feudum, hic assensus non sufficit, quoniam, qui ratificat, nō disponit, & ideo assensus præstitus super ratificatione facienda non comprehendit venditionem faciendam, vt per Affili. decis. 285. col. fin. num. 19. vers. item ille, D. de Franch. decis. 105. num. 6. Insuper nos non tractamus, an testamentum sit approbatum, quia hoc constat ex scripturis; sed dubitatur, quòd sit testamentum, & qualitas ipsius circa successionem feudorum, & cùm hoc non appareat ex scripturis, velle illud inducere ex assensu, cuius dies tantummodo inferitur in approbatione, non ad finem designandi tenorem testamenti, non esset aliud, nisi affirmare, quòd sufficiat assertio posita in assensu, absque quòd testamentum producatur, quod non sufficit, & si id procederet, & ex hoc resultaret, testamentum non continere aliud, quā expressa in assensu, non deferuiret exhibitio testamenti, quod est falsum, & faciliter Rex deciperetur, & euitari posset difformitas, quæ reddit assensum nullum, & invalidum, vt est

dictum superiùs, assensus enim non extenditur, nisi super sequela necessaria ad expressum, vel in eo, quod in expresso continetur, quod non est in casu nostro, quoniam testamentum, quòd sit id, de quo tractatur, non est sequela necessaria ad approbationē, in qua non inseritur, & tunc non alia res; sed eadem potius dicetur, vt per Camer. in d. c. Imperialem lit. I. fol. 50. quòd non existente testamēto, quod neque exprimitur in approbationibus, & quòd assensus, qui præstatur super approbatione, operetur circa testamentum non expressum, de quo agitur; sed subintelleximus, & coniecuratum ex approbationibus esset extendere assentum ex verisimili mēte, quod fieri non permittitur, vt Lanar, docuit in d. cons. 60. num. 121. Et propriè in fin. cū nu. seq. Ultimò hæredes non se retulerunt ad assensum, pro designando tenorem testamenti, sed tantummodo diem, & annum assensus impetrati expresserunt: immò in tertia scriptura anni 1520. dum hæredes ad inuicem referuant ius succedendi, subdunt, iuxta formam testamenti: Cui propterea se retulerunt, & relatio intelligitur cum omnibus qualitatibus suis, vt per Barg. in l. I. §. cùm in plures ff. si famili. furt. secif. dicat. & Alex. cons. 141. num. 1. lib. 2. & dato quòd se retulissent ad assensum prædictum, in eo adest tantummodo assertio hæredum, & prudentissimus Rex nihil aliud agit, nisi narrare assertiōnem hæredum, sed voluit ipse Rex se referre ad testamento, ibi prout latius ex testamento, quod tacitè, siue expressè fratres prædicti approbauerunt, proinde Rex restringit assensum suum, & dispositionem ad illud, quod in testamento relato continetur, & intelligitur restrictiū ad testamento, secundū quod regulari debebit iuxta rex. in l. in testamento la I. ff. de conditio. & demonstratio. & in l. 2. ff. de hæred. instit. Alex. cons.

46. num. 9. lib. 1. & Dec. conf. 63. num. 6.  
idcirco omnino testamentum exhibendum erat, prout requiritur ad tollendam differentiam, & disformitatem inter referentem, & relatum, & quia assensus se refert ad testamentum, cuius tenor non reperitur, postquam non est insertus totus tenor in assensu, sicut fundatum est, & comprobatur latè Alex. videndus in conf. 55. num. 6. secundi summarij Barbatiae vol. 4.

Vlterius notandum est, quod si attenduntur acceptationes ex illis, assensus praestitus ex alio nullus redderetur, siquidem in eadem scriptura anni 1519. & 1520. fit mentio de institutione omnium ipsorum fratrum facta per dictum Goffredum, eos inuicem substituendo, taliter, quod unus alteri moreretur, iuxta formam testamenti, de qua substitutione adiuicem verbum aliquod non legitur in assensu, nec constat de illius qualitate, cum testamentum non exhibetur, & clarum est, testatorem sine hac substitutione reciproca non fuisse aliter dispositum, nec presumendum est, voluisse grauare tantummodo primogenitum magis dilectum, & in diminutione feudi, propterea quavis testamentu huius tenoris ostenderetur, adhuc esset nullius roboris, & efficacia ex defectu voluntatis, & disformitatis, de qua supra diximus, cum enim actus dependeat à voluntate duorum, feudarij scilicet disponentis, & Regis assentientis, & alter tendat ad unum respectu successionis restrictæ ad masculos quodad feuda tantum, & hic est assensus Regis, alter vero scilicet testator aliud respiciat, nempè ad substitutionem reciprocam, sine qua eo modo non disponuisse, quæ substitutione reciproca tangebat etiam feudum respectu portionum pretij feudi competentium cœteris fratribus iuxta dispositionem testatoris, ideo corruit actus ex colluctatione voluntatum iuxta regulam tex. in l. non codicillum C. de testament. & in alia facie serie posuit

Camer. in eodem cap. Imperiale lit. R. fol. 56. nec substatuerit in uno ex individuo voluntatis ad sex. in l. Padius ff. de recept. arbitr. cap. 1. S. projecto de lege Corra. per Bar. in l. Greca S. illud ff. de fidei usor.

14 Demū repellendus est actor ultra predicta, etiā si testamentū appareret, ex clausula posita in assensu, scilicet, quod successio feudi predicti non extendatur, nisi ad gradus comprehensos in Constitutionibus, & Capitulis Regni, eo enim tempore tantummodo vigebat ius Constitutionis, ut de Successionibus deferentis successionem feudorum usque ad tertium gradum, qua Constitutione attenta Lutius actor frater patruelis existens in quarto gradu remanet notoriè exclusus, nec dicatur, successionem deinde fuisse ampliatam usque ad quartum gradum ad fratres patruelis masculos proueniētes per lineā masculinā à primo domino, & stipite feudi ex gratia Cesareæ Maiestatis in anno 1536. & inuictissimi Regis Philippi Secundi in anno 1557. siquidem non propterea assensus, qui admittebat successores masculos, exclusis foeminis, dummodo existeret in tertio gradu, extendi poterit usque ad quartum gradum ex gratia superuenienti, etenim clarum est, assensum esse stricti iuris Iser. posuit in d.S. donare qual. olim feud. poter. aliena. & in Constitutione Regni, si vasallus, Frecc. latè in 2. lib. q. 20. nu. 8. nec ex maiestate rationis extenditur, vt per Camer. in eod.c. Imperiale lit. R. fol. 60. maximè in non expressis, vt idem posuit in lit. G. fol. 62. & lit. H. & I. fol. 63. & quia excludit foeminas in casibus permisiss videatur dispensare cōtra feudorum naturam per viam priuilegij, & propterea, quia sumus in disp̄atione, nulla debet fieri extēsio, latè pbat Lazar. qui refert quā plures in d.conf. 60. nu. 12. 3. & seq. nequè trahitur assensus ad incogitata per regulam l. cum Aquiliana ff. de transactio Iser. in cap. Imperiale col. 4.

col. 4. & Frecc. in eodem lib. 2. quast. 4. num. 5. proindè quia Rex expresse concessit assensum quodad eos , qui comprehenduntur in gradibus contentis in Constitutionibus , & sic in tertio gradu , non potest extendi assensus ad quartum gradum , de quo non loquitur , & cùm assensus exprimat casum specialem respectu illorum , qui sunt in tertio gradu , ius superueniens non prodest , licet secus esset , si simpliciter fuisset præstitus per ea , quæ posuit idem Camer. in eodem cap. Imperialem lit. P. fol. 56. immò si verum est , quod assensus non extenditur de persona ad personam , vt est notissimum , arctior est extensio , quæ fit de gradu ad gradum , quā de persona ad personā , vt p. Doct. & præsertim Aret. & Ias. in l. Gallus S. & quid si tāsum ff. de liber. & posthum. & cumulat Tiraq. in l. s. vñquā in verbo libertis n. 26. cum duobus seq. C. de reuoc. donatio. futura etenim tunc cōprehenduntur in assensu , licet nō exprimantur , quādo illa tempore assensus venire possunt ex prouidentia legis , & Rex assentiens eo tempore scit , vel scire præsumitur venire futura , sicut dicimus in assensu generaliter præstito in obligatione bonorū , in quo licet non fiat mentio futurorū , illa tamē cōprehēdūtur ex iuris ministerio , & assensus tunc operatur tanquā in connexis , vt latè explicat Frecc. in eod. lib. 2. q. 3. n. 5. quod diuersum est à specie , quā agimus , cū tēpore præstiti assensus prorogatio ista nedū aliquo iure nō poterat excogitari ; sed neque imaginari , quod succedere potuisse , ideoq; assensus ad illam extendi non poterit .

15 Nec oberit si dicatur , ex hoc assūpto resultare absurdum , scilicet quod in feudis , de quibus agimus hodiè nō daretur successio usque ad quartum gradum , prout in ceteris totius Regni , si gratia prorogationis non prædederet , Quoniam resolutio facilis est , Aliud est enim dissere , an restrictio successionis in beneficium masculorum extendatur ultra gradus ex-

pressos in assensu , ita quod illi excluderent foeminas in potiori gradu existentes , quæ aliàs vigore Constitutionum Regni succederent , vt est casus noster , de quo loquimur , & in hoc nullo modo fundari potest extensio ad quartum gradum non expressum , nec cogitatum ad exclusionem foeminarum in proximiori gradu existentium ex prædictis ; Aliud autem est , an cessantibus masculis in tertio gradu , quorum fauore fuit facta restrictio , non perpetuò , sed tēporaliter , & qualificatè ; retineatur feudū cum sua primā natura , quæ nunquam mutata fuit , & iuxta Regni consuetudinem ; & hoc sine dubio procedit , cū cessante restrictione ob deficiētiam personarū vocatarum resideat feudū in persona feudatarij , prout in ceteris alijs Regni feudatarijs , in quo viget prorogatio facta per legē generale , sicut in ceteris feudis , vt fratres patruelis , licet in quarto gradu existentes admittantur , nisi adsint fēminæ in proximiori gradu existentes , cùm in hoc nihil reperiatur immutatum ad tex. in l. præcipitamus C. de appellatio.

Iure namq; optimo dici potest , q; restrictio ad gratiam extēdi nequeat . Primò ratione Regis assentientis , cuius interest dispositionem potius fieri in vnū , quām in duos propter duriorē spēm caducitatis , vt Iser. notat in d. cap. Imperialem in 6. col. ex quo possit reperiri foemina succedens absq; liberis anterior masculo cum liberis 17 existente in quarto gradu .

Secundò ob interesse foeminarum in tertio gradu existentiū , quæ dicere possunt ex illo tantummodo assensu fuisse exclusas , cùm aliàs deficiētibus masculis in tertio gradu sine dubio admitterentur , nec propterea essent perpetuò exclusæ , & licet hic articulus habeat maximam controvēsiam , & Doctor. examinationē , nihilominus breuissimè , & cōclusuè procedēdo , nō admittit dubitationē ex eo , quod testator voluit foeminis præferri masculos remotiores , nō autem foeminas

nas perpetuò excludere, quæ iuxta Regni Constitutiones, quando non sunt cū masculis in pari gradu, sed proximiōri, succederent, & ideò deficiētibus his, propter quos siebat exclusio, tanquam impedimento remoto admittuntur fœminæ, ita particula-  
riter *Iser.* in cap. 1. §. & si filius fratri in pen. col. post num. 6. Imperat. *Lothar.* etenim traditur verissima regula, q̄ quando personæ sunt inclusæ simpli-  
citer, prout sunt inclusæ fœminæ in successione feudorum, ex natura feu-  
di in Regno, & postea est facta limi-  
tatio in beneficium aliquarum perso-  
narum, eatenus fœminæ sunt exclusæ,  
quatenus adiunt personæ excluden-  
tes *Bald.* not. ex quo sumitur hæc re-  
gula in *I.* sed & *milites ff.* de excusatio-  
nator. quæ vera est tam in statuto, quā in ultima voluntate, & in contractu  
*Dec. in conf. 378. num. 3.* & *conf. 383.*  
& proindè dicebat *Bald.* quod nun-  
quam filia censetur exclusa per con-  
tractū, quādo filij nō adessēt; sed solus  
Fiscus in *conf. 437.* quædam puella post  
num. 2. vol. 1. *Dec. conf. 568.* & latissimè  
in *conf. 370.* & pariter *Marian. Soc. in*  
*conf. 104. num. 11. vol. 2.* quod quando  
fœmina excluditur per existentiam  
masculorum, vel aliarum personarum,  
his deficiētibus, non succedit eis, sed  
venit vti vocata post eos, & particu-  
lariū, quod in Regno fœmina cen-  
seatur temporaliter exclusa ea ratio-  
ne, quia est habilitata ad feudum vi-  
gore Constitutionum, donec masculi-  
lus superest, posuit *Cumias Siculus in*  
*c. si aliquē in verbo masculus in fin. fol.*  
*mihi 244.* & hoc procedit etiā si ades-  
sent verba exclusis sēper fœminis, quia  
debet intelligi ciuiliter, & congruis  
temporibus, vt not. *Ias.* post alios in  
*I. 1. ff. sol. matr. & Doctor. in I. si quis id,*  
*quod ff. de iurisd. omn. Iud. per Felin.*  
*in procem. Decretalium in verbo Rex*  
*pacificus, & si intentio testatoris, &*  
*verba attenduntur, sicut attendi de-  
bent, res est expedita, quoniam voca-  
vit masculos, dotatis filiabus fœmi-*

nis de paragio, ideò ex hoc voluit il-  
las esse temporaliter exclusas, seruata  
forma Constitutionum Regni, quod  
non esset, si perpetuò priuarentur, ex  
quo si Fiscus successisset, non terere-  
tur filias fœminas dotare de paragio,  
nec est verisimile, q̄ voluisse excludere  
fœminas à se descendentes, &  
Fiscum vocare ad *tex. l. cū acutissimi*  
*C. de fideicommiss.* vbi optimè *Bald.* &  
*Dec. conf. 555. num. 6.* & seq. & quia  
sumus in dispositione hominis, & pér  
Regni Constitutionem fœminæ sunt  
habilitatē, exclusio perpetua cōside-  
rari non potest, & intelligitur corre-  
ctus *tex. in cap. 1. §. quin etiam. Episc.*  
*vel Abbat.* vt ibi *Afflīct.* post *Bald.*  
& ex his remanet expeditus primus  
articulus in beneficium Don Lutij  
possessoris, ex quo tam ipse, quā  
creditores vocati sunt absoluendi.

18 Secundus articulus particularis  
quod ad creditores, & vēditiones factas  
per Don Lutium modicam, aut nullam  
potest habere controversiam, &  
ultra superiū dicta, quæ vñunque  
articulum amplectuntur, sigillatim  
tamen infrascripta afferre vñsum fuit,  
ex quibus omnia clariora redduntur,  
etiam si testamentum irreprehensi-  
bile exhibitum esset, & in effectu ab  
vnica questione dependet hic secun-  
dus articulus propositus, nempe vt  
videamus, an feuda prædicta intelli-  
gantur hæreditaria, etiam stante re-  
strictione in beneficium masculorum,  
vel potiū sine qualitate hæreditaria  
censeantur feuda ex pacto, & prouid-  
entia pro masculis. Si enim non de-  
sierunt esse feuda hæreditaria, sine  
dubio, qui succederet, non posset ve-  
nire, nisi vt hæres in feudis prædictis  
secundūm *And. in cap. 1. num. 20. an*  
*agnat. in cap. 1. in fin. quis success. tenean.*  
& in d. S. quid ergo in fi. ver. sunt enim  
feuda quædam hæreditaria de inuest. de-  
re aliena fact. tenebitur habere ra-  
tum factum defuncti, nec reuoca-  
bit alienationes factas, ex regula  
*I. cū à matre C. de rei vendicat.* quia  
tenetur

teneretur esse hæres vltimi , & defuncti alienatoris dicit idem Iser. in cap. 1. 1. col. vers. secus si de alienat. feud. pater. & alijs in locis sepiùs dixit latè Camer. in d. cap. an agnatus à nu. 40. & propriè num. 42. in fin. Frecc. lib. 3. sui operis de differ. feud. ex pacto , & prouid. & hæred. diff. 10. & 17. & Minad. in conf. 10. quest. 3. numer. 20. cum sequent. & pro veritate infrascripta adducuntur.

19. Primò est præmittendum , quòd feudum accipit naturam ex prima concessione à Rege facta , & sic quando feudum generatur , seu in esse deducitur , & ideò dicebat Bald. in cap. ceterum pen. col. de Iudic. quòd est naturalis ratio formæ , & origini suæ eohærens , & in præludijs feud. in 4. diuisione dicit , quòd est qualitas innata à principio generationis , ex qua virtus contractus séper in esse producitur , & ita sequitur Bal. ibi Præpos. & alij , & melius , quòd natura feodorum est originalis status non alteratus per aliquod pactum accidentale , dixit idem Bald. in cap. quæ in Ecclesiistarum in 5. colum. de constitutio. modò attendendo inuestituræ cuius tenor inspicitur , vt Bald. dixit in conf. 207. secundo volum. per sex. in cap. 1. de duob. fratr. per Iser. in cap. 1. per quos fiat inuestitura , & Dec. conf. 193. & communem formam in Regno , feuda prædicta ab initio generationis , & erectionis assumpserunt naturam feodi hæreditarij , prot. similiter omnia feuda in Regno hæreditaria præsumuntur , dixit Napolan. in Consuetudine Et si testator in glas. in verbo disponere , Affiliatus decis. 140. Capyc. in inuestitura , in verbo feudorum genera , in vers. hæreditarium , quod procedit etiam si non probatur , qualiter fuerit concessum , quia intelligitur , sicut ius intelligit pro se , & hæredibus , vt Iser. docuit in cap. 1. §. huius autem generis num. 11. ex quibus caus. feendum amitt. Pern. Siculus in conf. 17. in

vers. Secunda notabilia num. 2. & 3. & licet nonnulli Doctor. contrariam tenuerint opinionem , in Regno autem sine dubio feuda hæreditaria præsumuntur , cùm communis forma sit pro se , & hæredibus secundum Andream in d. cap. 1. §. & si libellum nu. 9. de alien. feud. pater. Frecc. lib. 3. sui operis in 1. forma inuestitura num. 14. Minadous in d. conf. 10. num. 7. & latissimè omnia commemorans peritissimus Regens Carolus Ta-pia in eius ornatissimo Commentario ad l. fi. ff. de constitut. Princip. par. 1. cap. 3. nu. 25. & propriè num. 26. etiam quòd primogenitus succedat , inspecto iure Francorum , licet se-20 cus sit in Regno Siciliæ ultra farum , posuit Frecc. in 2. lib. quest. 1. in materia assensus in fin. Quibus stantibus sequitur aliud , quòd translatio feu-di de persona ad personam etiā cum Regis assensu intelligitur facta secundum propriam feudi naturam , & eius alteratio non præsumitur , nisi probetur , vt dixit Bald. in cap. 1. in 1. col. numer. 2. de capitul. Corrad. notatur per Lucam de Penna in l. 1. in 3. col. in vers. item quia C. de imponend. lu-crat. de scriptio. lib. 10. quem allegat Loffred. in conf. 11. ante num. 26. nunquam enim præsumitur mutatio pri-mæx naturæ , etiā quòd fiat actus cō-trarius , nisi consulto , & specificè hoc fiat , vt voluerunt Dec. in conf. 185. num. 3. in fine vers. non obstat , & in conf. 193. num. 4. Campeg. inter con-silia Alber. Bruni 11. 2. colum. numer. 1. Curt. in tract. feudor. in 2. par. 7. questione fol. mihi 178. & Loffred. in dicto conf. 11. num. 35. ubi optimè posuit , quòd facta nouatione in uno casu , in alio , qui nouatus non est , pri-stinum ius seruratur , & melius ; quòd in eo , in quo expreßè non est facta mutatio , quòd remanet firmum ius primeuum , vt ibi per ipsum num. 28. & post numer. 31. cum sequent. per Andr. in capit. 1. §. nulla in fine per quos fiat inuestit. in cap. 1. §. huius au-

tem generis in additione num. 5. vers.  
quilibet imponit legem ex quib. caus.  
feud. amitt. & in cap. 1. in princip. post  
num. 2. de capit. Corrad. Camer. in  
cap. Imperiale fol. 35. in 2. & 3. col.  
lum. Arct. cons. 14. cum igitur feudum  
erat hereditarium ex natura  
quaesita in sui generatione, quamvis  
postea sit facta restrictio successionis  
ad masculos, non propterea mutauit  
suam primuam naturam hereditariam,  
& effectum est feudum ex pacto,  
& prouidentia; etenim Rex nihil  
aliud egit, quam restringere successionem  
ad masculos; sed non mutauit  
naturam feudi hereditarij, & sic stant  
simil, quod feudum hereditarium  
deferatur certis personis ex pacto,  
& prouidentia, & sit pariter feudum  
hereditarium, ut per Camer. in cap.  
præterea Ducatus liter. H. & I. folio  
96,

¶ Secundò aduertatur, quod in as-  
sensu non dicitur, ut feudum intel-  
ligatur concessum pro se, & filiis  
masculis, quo casu procedere pos-  
sept doctrinæ in contrarium allegatæ;  
sed tantummodò restatorem voluisse,  
quod post obitum primogeniti,  
absq: masculis succederet secundogeni-  
tus, & eodem modo in ceteris des-  
tendentibus, & sic vocando mas-  
culos noluit alterare naturam feudi  
hereditarij, & quamvis expressè fuis-  
set supplicatum pro filiis masculis, ad-  
huc censentur vocati ut heredes se-  
cundum glos. communiter approba-  
tam in l. si tibi decem in S. si pacificus in  
verbo proderit in vers. sed quid si dubi-  
ges ff. de pact. quam sequitur ibi Bart.  
Bal. Ang. Paul. de Castro. Jacobi. & Ias.  
idem Bart. & alij in l. quod dicitur ff. de  
verb. obligat. nec dicatur, hanc opinio-  
nem non procedere in re non transi-  
toria ad heredes extraneos, ut in  
feudis, & propterea concessio feudo  
pro se, & filiis etiam non nominatis  
proprio nomine feudum erit ex pacto,  
& prouidentia, non hereditarium,  
ut voluit Iser. reiecta opinione

Modernorum in dicto cap. 1. de success;  
feud. & in cap. 1. an agnatus, quo-  
niā aliud est, quando à Rege conce-  
ditur, & feudum in esse deducitur, &  
tunc verum est, quod si non est facta  
mentio de heredibus, ex concessione  
pro se, & filiis creetur feudum ex pa-  
cto, & prouidentia, & ita intelligun-  
tur ex aduerso allegata, sed quando  
feudum est iam in esse deductum, &  
acepit suam naturam feudi heredi-  
tarij, etiam quod deinde concedatur,  
quod succedant filii, & descenden-  
tes masculi ad supplicationem feuda-  
tarij volētis restringere successionem  
ad masculos, non propterea natura  
feudi mutatur; nā id, quod naturaliter  
assūpsit, inestab initio acquisitionis,  
ut dictū est supra, & venit etiam si nō  
exprimatur iuxta doctrinam Iser. in  
allegato cap. 1. colum. 4. post num. 8.  
qui success. tenean. & in capit. 1. S. sed  
nec alia iustior post num. 38. in fine  
vers. nec est contra, quæ sit prima cau-  
sa benef. amitt. & tunc vocando filios,  
vocat eos secundum naturam rei,  
quod filii sint heredes per regulam  
l. si stipulatus ff. de usuris, quia ver-  
ba in dubio intelliguntur secundum  
subiectam materiam, ex regula l. si  
uno ff. de locat. siquidem postquam  
feudum effectum est hereditarium, &  
de sui natura non transit, nisi ad fi-  
lios ut heredes, tunc etiam si deinde  
fit stipulatio pro se, & filiis, filii intelli-  
guntur vocati ut heredes, ita nota-  
biliter Paul. de Castro in dicta l. si ti-  
bi decem in S. si quis pacificatur in final.  
colum. post num. 8. post Bart. in alleg.  
l. quod dicitur num. 5. in fin. quem  
sequitur ibi Ias. num. 24. per sex. in l.  
auis ff. de pact. dotal.

2 Tertiò potest etiam sumi declara-  
tio ex verbis, & ex conjecturata men-  
te donantis, & Regis assentientis, ex  
quib' res est clarissima, testator enim,  
ut in assensu refertur post factam in-  
stitutionem filiorum, & herendum vo-  
luit, ut post obitum Lutij primogeni-  
ti absque masculis succederet secus-  
dogeni-

dogenitus, & decedentibus omnibus liberis sine masculis prædictum Castale hæreditas set propinquior de domo Palagana, ex quibus verbis colligitur aperte noluisse vocare masculos, nisi ut hæredes, attento illo verbo *hæreditasset*, etenim semper quod in dispositione ponitur illa vox *hæreditibus*, dicetur feudum transire cum qualitate hæreditaria, & succedens debet esse hæres ultimi morientis *Iser.* in d. S. hoc quoque de *success. feud. in d.* S. quid ergo de inuest. de re alien. fact. in cap. 1. an agnatus, & alijs in locis superius allegatis, & quodlibet verbum denotans hæredem facit feudum hæreditarium, dixit *Camer.* in d. c. Imperiale lit. H. fol. 96. etiam si vocarentur filij, vel masculi tantum, quoniam qualitas hæreditaria non mutatur *Curt.* iun. conf. 3. nu. 2. cum seq. Paris. in conf. 23. vol. 1. Cumia latè vindendus in prelud. num. 288. Capyc. in inuest. in verbo *feudorum clausula vers.* Et filijs fol. 95. & in verbo *fe. dorum genera vers. hæreditarium conclus.* 1. col. 2. post medium fol. 234. Thomas de Marinis cumulans omnes Doctor. & loca *Iser.* in tit. de *feud. ex pact.* & prouid. lib. 1. post num. 25. vers. postquam vidimus fol. mihi 5. & Regens Franciscus Antonius Villanus in eius responso impresso cum libro *Cannetij* num. mihi 25. Nec obstat si ex aduerso dicatur, 23 testatorem adiecisse verbum prædictum, dum post mortem liberorum vocavit propinquiores de familia, quando vero vocavit alios futuros successores, illos vocavit per verbum *succedant*, quasi quod voluerit propterea illos habere feudum non vi hæredes, & sic, quod vnum, & idem feendum possit dici hæreditarium, & respectu diuersarum personarum dicitur ex pacto, & prouidentia, vt *Camer.* posuit in d. c. an agnatus quest. 3. 24 num. 144. fol. mihi 413. siquidem hoc obiectum faciliter resoluitur ex infra scriptis. Primò quoniam secundum assertionem positam in assensu, mo-

rientibus omnibus filijs sine masculis vocavit propinquorem per verbum *hæreditasset*, & sic dum respexit ad alios de familia voluit illos vocare ut hæredes. Secundò, quamvis deinde alios vocasset per verbum *succedant*, non ex hoc sequitur, voluisse facere feudum ex pacto, quod non expressit, & ex præcedētibus verbis, quoad qualitatem prædictam declarantur subsequentia l. si seruus plurium S. fin. ff. de legat. 1. cum vulga. immò per verbum *succedat* dicitur quis succedere cum qualitate hæreditaria, quia illud verbum denotat successionem ab intestato, probat *Canner.* in repet. cap. si aliquem in verbo colligitur num. 3. fol. mihi 289. & fol. 291. eod. num. 3. cum seq. & quamvis *successionis* verbum sit aptum comprehendere titulum hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia, ut posuit *Minad.* in *Constitut.* in aliquibus in Rubrica nu. 44. nihilominus quando sumus in una, eademque dispositione, non debet res diuerso iure censeri l. cum, qui aedes ff. de usucatio. prout videtur sentire *Camer.* in d. cap. an agnatus nu. prædicto, l. qui uno ff. loca. l. qui lancem ff. de aur. & arg. lega. *Iser.* in cap. 1. 2. conclus. vers. si au tem Princeps de vasall. decrep. etat. Et *Curt.* iun. qui loquitur propriè in qualitate hæreditaria expressa in uno loco dispositionis, quod intelligatur in alia in d. conf. 3. post num. 4. per totum, & quia sumus in una dispositione, quamvis plura capitula inserta fuissent, ex una qualitate intelligitur totus contractus qualificatus *Bald.* notab. dixit in l. procurator, qui pro euic. in finalibus verbis ff. de procurat. mens enim testatoris colligitur ex illo verbo positio in dispositione *hæreditasset*. Et fortius quamvis fuisset positum in executiuis, & verba executiua non disponuntur, limitatur ad colligendā mētem, ut posuit idem *Curt.* iun. in d. conf. 3. 2. col. ante nu. 4. nec propterca, quia. vocavit alios per verbum *succedant*, mutata est natura feudi hæreditarij,

S 3 quia

quia ultra praedicta disponens videtur conformare suam voluntatem secundum ordinem ipsius rei, & eius successionem Alex. in d. l. Gallus §. quidam recte in ultima col. ff. de liber. & posthum. Imol. in l. fin. ff. de cond. & demonstratio. & Alex. conf. 127. 1. vol. & conf. 55. prospectis ijs 2. colum. volum. 4.

25 Tertiò, non est præsumendum, nec est verisimile, quod in una, & eadem dispositione voluissent testator, & Rex assentiens, ut ad proximiores deferretur feudum vti hæreditarium, & ad remotiores, quos non nouerant, nec imaginari poterant, vti ex pacto, & prouidentia arg. tex. in l. penul. ff. ad exhiben. & alia iura quæ affert Pern. Siculus in conf. 7. col. 7. vers. verum per illa verba, & clarum est, testatorem potius voluisse, ut ad proximiores, quam ad remotiores feudum vti ex pacto deueniret, cum ad proximiores censeatur habere maiorem affectionem, ut tradit Paris. conf. 40. num. 27. vol. 2. allegans Bald. & Floria. in l. cum ita §. in fideicommisso ff. de legat. 2. & propterea cum proximiores vocauerit vti hæredes, fortius idem censendū est in alijs remotioribus. Insuper si attenditur mens, & verba Regis assentientis, iam clarum est, quod in sensu vocat successores comprehensos in Constitutionibus, & Capitulis Regni, ut est expressum, & si id nondixisset, præsumendum est se voluisse conformem reddere cum dispositio ne statuti, ut Bart. declarat in l. ut ius iuradi §. si liberi ff. de oper. liberto. Imol. latè in d. l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. & latissimè Regens Villanus in. d. responso num. 18. cum igitur etiam ex dispositione Regis Constitutiones Regni attenduntur, non est dubium, quod propterea feudum defertur vti hæreditarium iuxta Constitutiones, & Capitula Regni, ut not. glos. & Iser. in Constitutione, ut de successo nibus col. 4. vers. prædicta vero forma, & clare disponitur in c. considerantes,

& ita omnes sine distinctione intelle xerunt, ut dictum est supra.

26 Deniq; attendendo etiam approbationes hæredum, postquam de testamento non constat, ijdemmet hæredes in actibus sequentibus declarauerunt liberam esse facultatem tunc primogeniti possessoris feudi de alienando, & obligando feudum, prout libuerit, reseruantes tantummodo successiones simpliciter vi gore testamenti, ob quod qualitas dispositionis declaratur etiam ex dictis actibus sequentibus l. si ventri §. 1. vbi glo. & Angel. ff. de priuileg. cred. cap. officij vbi glo. de electio. Bart. in l. idē si filius fam. §. proinde ff. de ad Ma cedo. Corn. conf. 301. vol. 1. ex quibus omnibus certè reor, religiosissimos Iudices pro Don Lutio, & creditoribus sententiam dicuros.

*Sententia lata in presenti causa describitur in fine sequentis allegationis, & quoniam testamentum deinde fuit exhibitum, non fuerunt discussa allegata in principio circa tenorem testamenti eo tempore non producti.*

#### ARGUMENTVM.

Non est opus argumento, cum sit eadem materia cum præcedenti; cœtera patent ex summarij.

#### SYMMARIVM.

I Feudi successio secundum Constitutiones, & Capitula Regni tertium non egrediebatur gradum. . . fuit deinde ampliata, & proroga ta per gratias particulares huic Regno indultas. Partis motuum.

Affensus

- 1 *Affensus an ad futura extendatur,* 7 *et num. seq.*
- 2 *Motu resolutio.*  
*Gratia, vel Statutum an præterita complectatur.*
- 3 *Intellect. clem. super Cathedram de sepult.*  
*Constitutio noua executionem respiciens, nanquam porrigitur ad actuum præteriorum executionem, præter quam quod si verbis præteriti temporis utatur secundum Soc. & num. sequent.*  
*Verba illa, che da ora inanzi, cuius sint effectus.*
- 4 *Item pro eiusdem articuli resolutione, notab. assertur distinctio, qua infra facti contingentia prius usus est Menoch.*
- 5 *Pro cuius confirmatione ultra Hond. cōf. 14. lib. 2. adducitur decīl. Collegij Bonon.*  
*Statutum, quo cautum reperitur, filios positos in conditione censeri vocatos, non trahi ad successiones futuras dependentes ex testamentis ante statutum conditis, suis alias per Rot. Roman. diffinitum.*  
*Cui adīne est aliud exemplum hic commemoratum.*  
*Anch. cōf. 125. quo pacto intelligēdū.*
- 6 *Fœmine per ius municipale būius Regni fuerunt vocatae ad feudi successionem.*  
*Affensus priuilegium est strictissime interpretandum, quando est iuris correctorium.*  
*Princeps nō presumitur in dubio vel le tertio præjudicare.*  
*Etiam legem generalem condendo.*  
*Priuilegium nullatenus ad futuras extendit constitutiones, quando ex huiusmodi ampliatione tertio inferatur grauamen.*  
*In priuilegijs attenditur tempus datę, & imprecatiōnis, ibid. circa fin.*  
*non comprehendit futura, ut iam dictum.*  
*Nisi negotijs natura aliud suadeat.*  
*Et assertur exemplum.*
- 7 *Gratia alicui concessa non admittit extensiā interpretationē contra ius commune; sed bene passuam ab eodem iure.*  
*Et consequenter intelligitur secundum ius commune.*
- 8 *Hæreditarij feudi natura non mutatur etiam si filij masculi vocati fuerint in infinitum.*  
*Iccircò nequeunt admitti, nisi cum qualitate hæreditaria.*  
*Feudum unicum a cōtentis diuersis respectibus posse dici ex pacto, & etiā hæreditarium secundum Camer.*
- 9 *Fideicōmissum simplex, & absolutum, id est in omnem casum censetur inductum, quando in eo est adiecta ratio, ut bona conseruentur in familia.*  
*Fideicommissio bona subiecta alienari nequeunt.*  
*Alterum Partis motuum.*  
*Filij succedunt in feudo uti ex pacto, & prouidentia etiam si in eo sint vocati hæredes masculi.*  
*Sed contra infra num. 14.*
- 10 *Eiusdem confutatio multiplex.*  
*Alienatio non censetur probibita, si sit dictum, ut masculi de domo succedant.*  
*Verba dispositiva nil operantur quando ipsem disponens caret disponendi facultate.*  
*Affensus expressorum cancellos non egreditur.*
- 11 *Facti ponderatio.*  
*Ratio, sive causa expressa quandoque restringitur.*  
*Verba rationem reddentia multum distinguuntur à verbis per modum illationis, & cuiusdam futuri euenter prolatis secundum Pereg.*  
*Extensio ex verosimili testatoris mente omnino cessat in affensu secundum Lanar.*
- 12 *Alia facti egregia ponderatio.*
- 13 *Verba, hæreditare, & succedere, cuius sunt virtutis, & num. seq.*  
*Verba prolata à Iurisperitis intelliguntur propriè, & prout Iuristæ loquuntur.*

14. Proximiores presumuntur magis dilecti.
15. Multiplex, nec non ingeniosa facti ponderatio.
16. Testamentum circa feudalia conseruum exigit expressum consensum heredis cum assensu, & cum ratione, & hic actus confirmatus sumit vires, ut ex nunc.
- Feudum post possessoris obitum revertitur in alterius dominio.
17. Hæreditis declaratio circa dubiæ testatoris dispositionem maximè in antiquis plurimum valet.
- Sed non uti noua dispositio, sed veteris interpretatio erit habenda.
18. Feuda omnia etiam ex pacto, & prouidentia in primo acquirente habent vim feudi hæreditarij.
19. Decisio praesentis controvërsiae.

In eadem causa.

### C O N S I L I V M X V I I .



D confirmationem eorū, quæ in alijs allegationibus adducta fuerunt, vt vndiq; pateat, Lutium Palaganū actorem excludendum esse à qualibet prætensione, infra scripta alia consideranda sunt, ex quibus Don Lutius conuentus erit procul-dubio absoluendus.

Diximus primò, actorem esse repellendum attenta forma assensus expediti super approbatione testamenti, per quē extenditur successio ad gradus comprehensos in Constitutionibus, & Capitulis Regni, & non ultra, quo tempore dabatur successio usq; ad tertium gradum, existens autem nunc Lutius actor in quarto gradu remanet exclusus, nec ei prodelle poterit prorogatio & ampliatio successionis feudorū vigore gratiæ anni 1536. & 1557. sub prætextu, quod etiam loquendo in dispositione hominis, illud priuilegium assensus traha-

tur ad futura, siue quod gratia prædicta se extendat ad casum nostrum, ea ratione, quia producit effectum suum, & sumit initium tempore successionis post editam gratiā, vt sic attendatur causa deferendæ successionis de futuro, ex his, quæ traduntur per Doct. in l. si ita ff. de aur. & argen. legat. in l. talis scriptura ff. de legas. i. per Canonist. in clem. fin. de rescrisp. & Anct. in conf. 125. in fin.

2. Siquidem assumptum prædictum subsistere nō potest in terminis questionis nostræ, & loquendo simpliciter, an gratia superueniens, vel statutum comprehendat, siue extendatur ad præterita respeccu. futuræ exequitionis, clarissimis rationibus fundatur, ad actus particulares præteritos trahi nō posse, quāuis effectum habeant post nouum statutū, ita latissimè cōprobat Aret. in conf. 85. nu. 1. cum seq. vbi inter alia n. 2. affert decis. Iaco. Butrig. relatā per Anchar. in repet. cap. 1. de Constitut. 13. q. decidētis, quod dispositio clem. super Catbedram de sepult. quæ vult, vt de relictis factis Cōuentualibus mendicantibus debeat solui quarta portio Ecclesiæ Parochiali, non habeat locū in legatis factis à testator ante illam Constitutionē, etiam si illa legata sint conditionalia, & talia, quæ post editam Constitutionem incipient habere effectum, vt ibi per ipsum, quam decisionem etiam refert, & sequitur Soc. in conf. 106. numer. 4. vol. 4. Imol. latè in cap. ultim. post num. 14. vers. constitutio noua, de constitution. ibique Dec. num. 60. & seq. Secundò est aduertendum, quod in casu nostro agitur de ampliando priuilegium assensus odiosum, & iuris communis Regni correctorum ad exclusionem fœminarum, proindè quia dispositio priuilegij præcedentis ex noua gratia redderetur durior, quām esset tempore impetrationis, fortius constitutio noua neque comprehendit actum futurum, qui venit ad executionem actus præteriti, ita comprobat Soc. optimè

Opimè in eodem *conf. 106. nu. 5.* qui addit aliam rationem punctualem in casu nostro, dicens, constitutionem nouā respicientē exequutionem nūquam extendi ad exequutionē futurā actuum præteriorum, nisi dicatur, vel Cōstituens vtatur verbis præteritē temporis, vt probatur in *clem. ȳ, qui de atas. & qualit. iuxta clem. 1. de testamento. & sequitur Imol. in d. cap. ult. col. penult. vers. sed aduerte subdens Soc.* in casu illius cons. illam nouam cōstitutionem ex verbis ipsius non posse comprehendere exequutionem futuram actus præteriti, quia dicit *da ora inanzi*, & hæc eadem verba posita sunt in *Capitulis anni 1536. & 1557. ibi, che da qua auante*, vt patet fol. mihi 102. & 162, propterea gratia prædicta superueniens nullo modo comprehendit actum præteritum, & particularem priuilegij prædicti, quamvis exequutio respiciat futuras successiones etiam post gratiam, quia attenditur dispositio principalis actus præteriti, & non exequutio, vt *Dec. posuit in eod. cap. ultimo num. 62. de constitutio.*

**4** Sed omittendo alia superflua, attendendo particulares distinctiones, & decisiones punctuales, dicunt *Dōctores.* quòd si actus de præterito dicitur ab initio perfectus, quamvis effectus deindè maneat in suspēso, & respiciat futuram successionem, tunc noua constitutio nūquam comprehendit effectum futurum actus præteriti, si verò factum de præterito expectat perfectionem suam à facto de futuro, tunc nouum Statutum illud comprehendit, veluti si est factum testamentum, & superuenit Statutum ante mortem testatoris, eo casu quia actus adhuc non dicitur perfectus, Statutū illud comprehendere potest, *Dec. posuit in eod. cap. ultim. num. 63. cum seq.* & ita latissimè comprobat *Menoch.* qui erit omnino vidēsus pro decisione istius articuli in sollēni *cōf. 240.* per totum, & propriè *num. 31.* & post *nu.*

**45. vol. 3. vbi referens quā plurimos Doctores, respondet sigillatim omnibus contrarijs, quæ afferri possent, & alias considerationes notabiles adducit, ad quem me remitto, cùm igitur agatur hodiè de succedendo vigore assensus iam perfecti in anno 1507. gratia superueniens anni 1536. non poterit comprehendere exequutionem futuram respectu dicti assensus præteriti, qui ab initio recepit suā perfectionem, ita quòd nullo modo tractandum erit de extensione prædicti assensus.**

**5** Et similiter in individuo in casu successionis futuræ, quòd non attendatur nouum Statutum respectu testamenti prius conditi, cuius casus, & successio nondum advenierit, nisi post Statutum, ultra particulare *consilium.* *Io: Vinc. Honde. 14. post nu. 14. vers. sed quando fæmina vol. 2.* ita sollemiter fuit decisum per totum Collegiū Bononiense, cuius Collegij *consilium* impressum est immediate post dictum *consilium 14. Honde. scriptū de ordine Io: Hieronymi Grati, & Ferratis Verij Priorum Collegiorum Pötificij, & Cælarei Juris, in quo refertur, plures etiam fuisse decisum per Audit. Rot. Romanæ, constitutionem nouam nō trahi ad futura habentiā causam; & initium ab actu, & negotiō præterito, & particulariter cùm ageretur, an nouum Statutū Vrbis disponens, quòd filij positi in cōditione censeantur vocati, haberet locum etiam in testamentis conditis ante Statutum, quòd futuras successiones, & fuit resolutū, quòd nō de ann. 1566. & pariter de anno 1575. cùm dubitaretur, an decretū Ducis Parmæ disponens, quòd mulier nupta extra territorium sit incapax successionis, tam ex testamento, quā ab intestato, traheretur ad successionem, ex testamento condito ante dictum decretum, cuius casus euenerat post dictum decretum, fuit decisum, quòd nō trahatur, vt *nu. 40.* & *41.* quibus statib⁹ patet clarrisimè,*

rissimè nouam gratiam ampliantem feudorum successionē non posse cōprehēdere assensum de præterito perfectum , quamvis casus successionis euenerit post gratiam prædictam , rationes autem particulares in eodem consilio legendæ sunt , quod omnino videndum erit , non omittendo , dictum Anchār. conf. 125. ( omissis alijs regulis ponderatis in cōtrarium , quæ militare nō possunt in specie nostra , & ex eis colligitur ) nullo modo obstatre posse , quoniam , vltra quod Felin. tenet contrarium in eodem cap. vlt. col. 3. vers. sed nihilominus , & Crot. in l. omnes populi latè num. 137. de iust. & iure , quatēnus decisio Anchārān. vera esset in casu suo , procedit ex eo , quia in casu illius consilij Statutum nouum fuit editum viuēte adhuc patre stipulante emphiteusim , & sic tempore Statuti non fuerat quæsitum fœminis aliquod ius considerabile , cūm potuisset pater primus acquirēs ad libitum disponere , & ideò cūm nō incipiat competere ius , nisi post mortem patris , nō est pīrū , si nouum Statutum post contractum stipulationis ; sed ante mortem patris , mortuo deinde patre , hunc casum comprehendat , vt signatim respondeatur in d. conf. Collegij Bononiensis num. 46. & propterea Anchārāni opinio fundatur ea ratione , quia istud ius sumebat initium post mortem pātris , ob quod Statutum extenditur ad illud ius , quod nascitur , postquam est editum , vt ibi per ipsum , secus in casu nostro , cūm ius fuerit perfēctē quæsitum per priuilegium assensus , licet exequitio postea respiciat futuras successiones .

<sup>6</sup> Amplius si prædicta optimo iure procedunt in quolibet actu , & dispositione præterita , sine difficultate fortius idem dicendum est , quando sumus in priuilegio assensus ante gratiā impetrato . Etenim istud priuilegium , & assensus est contra ius communne Regni , dum per illud fœminæ vocatæ per Regni Constitutionē ad feudi suc-

cessionem excluduntur , & proinde dicitur odiosum , & Iuris cōmuñis Regni correctorium , & nedum non extendendum ; sed strictissimè interpretandū Lanar. latè in conf. 60. nu. 72. Abb. similiter in c. quia circa nu. 3. de priuileg. Imol. in cap. licet in tantum nū. 10. de translat. Episcop. Henric. Boich in c. cūm dilecti col. 2. vers. aut quæris , vtrū priuilegium largissimè de donation. etiam si Princeps per viam constitutionis disponat , quia ex presumpta mēte illius intelligitur sine præiudicio tertij Dec. in cap. vlt. num. 29. de constitutio. Bursat. conf. 32. nu. 51. vol. 1. Cephal. conf. 181. num. 23. vol. 2. Menoch. d. conf. 240. num. 6. & nunquam per legem generalem videtur voluisse extendere ad priuilegia particularium personarum , vt not. in l. Decurio- nibus C. de Silentiarīs lib. 12. & in l. in testamentis C. de testam. Honde. conf. 89. num. 42. & 43. & in d. conf. 14. nu. 30. cum seq. vol. 2. propterea noua cōstitutio non trahitur ad particularia ; priuilegia præterita , & fortius gratia prædicta fuit concessa ad postulationem Ciuitatis , quæ supplicauit , vt extenderetur successio usq; ad quartum gradum , decadente feudatariō ab ilque descendantibus utriusque sexus , idcirco non trahitur ad casum particularē vnius priuilegij cōcessi pro masculis tantum usque ad tertium gradum , vt Dec. quoque considerat in d. cap. vlt. num. 43. cūm induceretur tertio præiudicium circa ampliacionem priuilegij , de quo non loquitur , nec excogitatum fuit , immō contrarium patet ex gratia , quæ vocauit patrueles in quarto gradu , attendendo supplicationem Ciuitatis , scilicet deficientibus etiam fœminis ; & pro regula traditur verissima , quod si sumus in priuilegio , illud aliquo modo non extēditur ad futuras cōstitutiones , si extensio est alteri præjudicialeis Imol. in d. cap. licet in tantum , vbi etiam Ant. de Butr. num. 12. & in d. cap. quia circa num. 3. in fin. & nu. 7. & Abb. num. 5. & particu-

particularius, quod in priuilegiis attēditur tempus impetrationis, & datæ quodad vim comprehensiā, & proinde non trahitur, nec comprehendit futura, posuit optimè Pbilip. Franch. in cap. Statuto num. 2. de decimis nu. 6. nisi materia ipsa comprehendet futura, sicut dicit ipse, est cōcessio noualium, quæ dici non possunt, nisi respectu futurorum, ut Paris. quoquè posuit in cons. 73. num. 30. cū sequent. vol. 4.

7 Insuper dūm Pars vult prætendere ampliationem successionis virtute assensus expediti ex gratia superuenienti, clarum est, quod dūm fœminæ excluduntur, gratia prædicta similiter dicetur correctoria Iuris communis Regni, & quia hoc modo disponeret contra Ius commune Regni, etiam ex hoc non poterit aliquo modo recipere interpretationem extensiā, ita Bart. not. in l. certa forma in fin. C. de iur. Fisci lib. 10. & in d. l. omnes populi ff. de iust. & iure, propterea gratia prædicta simpliciter loquens recipit declarationem, & interpretationē passiā à Iure communi, vt habetur in l. 2. C. de noxalib. & in cap. cūm dilectus, & cap. ad audientiam de Cler. non resident. Bart. in d. l. omnes populi in 6. q. principali, & Crot. in cons. 91. nu. 12. & secundūm ius commune intelligitur, vt Doctor. notant in l. fin. S. in computatione vbi Ias. num. 12. C. de iure deliber. & Paris. cons. 20. nu. 51. vol. 2. & consequēter prorogatio successionis feudorū virtute gratiæ p̄dicitæ debet intellegi secūdūm ius commune Regni, vt succedant, qui ex Regni Constitutionibus vocantur, & iure ordinario, non autem respectu vnius priuilegij assensus particularis, de quo non loquitur, nec illud comprehendit, & proinde attento priuilegio excluditur, attēta verò gratia succedere posset iure ordinario, & hæreditario, deficientibus etiam fœminis, ex quibus remanet firmissimum hoc primum assumptum ultra scripta in primis allegatio-

nibus, quod sufficit ad repellendum Lutium actorem.

8 Secundò diximus, quod & si Lutius actor reperiretur in tertio gradu successibili, adhuc in successione huius feudi venire nō posset, nisi cū qualitate hæreditaria, quā ab initio suæ creationis assūpsit, cùm illius mutatio nō presumatur, nisi specificè fiat, quando loquimur in feudo hæreditario, etiā si filii masculi vocati fuerint in infinitū, quemadmodum considerat Curt. in tract. feud. in 2. p. quæst. 7. fol. mihi 178. & Curt. iunior in cons. 3. num. 4. quoniam stant simul, vt feudum dicatur ex pacto in beneficium masculorum ad exclusionem fœminarum, & quod masculi succedant cum qualitate hæreditaria, ut in simili Camerar. considerat in cap. 1. in verbo quero primò post num. 21. an agnat. & sufficit, quod hæc prouidētia operetur pro masculis, vt fœminæ tātummodo excludantur, sicut in fortiori casu discussum, & consideratum fuit in causa prætensi fideicommissi domus Sanseuerinorū, de quo per Aret. cons. 162. in fin. & per Loffred. in cons. 14. num. 24. in vers. quinimmò cum nu. seq. & latius in primis allegationibus fundauimus.

9 Pars aduersa exhibito iam testamento confugit ad aliud assumptum allegans, Goffredum testatorem fecisse hoc fideicommissum ea ratione motū, vt feudum remaheret in familia domus suæ, notando illa verba, ibi ad effetto che detta Baronia non babbia da bauere altro, che huomini dello Cippo, e Casa mia, per quæ verba videtur inductum simplex fideicommissum in omnem casum iuxta doctrinam Bart. in l. pater filium §. fundum Titianum ff. de legat. 3. & in l. 2. C. communia de legat. Soc. in l. si cognatis in 6. col. ff. de reb. dub. Dec. cons. 38. & Cur. iun. cons. 22. num. 18. cum seq. & similiter censetur facta prohibitio alienandi authenticar. res, que C. eod. tit. communia de leg. & in l. Lutius Titius, §. Lutius Titius ff. de legat. 2. maximè cū sint vocati

cati masculi, qui succedent in feudo tanquam ex pacto, & prouidetia, etiā si fuerint vocati hæredes masculi, sicut posuit Dec. in cons. 185. Bran. in cons. 34. num. 3. Ruin. cons. 188. vol. 2. & alij quām plures.

10 Sed aduertatur, quòd hoc obiectū, in quo Pars facit maximum fundamen-tum resolutur facillimè ex pluribus rationibus infra scriptis.

Primò notadū est, verba prædicta, quæ in testamēto reperiūtur nō fuisse Principi expressa in impetratiōne af-sensus, cū tantummodo in eo dicatur, quòd idem vinculum posuit in alijs futuris successoribus, adeò vt in ipso nullo vñquam tēpore succedat mu-lier, aut mulieres fœminæ; sed tantum masculi de domo prædicta Palaga-na existentes, sed non ponitur ra-tio illa, vel causa, vt in familia per-pe-tuò remaneat, sed solùm vt masculi de domo succedant, quæ successio so-la in beneficium masculorum non inducit prohibitionem alienationis, nec alterationem naturæ feudi hæreditarij, & ex hac omissione resultant duo, vel quòd assensus sit nullus tanquam à testamento difformis, quod indubitatū est, vt alijs diximus, vel quòd illa ratio nō expressa remaneat infor-mis in testamento, & nullius consideratiōnis, quoniam in feudo testator partem aliquam disponendi sine af-sensu nō habet, & illa verba tunc in-ducunt dispositionem, quādo sunt ad-iecta ab eo, qui liberam habet dispo-nendi facultatem, vt tradunt glof. Bar. & Doctor. in l. si Socr. S. Lutius ff. solut. matr. idem Bart. in l. ex bac scriptura col. 3. vers. venio ad secundum ff. de do-natio. & Curt. iun. in d. cons. 22. nu. 20. & clarum est, assensum non compre-hendere alia, quām expressa, vt Lanar. posuit in d. cons. 60. post num. 121.

11 Secundò, in eodem capitulo testa-tor primò dixerat, quòd in Baronia non possunt succedere, & hæreditare filiae fœminæ, quando deinde adiecit illa verba ad effectu, &c. subdit, nor-

babbiāo à succedere de nullo tempore. mine, videtur tantummodo confide-rasse, vt masculi tantum, non fœmi-næ succedant, cū habeat relationē ad principium, & illa expressio causæ restringitur iuxta præcedentem ora-tionem, & non aliter inducitur sim-plex fideicommissum.

Vlteriūs, & melius, illa verba non important rationem dispositiuam, sed potiū sunt posita per modum illationis, & futuri eventus, veluti si dixisset testator, ita quòd, vel adeò quòd, & particulariūs si ex-premissiset, ad hoc vt feudum, &c. vt est propriè casus noster, ista verba non habent viam dispositiuam, cū verifi-centur, vt habeant masculi de familia per viam successionis, vt latè con-cludit Peregr. de fideicommiss. articulo undecimo, num. 55. & 56. ad quem me remitto, vbi videndus erit, licet securus esset, si dixisset, quia volo vt remaneat, vel non exeat de familia, si nihil aliud adesset, vltra quòd ex hoc resul-taret extensio assensus ex verosimili-mente testatoris, quæ extensio in af-sensu non procedit, vt idem Lanar. in d. cons. 60. nu. 120. & propriè nu. 121. in fine.

12 Tertiò, ex eodem assensu clarissimè patet, Regem Catholicum nihil aliud agere voluisse, nisi consentire, quòd masculi tantum succedant ad exclu-sionem fœminarum, nō autem indu-cere perpetuum fideicommissum pro familia, quoniam vltra quòd restrinxit successionem usque ad tertium gradu, exprestè dixit, quòd non succe-dant fœminæ; sed tantum masculi de domo Palagana existentes, ita quòd cessantibus masculis in gradu prædicto, fœminæ succederent ex verbis eiusdē assensus. Hinc videtur apertissimè, noluisse vinculare feudu pro conseruatione familie, sed tan-tummodo restringere successionem ad masculos usque ad tertium gradu.

13 Quartò, idem Rex in eodem assen-su usus

su usus est primò verbo *hæreditasset* *propinquior*, iuxta assertionem filiorum Goffredi, & deindè, quòd *masculi succederent*, quæ verba demonstrant non aliter deferrī feudū, nisi ut hæreditarium, vt fundauimus, & Regem ita consensisse, cùm aliud expressum non sit, & illa verba *hæreditare*, & *succedere* arguunt, Principem int̄lexisse de his, quæ successorio, & hæreditario iure capiuntur, & voluisse illos habiles reddere ad ea solum, quæ ut hæredes capere possunt, quia verba prædicta referuntur ad hæredem, l. quadam S. nibil interest, vbi Doctor. ff. de edend. Bart. in cons. 212. Hier. Gabr. in cons. 30. num. 25. cum seq. vol. 1. & Paris. cons. 46. num. 12. vol. 4. & totus assensus tanquam vnica dispositio sub vna qualitate intelligendus erit, vt aliàs diximus, nec obesse poterit Partis consideratio dicentis, illud verbum *hæreditasset* fuisse perperam, & inaduertenter positum, si quidem, cū simus in priuilegio Regis, qui habet suos Consiliarios, & peritos, error non est præsumendus, & intelliguntur verba illa secundūm proprietatem verborum, prout Iuristē loquuntur Bald. in cap. 1. col. 3. de success. feud. maximè quando sunt prolatā in sermone literali, idem Bald. in l. lege 12. sab. col. 6n. C. de legitim. bared. Dec. cons. 368. post num. 8. Alex. cons. 2. col. 12. vol. 1. Si igitur iuxta hæc verba assertiua denotantia qualitatē hæreditariam Rex assensum præstittit, quomodo dici potest, quòd aliter verba illa sunt intelligenda; sed verè illa verba fuerunt consultò posita, attenta voluntate testatoris, & etiam ipsorum filiorum supplicantium, & successiū videndum, quid senserint testator, & filij successores supplicantes.

14 Quintò, sunt attendenda verba testatoris, qui nō aliter voluit vinculare feudū tanquam fideicommissio subiectum; sed tātummodò illud efficere feudū masculinū ad exclusionem.

foeminarum; sed q̄ deferretur vti hæreditarium ex infra scriptis. Primò disposuit, vt in feudo prædicto non possent succedere, & hæreditare filiæ foeminae, quæ verba apertissima sunt denotantia qualitatē hæreditariam, & mentem testatoris disponētis prop̄terā, vt succedere, & hæreditare deberent masculi, & sic in dicto assensu, maxima cum ratione fuerunt posita verba supradicta, Secundò, dum deindè disponit in beneficium masculorum, dicit morendo Lutio primogenito senz̄a herede masculo. Igitur quamuis vocauerit masculos, illos nominat hæredes, & successiū remanet hæreditarium feudū, quamuis masculi tantum hæredes vocati sint secundūm veram doctrinam Feudistarum reiecta opinione Dec. & aliorum Ciuilistarum, de qua per Jacob. de Beluis. in c. 1. de eo, qui sibi, & bared. suis, Loffred. latè in cons. 1. num. 43. cum seq. & alij, quos longo examine cōmemorat Thomas de Marin. sit. 5. de feud. bared. à num. 12. cum seq. fol. mihi 81. vltra alios relativos in primis allegationibus, & si testator proximiores vocavit vt hæredes, tantò fortius id præsumendū est in remotioribus, quia proximiores magis diliguntur secundūm Bald. Cuman. & alios in l. cùm ita S. infidei commissio ff. de legat. 2. Paris. cons. 40. num. 27. vol. 2. Roland. à Valle cons. 6. num. 28. volum. 4. Tertiò, idem 15 testator voluit, vt existente foemina successor masculus dotare debuisset foeminam, & in dotem tradere valorem dictæ Baronizæ, & ita succedere deberent alij masculi, ob quod dum masculus succedens remaneret obligatus pro dote dare valorem feudi foeminae, quæ ad summum paragīū tantum consequi poterat, ridiculum est dicere, quòd testator voluisset vinculare feudū perpetuò, vt in familia remaneret, cùm vendi potuisset statim à primo successore nolente soluere valorem, vel non valente soluere. Et fortius quartò aduer-

aduertatur, testatorem instituisse omnes quinque filios pro æquali portione, inclusò etiam valore feudi, & Baroniæ prædictæ, quòdquè ratione pretij Baroniæ superantis quintam partem Lutij, idem Lutius soluere debuisset fratribus suas portiones, ita quòd quilibet haberet quintam partem etiam respectu valoris feudi; sed dominium Baroniæ tantum spe-ctaret ad Lutium, ex quo sequuntur duo. Primum, declaratio voluntatis testatoris disponentis, ut successio tantum, & dominium spe-ctaret ad successorem masculum, in valore verò omnes succederent. Se-cundum quod cessat ex hoc omnino vinculatio prætensa pro familia, dum voluit alijs consignari suas portiones feudi liberas in pecunia, pro quarum solutione Lutius sine dubio poterat vendere, vel cogi ad vendendum feudum; & si hoc egit testator respe-ctu Lutij primogeniti, & in primo gradu poterat dari casus alienationis, non video, quomodo fundari poterit prætēsum fideicōmissum pro familia. Demum idem testator reliquit vxori rem vnufructuariam etiam respectu feudi cum libera dispositione, eam li-berando à redditione computorum, ut in testamento ponitur, & pariter in assensu, mortua deinde vxore in anno 1519. Lutius primogenitus facto ap-pretio feudi pro duc. 4. mill. existēti-bus, tūc quatuor filijs, ex valore feudi prædicti competierunt alijs tribus fra-tribus ducati tres mille, quos deinde Lutius soluit habita iurium cessione etiam super feudo, Ex quibus nullo-modò videtur esse considerabile alijs vinculū, cū tantum Lutio remanserit portio sua duc. 1000. & reliqui duc. tres mille soluti, negari non potest, quin cesserint in eius beneficium, & illos cōsequi posset liberè cū interef-se vigore cessionis, ita quòd inanis est consideratio prætensi fideicōmissi pro familia cum prætensa, & subintellecta prohibitione alienandi.

16 Demū consideremus omnes actus gestos per filios successores. Et primò verissimum est, testamentum Gofredi nullam vim habere potuisse absque expresso consensu hæredum cum as-sensu Regis, quia post mortē reperitur esse in dominio alteriis, vt per *And. in c. 1. S. donare nu. 8. circa fin. qualiter olim feud. poter. alien. & cap. 1. in prima additio. circa fin. num. 15. de prohib. feud. aliena per Feder. & secuta approbatione, & assensu, aëtus sumit vires ex nunc ex approbatione hæredum, vt probat Frecc. in 2. lib. quæst. 30. num. 12.* hæredes autem in approba-tionē exp̄ressè acceptauerunt testa-mentum pro se, & hæredibus, vt in illa legitur, propterea si assensus aliter intelligeretur, esset nullus tanquam difformis, vel si est conformis, res est expedita, quia successores licet masculi non veniunt, nisi vt hære-des vocati in acceptatione prima. Se-cundò, non est verisimile, quòd Lutius primogenitus voluisset perpetuò vinculare feudum pro familia tem-pore, quo alię portiones ceterotum, fratrum liberè remanebant; sed tan-tummodò scientes voluntatem te-statoris voluerunt impetrare assen-sum pro hæredibus masculis, exclusis foeminis, quibus dos constitui debuisset etiam ab alijs remotioribus successoribus iuxta testamentum, hęc declaratio exp̄ressè patet in scriptura anni 1520. per Partem producta, vbi conueniunt & declarant, quòd suc-cedant alij masculi etiam remotiores, exclusis filiabus simpliciter, quòdque Lutius liberè valuisset feudum obligare, & vendere, reseruantes tan-tummodò ius successionis seruata forma testamenti, quæ declaratio tollit omnē dubium, & illa vti de-claratio, non autem noua dispo-sitio attendi debet, maximè in anti-quis iuxta doctrinam Bar. in l. gerit n. 17. ff. de acquirend. hæredit. præcipue quando successores intelligere po-tuerunt à testatore, vt in casu nostro, cùm

cum primi filij hæredes id declarauerint, vt latè posuit *Molina* vidēdus de *primog. Hispan. lib. 1. cap. 8. num. 38.* & denique plurimūm confert, & declarat consuetudo obseruata per primogenitos successores, quoniam *Lutius* primus hæres, quamuis ipse non poterat feudum habere, nisi vt hæres primi acquirentis, etiam si fuisset ex pacto, & prouidentia, ex quo omne feudum in primo acquirente habet vim hæreditarij inspecta occasione, & contemplatione primi acquirentis, vt posuit *Camer.* onittendo alios, in *d. cap. 1. an agnat. in verbo quæro primò post num. 24. vers. secundum caput,* tamen respectu filii ipsius poterat feudum acquirere vti restitutioni subiectum, & ex pacto, & prouidentia, si verè testator taliter vinculare voluisse, & nihilominus pater de mense Maij 1507. elapso tantummodo mense post acceptationem petij inuestigaram feudi prædiæ i pro se, & hæreditibus, eodem modo pariter egit *Goffredus Lutij* filius, & vltimò *Don Lutius* nunc conuentus, vt ex scripturis nouiter productis, & ex his omnibus *Don Lutius*, & creditores sunt absoluendi.

*Persententiam fuerunt absoluti Don Lutius, & Creditores.*

## ARGUMENTVM.

Rignus sub hasta distractum quando debitor oblato pretio possit à manu licitatoris, vel alterius possessoris auocare, præ cæteris magistrali, & insigni, quæ hic recensetur, distinctione hæc forensis resoluitur cōtrouersia nō

minùs vtilis, & erudita, quam breuis, & curiosa.

## SUMMARYM.

- 1 *Venditor si in pignoris distractione male versetur, tenetur pignoratitia actione ad interesse, at venditio non confirmatur.*
- 2 *Debitori superflui non personalis; sed pignoratitia competit actio, si pignus à creditore sit distractum maiori, quam ei debebatur, pretio, & numer. 5.*
- 3 *Creditori nequaquam est permisum perse, vel per interpositam personam pignus emere, quod ipse distractum declarat, ut num. scqq.*
- 4 *Creditori licita est pignoris venditio prævia debitoris licentia.  
Quo euentu extinguuntur hypothecæ post debitum contractæ.  
Et venditio facta dicitur iure creditoris.  
Et amplius venditor dominium transfert in emptorem, quamvis ipse illud non habeat.  
Intell. l. & qui sub imagine C. de distract. pignor.  
Debitori competit reiudicatio pignoris non legitimè venditi à creditore.  
Refuso tamè pretio soluto, nec non habebitur fructuum ratio; si tamè emptor fuerit fraudis particeps.*
- 5 *Judice pignus vendente, admittitur creditor ad licitandum, & emendum perse, & etiam per interpositam personam.  
Et ideo venditio vti ritè, & rectè facta de iure subsistit.  
Dabitur tamen debitori ius offerendi, & cum ratione.  
Creditor emere censetur causa pignoris conseruandi.  
Quæ ratio cum cesset in extraneo licitante, cessabit quoque ius offerendi.*
- 6 *Creditori licitum est distractere pignus per*

- per aliquot annos antè emptum à se, & possessum; superfluum autem debitori seruabitur.*
- Debitori non competit actio aduersus tertium possessorem, qui pignas emit à creditore, maxime si nulla intercessit emptoris machinatio.*
- 7 *Nullitas si post pignoris distractio nem proponatur, agendum est in forma iudicij ordinarij auditio posses fore.*
- 8 *Pignoris iure (si tenuta sit nulla) poterit res retineri, si alias obligata erat.*
- 9 *Litigiosi vitium quando cesseret.*
- 10 *Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. quando sibi locum vindicet aduersus secundum emptorem.*

### Pro Principe Vetranae.

#### CONSILIVM XVIII.

1  Erissimum est in facto, fuisse legitimè processum ad venditionem bonorū Francisci Dornij ad instantiam Victorij Catapieri Arrendatoris introitum Terræ Messapiæ ratione bona-tenentia, & onerum contractorum, ad quæ dictus Franciscus tenebatur ex causa bonorum possessorum in pertinentijs dictæ Terræ, ut ex actis constat præcedentibus literis significatorialibus, & licet in ultimo incantu nō fuerit facta denunciatio debitori constituto prius in mora, non ex hoc veditio redditur nulla, sed vendor tanquam mala fide versatus teneretur pignoratitia ad interesse, ita Bart. in l. creditor num. 3. ff. de distract. pignor. loquens in creditore vendente, quod est fortius, & in casu nostro facta exequitione fuit debitori notificatum ad reliendum, & post nonnulla per ipsum opposita fuit decretum, esse procedendum ad venditionem bonorum exequitorum.

2 *Qua venditione subsecuta quam-*

*uis ad instantiam debitoris fuisset diminutum debitum vigore aliquorum decretorum, & interpositum decretum, quod solutis ducat. 864. restitueretur bona exequuta, hoc decretum, sicut antecedentia non officiū Principi Vetranae possessori bonorum prædictorum mediante titulo particularis emptionis, neque irritatur venditio legitimè facta l. fin. C. de distract. pignor. glos. in l. creditor la 2. S. si prior alias Papinianus, vbi Caſtrenſ. ff. qui pot. in pign. habent. & Bald. in auth. ei, qui num. 47. in fin. C. de bon. au thor. iud. possid.*

3 *Ex aduerso prætenditur, venditionem bonorum prædictorū minus legitimè processisse, & præcipitanter præcedentibus actis factis eadē dic 13. Augusti 1607. bonaq; prædicta remansisse Aloysio Arrighetti; sed nomine dicti Victorij, & vti procuratorem eiusdem Victorij cępisse possessionē, quo casu facta veditione prædicta supposito emptore nomine ipsius creditoris haberi debet pro non facta, & debtor offerendo debitum pignus venditum merito cōsequi potest, existente creditore in possessione ad tex. in l. & quisub imagine C. de distract. pignor.*

4 *Hæc oppositio leuis est, & facillimè resoluitur, adhibita distinctione communiter recepta, præmittendo prius, quod creditor potest vendere pignus pro eo, quod sibi debetur l. cūm secundus, & l. 2. ff. & C. de distract. pigno. data tamen licentia alienandi à debitore; ex qua resolvuntur hypothecæ deinde contractæ, vt Negus. tradit de pignor. 3. membr. 5. par. num. 4. & tunc dicitur veditere iure creditoris ad tex. cum glos. in d. l. creditor, & transfert dominium in emptorem, licet ipse non habeat Negusan. 1. memb. 6. par. numer. 11. hoc autem casu creditor non potest vendere sibi ipsi etiam per interpositam personam, & nō dicetur facta venditio, sicque in his terminis procedit dispositio tex.*

in

# Consilium XVIII.

221

*in d. l. & qui sub imagine secundum Salyct. & Bald. in l. 1. C. se antiq. cred. & declarat Negus. ant. in 3. memb. prædicto nu. 26. in prima limitat. Insuper si viderit creditor minus legitimè, datur debitori reiudicatio l. creditor, quæ est pen. vbi glo. ff. de pign. aff. & debitor viderit ab emptore, oblato tamen pretio soluto, habita consideratione fructuum, si tamen emptor fuerit particeps fraudis l. 2. l. pen. C. si vendit. pignor. agat. & hic non est casus noster.*

*5 Si verò pignus nō fuerit venditum à creditore; sed à Iudice, omnia rite, & rectè gesta dicuntur, ut ibidē Negus. tradit num. 28. vers. sed dubitatur, & creditor non est exclusus à licitando, & emendo, tenet venditio d.l. cùm secundus, verū emente creditore habet locum ius offerendi, cùm emissæ censeatur etiam causa pignoris conservandi, ut in ead. l. cùm secundus §. fin. cum l. seq. D. de Frach. decis. 69. post numer. 9. vers. nec obstat. & Thesaur. decis. 157. & licet quando vendente Iudice, tertio licitante cesseret ius offerendi, ut ibidem latè tradit D. de Franch. si tamen creditor emerit etiā per suppositam personā, posset quoq; habere locum ius offerendi, cùm ipse censeatur emissæ, ex ratione tex. in d. l. & qui sub imagine, sed venditio valida est, sicut si ipse creditor emisset sub hasta, sicque inutiliter Pars aduersa prætendere potest vendicationē bonorum vendorū, cū verò in casu nostro creditor nō vendiderit, nec videret potuisse cessante potestate alienandi solita concedi à debitore, cessat prætensio quoad nullitatem emptiorum factæ à Principe, qui insuper non emit à Victorio Catapiero; sed à Donato Gaza, & alijs, qui obtinuerant adiudicationem aliquorum bonorum ex illis executis ad instantiam Victorij, venditis deinde Principi pro duc. 5862. & amplius Franciscus Dormius acquieuit venditioni, quæ subsisteret, etiamsi Victorius vendidisset, & post decreta Sacri Consilij elapsis*

iā annis octo instetit pro relaxatione bonorum inaudito Principe.

*6 Amplius si pignus venditum fuerit maiori pretio, quam debebatur, datur debitori pignoratitia in personam pro superfluo, sed non in rem l. fin. C. de distract. pignor. immò si postquam emerit creditor, & possederit, licet deinde vendiderit, quod facere licet, superfluum debebit debitori seruari, & si fuerit vendita viliori pretio, datur actio contra creditorem, & remittitur Iudici estimatio amplioris, vel minoris quantitatis, & actio non competit contra emptorem, maximè si nulla machinatio intercesserit, tex. est clarus in l. fin. §. si verò creditor ad fin. C. de iur. dom. impetrant. cùm autem Princeps emerit à dictis Donato Gaza, & consortibus cessante qualibet fraudis suspitione, inquietari nō potest pro relaxatione bonorum, etiam si decreta liquidationis crediti Catapieri non fuissent rite, & rectè interposita.*

*7 Denique Pars aduersa non potest incipere cōtra Principem à relaxatione, sed ordinariè proponere iura, quæ habere prætendit, etiam quia dum Princeps comparuisset, & instetisset audiri aduersus decreta per viā restitutionis in integrum, fuit exclusus, ex quo decreta non fuerant cum ipso Principe interposita, & si Pars prætendit nullitatem venditionis, distractis tamen bonis Princi non à Victorio, sed à dielis alijs tertii possestibus, debent proponi nullitates in forma iudicij ordinarij, auditio Princeps possestore, ut tradit Ann. alleg. 22. & cùm rectius Pars egerit, docebit Princeps de iuribus suis.*

*8 Et insuper docebit, si opus erit, potuisse vendi bona prædicta ad instantiam Victorij pro integro debito bonatenientiæ pro toto tempore, stante facultate eidem concessa ab Arrendatoribus principalibus exigendi integrum quantitatem, ut ex instrumento; ideòq; decretum diminuens cre-*

T 3 ditum

ditum pro medietate annorum novem non posse subsistere; item ultra errores ineuitabiles contentos in relatione Scacciauenti, super qua decreta interposita fundata sunt (sicut ex facto liquet) Princeps est etiam cessionarius primorum Arrendatorum totius restantis quantitatis debitę per Franciscum Dormium, ex quo licet ipse Princeps emisset nulliter sub hasta, saltim iure pignoris bona empta retinendi possent, & retentio procedit etiam in tenuta, quae dici posset nulla, si alias res erat obligata, ut per Bart. in l. 3. §. fin. in fin. ff. de acquir. posse. & sequitur Bald. quos refert Dec. conf. 449. in fin. num. 40.

9. Nec posset applicari remedium vitij litigiosi, de quo L. de Franch. decis. 464. ex duobus. Primo, quia Princeps non emit lite pendente in actione reali fortè instituta à Dormio, qui tantummodo post venditionem dixit de nullitate in Regia Camera literarum significatorialium. Secundo, quoniam Princeps non emit à Victorio, cum quo Dormius disceptabat, sed à dictis alijs creditoribus, quibus bona fuerant adiudicata, & proinde tanto minus potest habere locum remedium attentatorum, cum non detur aduersus tertium non habentem causam ab attentate Franch. in cap. cum teneamur, & ibi ceteri Canonistae de appell. latè Lancellot. de attent. p. 1. cap. 3. nu. 3. cum seq. licet hic non cadat tale remedium vendita re sub hasta.

10. Demum nec ob prætensam venditionem primo loco factā vili pretio datur remediū contra tertium ex l. 2. C. de rescind. vend. quia id procederet, quando secunda venditio facta tertio eodem vitio lassionis laboraret, & in subsidium si primus emptor soluendo non esset, secus si tertius iusto pretio emerit Couar. latè declarat variar. resol. lib. 2. cap. 3. numer. 10. licet hoc remedium Pars non instituerit, nec Princeps causam habeat à Victorio,

& sic vndique excluditur ab omnibus prætensis.

*Causa non fuit decisa.*

### ARGUMENTVM.

Iudicis decretum ad instantiam vni<sup>o</sup> creditoris interpositū super pignoris alienatione an, & quado cæteris prospic, & nū creditor petendo pretium ab emptore ita confirmet venditionē alias à debitore nulliter factam, vt sibi facultatem adimat eiusdem pignoris distrahendi, vnā cum aliquot alijs traditionibus non minus utilibus, quam doctis in illa tam versatili attentatorum materia.

### S V M M A R I V M.

1. *Facti species.*
2. *Primum decretum prolatum ad postulationem veri creditoris ceteris suffragatur.*
3. *Emptor, qui dicitur singularis successor, in venditoris Authoris sui ius succedit.*
4. *Qualis qualis petitio requiritur etiā in iudicio revocationis attentatorum, nec non sententia declaratoria.*
5. *Ignorans non dicitur attentare.*
6. *Notitiam alicuius rei quis habere non dicitur præterquam quod si eiusdem rei omnes percalleat qualitates.*  
*Maxime ubi agitur ut quis amittat aliquod ius, vel incidat in delictum.*
7. *Dolus, & Iudicis contemptus potissimum desiderantur in attentante.*

Prato-

- 1 Pratoris maiestas est vindicanda secundum Oldr.
- 2 Bonafides ex coniecturis elicuntur.
- 3 Attentata non dicuntur, quae non sunt contra litem, sed iuxta, vel propter litem.
- 4 Facti ponderatio.
- 5 Creditorem à pignoris distractione, excludit pretij ab eodem facta petitio, & confirmatur præcedens venditio ab alio licet nulliter facta.
- 6 Nec erit licita variatio, & num. 10.
- 7 Creditoris patientia, eiusdemque rationabilius tasita, ve expressa amittitur ius proprium, & confirmatur alienum, ibidem in fine.
- 8 Creditori, ad cuius postulationem fuit facta executio super uno debitoris fundo, num sit licita variatio super alijs. ponderatur ad hoc Bart. doctrina in l. eum; qui certarum ff. de verbis. oblig. quae distinguuntur, & declaratur.
- 9 . . . ratam habens venditionem ab alio factam, ipse eam fecisse videtur.
- 10 Partis obiecta una cum eorum resolutione, & num. seqq.
- 11 Minori competit restitutio etiam ad lucrum, quae tamen cessabit, si contentio sit cum alio aquæ priuilegiato, qui certet de damno.
- 12 Nec durabit perpetuò; sed tempus debet esse proximum venditioni iuxta Iudicis arbitrium.
- 13 Creditor venditionem approbans, nullam aduersus emptorem habet actionem.
- 14 Decisio.

Pr. eodem.

## CONSILIVM XIX.

- 1 Reditores Dō Lutij Palagani instantes pro venditione Terræ Sæcti Viti, absque aliqua causa cognitione allegant, decretum alias interpossum in anno

1609. quod ad venditionem Terræ prædictæ, pro cuius executione vendi debebat, & cum processerit venditio voluntariè in contemptum decreti prædicti à Zenobia de Marra matre, & Balia Donnæ Hyppolitæ Palaganæ tanquam attentatum erit nullius roboris, ac si facta non esset, addita etiam læsione, quam prætendunt inspectis introitibus Terræ prædictæ, & oblatione præsentata pro summa ducatorū centum, & undecim mille.

Ex parte vero Principis Veteranæ possessoris, ex infra scriptis facile demonstrabitur non esse locum petitis, & si remedio læsionis, quod dum taxat competere posset, ut voluerint, ordinariè iudicium instituere debent, in quo pariter succubent ex deducendis.

2 Quod ad executionem decreti interpositi pro venditione ad instantiam Andreæ Marchefij creditoris quāvis ceteris creditoribus tunc instantibus prædelle potuisse ad tex. in l. cum unus ff. de bon. auth. Iudic. possid. & licentia de vendendo similiter expeditæ eodem anno 1609. de mense Augusti inanis est prætensio creditorum, cum post decretum prædictum, & licentiam de vendendo Don Gofredus Palaganus iunior filius Don Lutij, ac refutarius opposuerit de fideicommisso respectu Terræ Sancti Viti, quod produxit cum Regio assensu, Fisco etiam inhærente, & interposito decreto de mense Octobris 1609. quod citra præiudicium fideicommissi sequestraretur fructus, & iurisdictio Terræ prædictæ, aduersus decretum prædictum fuerunt propositæ nullitates formiter, quarum decisio hucusque pendet, & dum in anno 1612. remissa causa ad Regiam Cameram pro interesse Fisci, ex persona Francisci Albritij foriudicati creditoris Don Lutij fuisset iterum instatum pro venditione Terræ prædictæ, Donna Hypolita Palagana soror Don Gofredi iterum exceptit de fideicommisso, cuius

- ius virtute allegauit Terrā possidere, sicut à Don Goffredo fratre possessa fuit, non tamen vti hæres Don Lutij patris, sed fratri, qua exceptione stante legitimè fuit impedita execu-  
tio decreti venditionis, & non subla-  
ta, nec decisa exceptione prædicta, inutiliter nunc allegatur executio il-  
lius decreti pro reuocatione vendi-  
tionis factæ Principi, prætextu atten-  
tati. Et quamuis Zenobia de Marra vti  
Balia vendiderit Terram prædictam,  
vt de pretio satisficeret creditoribus,  
& sic videatur recessisse ab exceptio-  
ne fideicommissi; id prodesse non  
potest, creditoribus instatibus denuò  
pro venditione, quoniam Zenobia  
mater prospexit vtilitati filiæ ad euita-  
dum interesse ratione dubij litis eu-  
etus, & futura damna, vt in assertione  
minutarū venditionis prædictæ, vt sal-  
uam faceret substatiā aliorū allodialiū  
Dō Lutij patris: cū verò creditores nō  
intendunt stare venditioni prædictæ,  
3 non prohibetur Donna Hypolita,  
iterum vti iuribus fideicommissi, & pa-  
riter Princeps emptor, qui successit in  
ius suæ authricis, à qua causam habet  
*L. quod ipsiſ, & l. in omnibus ſ. non de-  
beo, alias in yſ officijs ſ. non debeo ff. de  
regul.iur. Andr.in cap. 1. verſ. ſicut po-  
ſet author meus in tit. de nat. feudor. &*  
Principissa mater, & Balia Principis in  
specie cum creditoribus cauit pro re-  
stitutione respectu fideicommissi. Cō-  
stat igitur ex prædictis, tractari non  
posse de venditione pro executione  
illius decreti ratione dictæ exceptionis  
pendentis fideicommissi, quæ remouet prætensum remedium atten-  
tati.
- 4 Insuper creditores nō egerunt pro  
reuocatione venditionis tanquam at-  
tentatæ; sed simpliciter insteterū pro  
venditione, sicut fuerat prouisum, &  
in hac specie verissima est conclusio,  
quod licet non requiratur libellus sol-  
lemnis, erit tamen necessaria saltem  
qualis qualis petitio, ex traditis per  
*Innoc. in cap. consuluit et 2. vbi Philip.*

*Franch. num. 5. de appellat. quod lat.  
prosequitur Lancellot. de attent.par. 3.  
cap. 25. in tit. de proc. in caus.attent.nu.  
14. requiritur etiam citatio Partis, quodque reuocatio fiat cum causæ cognitione, vt ex plurium authoritate comprobat idem Lancell. nu. 33. & cum sententiæ prolatione, vt post nu.  
40. cum seq.*

5 Cestlat quoque attentatorum præ-  
tensio ex alio, quoniam venditio pro-  
posita fuit in Sacro Consilio per Ze-  
nobiam de Marra vti Balam, quæ  
ignorabat decretū interpositum pro  
venditione, & pariter scientia allega-  
ri non potest ex parte Principissæ Ba-  
liaz Principis filij emptoris, & data  
ignorantia non habet locū remedium  
attentatorum, vt optimis rationibus  
fundat idem Lancellot. de attent.par. 2.  
cap. 4. limitatione 27. per totam. Nec  
dicatur, Zenobiam habuisse notitiam  
litis motæ, & decreti interpositi pro  
venditione, dum in minutis afferuit,  
fuisse pro parte creditorum Don Lu-  
tij instatum pro venditione, & deli-  
berasle vendere Terram prædictam,  
vt de pretio satisficeri potuisset credi-  
toribus, qui vrgent, quoniam non ne-  
gatur, Zenobiam sciuisse instantiam  
creditorum petentium procedi ad vē-  
ditionem tempore, quo Terra prædi-  
cta possidebatur ab eius filia, sed ex  
hoc necessariò non sequitur, habuisse  
notitiam decreti interpositi pro ven-  
ditione viuente Dō Lutio, immò scie-  
bat tantummodò exceptionem op-  
positam fideicommissi aduersus insta-  
tiā factam in Regia Camera contra  
Donnam Hippolytam filiam pro vē-  
ditione, super qua non fuit aliter pro-  
uisum, & citra præiudicium fideicom-  
missi ab eodem Iudice fuerat ordinat-  
um sequestrum, aduersus quod dictū  
fuit de nullitate, & adhuc pendet de-  
cisiō nullitatū propositarum: non  
enim dicitur quis habere scientiam,  
nisi sciat omnes qualitates ipsius rei,  
*glos. in cap. concertationi in verbo sciue-  
ris, & ibi DD. de appellat. in 6. maximè  
quando*

quando tractatur, vt quis aliquod ius amittat, vel incidat in delictum, vt comprobaret ibidem *Lancell. num. 19.*

7 Requiritur insuper dolus, quamvis scientia non deficeret, vt eadem limitatione 27. num. 4. & num. 16. tradit *Lancell.* & amplius contemptus Iudicis, cum Praetoris Maiestas vindicari debeat, dicit *Olord.* in his terminis in *conf. 206. num. 1. in fin.* relatus à *Lancell. eod. loco*, in specie nostra celsat utrumque, quoniam venditio processit palam, & publicè præcedente decreto eiusdem Iudicis Commissarij creditorum cum emanatione bannorum, & accensione candelæ, ex quibus resultat sine dubio bona fides, ad *tex. in l. final. ff. de ris. nupt. l. non existimo ff. de administ. sui. Iser. in cap. 1. S. si vero de feud. guard. Imol. in clem. 1. de consang. & affin. & in l. frater à fratre ff. de cond. indeb.* nec contemptus Iudicis est considerabilis, cū idem Iudex decretum interposuerit pro venditione, quodque liberaretur Terra, non Principi, sed plus offerenti, præcedente quoquæ appretio facta à Tabulario Neapolitano electo ab eodem Iudice, & licet creditores citati non fuerint, hoc non inducit attentatum, cū sufficiat, venditicem adjisse Iudicem eudem plenissimè de omnibus informatum, ex actis antecedentibus, cuius ordine venditio perfecta fuit, & cessante contemptu Iudicis, attentatum quoquæ remouetur, cuius venditionis creditores notitiam habuerunt ex his, quæ mox subsecuta fuerunt in ipsorum beneficium, vt infra latius explicabitur.

8 Confirmatur hæc iustitia Principis ex alio, quia attentata dicuntur illa, quæ sunt contra litem, si unum petiunt, & aliud ex aduerso innouatur, secus si secundum, vel præter litem, vt not. *Io: Monac. in Rub. vs lit. pend. in 6.* & pro singulari posuit *Ant. Corset. in verbo appellatio in 6. limit.* & latius docet *Lancell. ead. par. 2. cap. 4. declar. 1. numer. 4. & seq. fol. mihi 156.* in casu

nostro creditores vrgbant pro venditione, & venditio processit instanti matre, & Balia cum decreto eiusdem Iudicis, vt eisdem creditoribus satisficeret, sicquæ actus venditionis redditur conformis instanti creditorum, non contra deducta per eos, & proinde locus nō est remedio attenuatorum, & si pretendunt se læsos in venditione, est eis cautum per remedium ordinarium; sed de læsione in scriptis non loquuntur, nec vñquam de læsione, quæ non intercessit, doce-re potuerunt ex infra notādis, in qua instantia requiriatur causæ cognitio audito Principe.

9 Denique citra omnem controvēsiam inanis est prætensio creditorum, quorum aliqui paulò post venditionem publicè factam præcedentibus bannis, & licitatione, & omnibus notam dimissi fuerunt à Principe emptore præsenti pecunia, ex pretio Terræ prædictæ facta cessione iurium in beneficium Principis, & retrouenditione in beneficium Dōnæ Hyppolitæ Palaganæ, quām pluribus alijs Princeps vendidit tot introitus annuos, facta similiter retrouenditione, & cessione vt supra, & de his non est tractandum, nonnulli verò partem crediti receperunt à Principe ex pretio eiusdem Terræ, & ijdem nouissimè insteterunt cōtra Principem pro deposito duc. 18. mill. quos sibi retinuerat in compotum maioris summæ debitæ Francisco Albritio creditori d. Don Lutij, cuius ipse Princeps est legitimus successor ex transactione inita cum Regio Fisco, tunc prætenden-te confiscationem bonorum d. Francisci ex foriudicatione.

Ex hoc sequitur, quod & si omnia supradicta non intercessissent, quæ penitus tollunt remedium attenuatorum, nihilominus creditores, qui pro venditione instare potuissent, recciperunt partem aliquā crediti à Principe vti emptore Terræ prædictæ, reccessisse videntur à iure sibi competente

tente pro venditione, ad *tex.* clarum  
*in l. de lege in fin. ff. de leg. commiss.* qui  
*tex.* loquitur in parte crediti accepta,  
& dum valuerint agere pro venditione,  
vel pretium petere, tunc pretium  
tatummodo petendo similiter à ven-  
ditione recessisse videntur *l. Aemilius*  
*Largianus vers. dicebam magis posse ff.*  
*de minor.* nec variare licebit, & ad  
venditionem redire; sed excludun-  
tur ex sola pretij petitione *l. si fundus*  
*§. 1. & l. post diem ff. eod. tit. de leg. com-*  
*miss.* nec defunt Authores affirmātes,  
quod ex sola pretij petitione dicuntur  
creditores petentes venditionem il-  
lam approbare, ut testatur *Crauet. in-*  
*conf. 159. num. 5. Cephal. conf. 51. num.*  
*15. vol. 1. Surd. conf. 60. num. 13. vol. 1.*  
*Menoch. conf. 98. num. 43. & in tracta.*  
*derecup. poss. remed. 15. num. 123.* Ex  
quibus quicad remedium attentati  
remanet prætensio creditorum vana,  
& sinè aliquo fundamento, cum om-  
nes venditioni cōsenserint, vel ratam  
habuerint, recipiendo pretium, & pe-  
tendo in iudicio, fieri depositum re-  
stantis pretij prædicti pro summa præ-  
dictorum ducatorum 18. mill. iam pro  
maiori parte liberatorū creditoribus  
instantibus, sinè dubio illa venditio,  
quam ex prædictis ratam habuerunt,  
vel expresse, vel permissuē petendo  
pretium apud acta, remanet perpetuō  
valida, ex *tex.* singulari in *l. Rura C. de*  
*omn. agr. desert. lib. 11.*

10 Nec pro creditoribus est applica-  
bilis doctrina *Bart. in l. eum, qui certa-*  
*rum ff. de verb. oblig.* de qua per *Capyc.*  
*in decis. 33. & 46.* quoniam in casu  
*Bart. & Capyc.* etiam si simpliciter pro-  
cederet, agitur de executione facta  
contra debitorem super uno fundo,  
qua nō obstante licebit creditori va-  
riare, & exequi facere super alijs bo-  
nis, quo usq; fuerit sibi satisfactū, causus  
autē noster longē diuersus est, quia si  
creditores pōtuissent instare pro ven-  
ditione Terrę, nō obstante venditione  
facta Principi, petendo deinde ab  
eodem pretium, ratā habuerunt ven-

ditionem, quam ipsi creditores pro-  
ptereā fecisse videntur *l. in ædibus §.*  
*quod filius ff. de donat.* nec amplius  
poterunt vti eorum priore iure, nec  
variare licet, & recessisse dicuntur à  
prioribus iuribus competentibus pro  
venditione anteā petita ex iuribus, &  
authoritatibus superiūs allegatis.

11 Postremò, quoad prætensam læsi-  
onem creditores prædicti hac via non  
egerunt, nec læsio in promptu demō-  
stratur, cum ad illam deducendā re-  
quiratur causæ cognitio auditio Prin-  
cipe, & si creditores replicabunt, læ-  
sionem allegari non ad instituendum  
iudicium pro læsione; sed ad magis  
colorandum, & confirmandum re-  
medium attentati. Adhuc, dum læsio  
consistit in facto, non sunt audiendi  
creditores tantum vigore scripturarū  
productarum, cum sit inspicienda  
læsio cum maxima causæ cognitione  
vtraque parte audita, cum possit fa-  
cillimè Princeps demonstrare con-  
trarium, alias esset tollere Principi  
defensionem quoad læsionem prædi-  
ctam, & celsante remedio attentati ex  
allegatis superiūs, si creditores præ-  
tendunt læsionem in venditione, quā  
ratam habuerunt, specificè iudicium  
instituere debent pro laſione, si enim  
pretium Terrę prædictę à Principe  
emptę esset minus quantitate in ap-  
precio contenta ultra sextam, tunc  
dici posset constare de læsione in-  
promptu inspecto tempore venditio-  
nis, & alia probatione opus non es-  
set; sed quia Princeps ad tollendam  
hanc futuram vexationem maius pre-  
tiū obtulit, ultra appretium pro sum-  
ma ducat. 8. mill. creditores, qui se  
fundant in læsione, refelluntur ex ap-  
precio cōtinente summam ducatorū  
87. mill. & si conqueruntur de appre-  
cio, & de maiori valore, ultra ducatos  
95. mill. solutos à Principe, incipere  
non posunt à venditione, sed quando  
constiterit plenè de læsione tépo-  
re cōtractus auditio Principe, tūc Sae.  
Cōsil. more solito iustitiā ministrabit.

12 Non obstant oblationes productæ pro afflictu Terræ prædictæ ad rationem ducat. 5000. cùm sint scripturæ priuatæ, & insuper concernentes tempus anni 1609. quod non est attendendum; sed tempus venditionis anni 1616. Releuium similiter non obstat, quoniam summa in eo contenta non est iuxta enunciationem; sed aucta ex informatione capta, ex qua essent faciēdæ deductiones, ultra pretium olei, & recollectionem oliuarū, quæ inæqualiter contingere solent, & pariter continet tempus anni 1610. non venditionis. Oblatio nouissima duc. 111. mill. est nullius considerationis, cùm offerantur duc. 21. mille præsenti pecunia, & reliqui super introitibus cum Regia Curia, qui efficiunt oblationem longè minoris summe, & oblatio facienda esset præsenti pecunia, sicut Princeps soluit creditoribus, à quibus cessiones obtinuit. Nec oblatio, quæ ad præsens fieret in pecunia numerata, sufficiens esset pro læsione, cùm inspiciendum sit tempus venditionis, quo tempore inspecto stante appretio cessat prætentio læsionis.

13 Et pro veritate attendendæ sunt oblationes factæ tempore, quo creditores instabant pro venditione in Regia Camera, quarum maior continet summam duc. 75. mill. & pro maiori parte super introitibus Regie Curiae, cùm maxima quantitate tertiarum recursarum inexigibilium.

Nec est mirum, q̄ hodiè valor Terræ sit auctus, tūm ob temporum mutationem, ex qua stabilia maximè feudalia receperunt incrementum, tūm etiam ex meliorationibus factis in plantationibus oliuarum, & in alijs corporibus notabilis summæ, & maximæ considerationis, vt suo tempore demonstrabitur. Ideòquæ creditores pro læsione alia via eorum iura proponere debebunt reiecta prætentione venditionis, absque alia causæ cognitione.

14 Donna Hippolyta pupilla nō allegat læsionē, & quando instabit, promptus erit Princeps demonstrare contrarium, iudicio super hoc instituto, & si fortè prætendit restitui etiam ad lucrum iuxta tex. in l. ait prætor §. fin. cum l. seq. ff. de minor. cum alijs addutis per Consiliar. Rouit super Pragmatica I. de minor. num. 13. cumseq. non tamen admittitur omni tempore; sed proximo venditioni Iudicis arbitrio, vt testantur Doctor. ab eodem. Consiliario remissiuè allegati, quæ prætentio non cadit in casu nostro, cùm ex alio, vt dictū est, valor Terræ prædictæ auctus sit, & insuper nequè pro lucro competenteret Donnæ Hippolytæ pupillæ restitutio contra Principem pupillum æquè priuilegiatum, qui certaret de damno, ad tex. in l. verum §. fin. ff. de minor. & quando deliberauerit experiri, tunc Princeps de prædictis, & alijs maioribus pro sui defensione docebit.

15 Deniquè ex quatuor creditoribus nunc instantibus, Aloysius Capycius primus in ordine recepit à Principe emptore in solutum dationem pro eius credito expreſſè approbādo venditionem, & cautelam adhibendo in beneficium Principis, etiam pro quātitate duc. 1000. pro quibus erat posterior in quocunque casu euictionis. Ideòquæ ipse idem non potest esse causa euictionis, nec venire contra venditionem approbatam l. mater tua C. de reiuend. l. si fundum per fideicommissum ff. de leg. I.

Carolus Filomarinus creditor in duc. 1000. capitalis pluries instetit pro deposito pretij, & liberatione.

Gubernatores Ecclesiæ Sæcti Angeli ad Nidum similiter, & ex pretio depositi obtinuerunt liberationem.

Particulares Sæcti Viti non docent de eorum credito, & neq; erant in iudicio tempore venditionis factæ per Zenobiam, nec ante, & si quid prætendunt hodiè ordinariè agere debent.

Camilla

Camilla de Bononia à Principe emptore recepit mediante instrumento duc. 215. & cessit iura, & ipsa principaliter pluries instetit pro deposito restantis pretij, & ratione paragij est sibi cautum super Terra, pro rata tamen competenti liquidanda iuxta decretum.

Et ultra q̄ omnes ex actibus prædictis, petitionibus, & liberationibus ratam habuerunt liberationem prædictam, aduersus quam amplius nō datur regressus, ex deposito facto remanent liberandi duc. 4000. in circa, & superest intactum creditum Don Lutij super Terra Macchiæ in beneficiū creditorū lögè maioris summæ; ideoquæ iustissimè prouidendum erit, non esse locum petitis per creditores.

16 Fuit decissum, procedi ad venditionem.

---

#### ARGUMENTVM.

De Castris munitione multùm priuilegiata multiplici ex causa.

S V M M A R I V M.

1 Causa delineatio.

2 Castris concessio duplex.

*Et inter utramque maxima consideratur differentia.*

*Castrum est necessarijs muniendum pro pluribus annis, & cum ratione, & num. seq.*

*Principis prouidentia circa annum commendatur.*

*Castellanus de leuissima culpa, non autem de casu fortuito tenetur praeterquam quod si culpa præcesserit casum.*

*Idque exemplis illustratur.*

3 Maxima solertia, & solicitude est ad-

bibenda circa Castris munitionem.

*Presertim ne deficiat annona.*

*Quæ res illustratur Romanorum exemplis.*

4 Pauperes tumultum exquirunt, ut currant ad spolia.

*Inuitijs. Rex noster tam Religione, quam potentia conspicuus.*

*Regis prudentia maxima quæ?*

5 *Annona de recenti tangi nequit, donec vetus fuerit erogata.*

*. . . corruptam cum incorrupta licitum est immisceri.*

*. . . vetus melius distribuitur, & consumitur in pane cocto, quam in frumento.*

*. . . in ipso emptionis actu destinata pro victu, si postea vendatur, ex quo non superuenit necessitas, est immunis à gabellæ solutione nu. 6. in fin.*

*Annonam emens à Principe, exceptus est à vectigalis solutione.*

7 *Constitutione propria legislator non ligatur.*

*Lege generali nunquam derogatur priuilegio speciali, siue singulari, nisi de ipso fiat mentio, ibid. in fin.*

8 *Ciuitatis motium.*

*Eiusque confutatio.*

*Castrum est Ciuitatis caput secundum Roman.*

*Idque ampliatur.*

9 *Decretum Collateralis Consil. remisit siue hic enunciatum.*

10 *Alterum Ciuitatis motium.*

11 *Quod multis refellitur modis, & numer. seqq.*

*Non entis nullæ sunt partes.*

*Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem. num. 12. in fine.*

*Actus agentium non debent operari ultra ipsorum intentionem num. 15. in fine.*

*Verba intentioni deseruiunt.*

19 *Arbiter tenetur aequè arbitrari.*

20 *Deciso.*

PRO

Pro Castellano<sup>o</sup> Castris  
Noui.

## C O N S I L I V M XX.

 V M Regius Castellanus Castris Noui fuissest in possessione , sicut Antecessores à tēpore immemorabili vēdi facere panem extra Castrum : imposta deinde noua gabella in beneficium Ciuitatis circa frumentariam annonam , meritò institit , non molestari in eius possessione , & libertate , in qua reperiebatur , & iustissimè quoquè in anno 1598. per decretum Collateralis Consilij fuit prouisum , licere vendi facere panem ; ex eo quod superesset extra Castrum , dummodò vnico tātummodò furno vteretur , & se concordaret cum Arrendatoribus gabellæ Ciuitatis , quod decretum Maiestas Catholica iussit absque contradictione obseruari per binas literas directas Comiti Benaventi , pro quarum exequitione , & obseruantia aliud fuit interpositum decretum per Collaterale Consilium de mense Aprilis 1610 . audit a fidelissima Ciuitate , non obstante banno medio tempore emanato ..

Aduersus prēdicta nouissimè comparuit Arrendator gabellæ prēdictæ coadiuuante Ciuitate , allegans , Castellanum , eiusque Fornarium hac immunitate gaudere non posse , nisi respectu quantitatis , quæ remaneat ex taxa ordinata quoad personas in Castro commorantes , limitata iam in modijs 6612 , iuxta numerum mille centum , & duarum personarum ibidem existentium , non autem simpliciter ratione totius quantitatis panis , qui in unico furno qua-

libet die coqueretur , quæ ascenderet ad modios viginti , & vnum milie in perniciem Ciuitatis , & hoc modo prētenditur interpretari debere decretum anni 1598. ad quod referuntur literæ suæ Maiestatis , & ultimum decretum Collateralis Consilij .

Sed verè prētensio ista nullam habet subsistentiam , & directè contradicit decretis , & literis Suæ Maiestatis , quæ exequitioni demandatæ sunt , & illarum exequutio modo aliquo impediri non potest , prot ut extat decisum ex infra scriptis .

Etenim clarum est , quod si à Rege Castrum alicui donatur , vel successione transfertur , teneretur Castellanus suis sumptibus Castrum reficere , & sufficienter munire , secus verò , sicut in casu nostro , quando daretur Castrum ad custodiam , quo casu omnia essent subministranda expensis Regis , ut benè distinguit Gregorius Lopez partita secunda , tis . 18. leg. prima glos. quinta , verū tūcumquè sit munitiones non sunt præparandæ pro imminentि necessitate singulis annis ; sed abundantissimè pro pluribus annis pro futuris obsidionibus , cùm multa possint succedere ex improviso , & sic venerandi sunt illi Principes , qui prouidi sunt in regendo , facientes prouisionem annonarum pro futura penuria , restatur optimè Julius Ferrerius in tract. de re milita. in tit. de obsidione locorum , & de eorum necessaria prouisione numer. 22. cum sequent. fol. mihi 343. Ideòquè Castellanus tenet etiam de leuissima culpa , & licet , si Castrum perdetur per violentiam inimicorum , non teneretur , cùm sit casus fortuitus leg. in rebus in principio , vbi notatur ff. commodi , nihilominus si culpa præcessit violentiam , tunc tenetur , ut quia non habebat custodes sufficienes , vel arma , & victualia .

V sufficien-

sufficientia, ita ex mente Alberici in leg. fin. ff. de custodia reorum posuit Gregorius Lopez loco citato glos. 10. & Martinus Laudens. in tit. de Castellan. & Castris tomo 16. tractatum quæst. 5.

3 Munitiones namque Castrum non debent habere limitationem, nec ex improuisa necessitate ex improviso munitiones, & victualia introduci in Castrum; sed debent præparari etiam non cogente necessitate, & habere in Castro rationem abundantis Aerarij, cum dici soleat, quod qui frumentum non præparat, vincitur sine ferro, & ad præsidium, & obsidionum moras substinendas parvulatio, & annona non habent medium, nisi ante condita, dicit optimè Petr. Gregor. Tholosan. de Republ. lib. 11. cap. tertio numer. 13. & 14. Vbi ait, defectu annonæ multis expeditiones irritas fuisse, & Populum Romanum nedum in Vrbe, sed in plerisque Oppidis habuisse condita acetum, frumentum, lardum, & alia necessaria, & penurie cruciatu ex improviso quam plurimas Vrbes in deditonem redactas fuisse refert Ferreccius loco citato, est enim officium prudentis curare, ne deficiant annonæ munitiones, & alia necessaria, cum possit occurtere tumultuosum scandalum iuxta tradita in l. 1. C. de frument. Vrb. Constantinop. lib. 11. & per alia iura tradit idem Iulius Ferreccius loco citato num. 3.

4 Nec dicat aliquis, hanc necessitatem non imminere, Deo adiuuante, sub dominio potentissimi Regis nostri, quoniam temporibus nostris hæc & alia vidimus ex improviso tumultu, qui excitari solet à viris popularibus, & pauperibus infime conditionis, vt currant ad spolia Isern. in cap. bac editali num. secundo de pace iurament. firm. vbi Afflict. num. 18. & latè Luc. de Pen. in l. ad sub-

eunda post num. 4. C. de Decurio. lib. 10. sed licet hæc longè absint, & abesse speratur sub clypeo immensæ Religionis, & potentiae invictissimi Regis nostri, quem Deus optimus maximus cum eius posteritate fœlicissimè secundet usque in finem sæculi, adhuc prouisio victualium semper, & ubique præparanda est, quamuis non necessaria, & hoc esse debet commune votum, quod annona abundantissimè præparetur, & quod nullo tempore pro invasionibus, siue obsidionibus deseruire debeat, quoniam maxima est Regum prudentia considerare futura, & tenere omnia benè munita annonis, & alijs necessarijs pro victu, & bello, etiam si de nulla hostium obsidione dubitetur, quæ posset inopinatè accidere, & damnum postea foret, & dedecus, argumento tex. in l. hac prouidentissima C. de quibus muner. nemini liceat se excusar. lib. decimo, tradit Ferreccius in dict. tract. in tit. seq. de obsidionum prouisone num. 4. fol. mihi 346.

Ex his necessariò sequitur, quod dum frumentum in Castro debet abundantissimè superesse, prudentis Castellani erit, illud in dies, prot expedire videbit rehouare, & ne priùs incipiat noua erogari frumenta, quam vetusta fuerint consumpta, aut si hæc fuerint corrupta tantum misceatur ex recenti, quantum sufficit ad velandum corruptionem, vt colligitur ex notab. tex. in leg. prima C. de condit. in publi. horre. lib. decimo, vbi Ioan. de Platea latè, & Petr. Bellin. de re milit. tom. 16. tractatum tit. 6. de annonis fol. 356. Sicquè nedum expediens, sed necessarium est quotidie prouidere de annona frumentaria, & vetus frumentum consumere, & si absque difficultate pro renouatione annona permitta est venditio frumenti veteris;

ris, subrogando nouum, vt in dict. l.  
1. multò fortius licebit illud vende-  
re potius in pane cocto, quām in  
frumento, vt tradit *Ioan. de Platea in*  
*dict. l. 1. C. de frument. Vrb. Constan-*  
*tinopolitan. num. 2.*

6 Immunitas ergo, siue potius hæc  
libertas Castellani non debet ref-  
tringi ad quantitatem frumenti, quæ  
singulis diebus necessaria foret pro  
victu militum Castris prædicti; sed de-  
bet intelligi pro tota illa quantitate,  
quæ in Castrum introducitur ex cau-  
sa annonæ prædictæ, quæ tota dici-  
tur necessaria ob dubium euentum,  
& respiciendo futura ob casus repen-  
tinos, qui succedere possent, vt di-  
ctum est, & quamvis ex euentu po-  
stea appareat superflua, talis eu-  
entus non est in consideratione, & suf-  
ficit, quod ab initio fuerit reputata  
necessaria, quoniam dicetur emptio  
facta pro vsu Castris, non causa mer-  
cimonij, & successiuè quamvis ex  
accidenti vendatur, cùm non super-  
uenerit necessitas, non esset soluen-  
da gabella, cùm fuerit frumentum  
destinatum pro victu, & vsu Castris,  
quod ab initio sufficit ex traditis per  
*Alexand. in cons. 7. in fine lib. 3. ex*  
*mente Bart. in l. cetera S. fin. numer.*  
*3. ff. de legat. primo, & Bald. in l. pri-*  
*ma S. unde querit Offilius ff. de*  
*exercitor. action. Castell. in leg. pri-*  
*ma Tauri in glos. en los dichos luga-*  
*res folio mihi 19. colum. prima, ver-*  
*siculo, quod etiam facit ad ea, Aze-*  
*ued. lib. 9. recopilatio. tit. 18. leg. 3.*  
*num. 9.*

7 Insuper si hæc prouisio fieret à  
Rege, nulli dubium est, quod Regi,  
vel personæ ab ipso deputatæ lice-  
ret frumentum renouare, & vetus  
consumere, prout libuerit, absque  
restrictione, vel solutione gabellæ,  
cùm certum sit, quod etiam emens  
à Principe frumentum non tenetur  
veftigal soluere, vt per *Bart. in l. li-*  
*citatio S. mercatores ff. de publicanis*

*Dec. cons. 48. & cons. 51. in principio.*  
Tantò minus ipse Rex pro re sua  
frumentaria renouanda ex annona  
Castris non teneretur, nec ligare-  
tur gabella imposta ex ipsius con-  
stitutione ad tradita per *Ioan. An-*  
*dream in regula cui licet de regul. iur. in*  
*6. Bald. in l. digna vox ff. de legibus,*  
*Roman. cons. 444. in fine*, modò si  
Castellanus nomine Suæ Maiestatis  
hanc diligentiam exhibit, prouiden-  
do Castrum, vt decet, nulla ratione  
ex tām laudabili actione cogendus  
erit suis sumptibus frumentum intro-  
ducere absque utilitate, dum in ca-  
su prædicto Regem repræsentat, &  
gaudere intendit ea facultate, qua-  
ceteri Antecessores frui consue-  
runt, etiam vigore amplissimi pri-  
ilegij Suæ Maiestatis, ex quibus ne-  
dum Ciuitas conqueri non potest;  
sed sine scrupulo Castellanus posset  
prætendere, non teneri ad solutio-  
nem gabellæ, etiam pro venditio-  
ne panis extra Castrum proceden-  
tis ex frumento introducto in Ca-  
strum pro vsu, & etiam pro abund-  
anti prouisione annonæ, tanquam  
necessaria ex superiùs allegatis, &  
dum hac facultate vsus est iuxta con-  
suetudinem immemorabilem Ante-  
cessorum ex priuilegio Catholicæ  
Maiestatis, noua superueniens con-  
stitutiò inducta gabellæ generalis  
non deberet comprehendere Ca-  
stellanum, cùm de illo mentio spe-  
cialis facta non fuerit ad sex. cla-  
rum in leg. *Decurionibus C. de Silen-*  
*tarijs lib. 12. de quo per Bald. in*  
*l. non plures in fine C. de Sacrosanct.*  
*Eccles. Itaque grauamen potius præ-*  
*tendi posset ex parte Castellani pro*  
*suo interesse, & Regis.*

8 Nec erit in consideratione dam-  
num allegatum à Ciuitate, quod Ca-  
stellanus tempore fertilitatis non  
emit à Ciuitate frumentum, quod  
Ciuitati superabundat, quodque ex  
venditione panis resultat interesse.

Arrendamenti gabellæ , sicquè longè minùs consequitur ex Arrendamento in damnum Ciuitatis , & Ciues libentiùs concurrunt ad emendum panem in Castro ob ipsius bonitatem , quā extra , & in casu necessitatis Ciuitas offert prouisionem frumenti congruentem consignare Castellano pro vñ Castris , dummodo interdicatur venditio panis extra Castrum ; siquidem prædicta leuia sunt , & nullius considerationis , Castellanus enim pro munere sibi iuncto tenetur introducere frumentum ex omni parte perfectum , in cuius emptione Ciuitas nullo modo potest se intromittere ; sed tantum Regia Camera ex ordine Suæ Maiestatis , & esset magna subiectio Castellani , & Regis expectare consignationem frumenti Ciuitatis , vel minùs perfecti , siue per cartellas , quod nimis periculosum est , & inconueniens submittere Castrum Ciuitati , & ab eadem recipere frumentum pro necessaria prouisione Castris , immò omnino id prohiberi debebit , vt nihil commune habeat Castrum cum Ciuitate circa prouisionem frumenti , sicut pluriès experientia docuit , & ex historijs clarissimè colligitur , nec indecens esset , Ciuitatem subuenire debere Castro pro annona frumentaria , si opus esset tempore sterilitatis , cum Castro sit caput Ciuitatis , vt dicit Roman. d. cons. 444. num. 3. & optimum prouinciam totius Regni , hedum Ciuitatis , ob quod resecanda est tanta subtilitas Electorum in re concernente publicam utilitatem , & defensionem totius Regni , cessante quoquè interesse Ciuitatis , vt inferiùs dicetur .

Concursus verò Ciuium ementium panem in Castro ob ipsius perfectionem allegari non debebat . Primò , quia si statutum est , vt Fornarius Castris vtatur vñico tantum

furno , non resulrat aliud inconueniens , cùm vltra non extendatur facultas Fornarij , & rectius est , vt vñdatur bonus , quā improbus panis , immò hac via inconueniens esset priuare Castellanum , eiusquè Fornarium libertate vendendi panem prædictum confectionum ex frumento , quod superest , & renouatur , qui canibus mitendus non erit . Secundò , quia si panis , qui ab exteris emitur in Castro est vndique perfectus , laudandus erit Fornarius Castris , cùm ceteris sit exemplum , & petere contrarium , vt improbus panis vendatur à Fornario Castris , esset iniquitas potius Electorum , quā recta administratio Ciuium .

9 Prædicta , quæ allegantur , non ponuntur , vt denuò discussiantur , vel quòd noua , seu iterata decisio ne opus sit ; sed tantummodo , vt cognoscatur , iustissimè fuisse interpositum decretum Collateralis Consilij , iā exequutioni demandatū ordine Suæ Maiestatis , vt supra relatum est .

10 Superest , vt rejciatur vnum obiectum ex parte Ciuitatis , quæ bene agnoscens , exequutionem decretorum impediri non posse , & minùs esse audiendam aduersus specificè ordinata per Suam Maiestatem , prætendit , decreta Collateralis , ac Regias literas interpretari debere , vt liceat Castellano vendi facere panem superextantem ex taxa facta modiorum 6612. quoniam respetu taxæ gaudere poterit hac facultate , & non vltra in præjudicium Ciuitatis , & Arrendatoris , quæ oppositio facillimè diluitur ex infrastrictis .

11 Primò , decretum Collateralis anni 1610. & literæ suæ Maiestatis loquuntur de decreto anni 1598. quo tempore taxa ratione personarum existentium in Castro ordinata non erat ; sed fuit deinde demandata in anno 1606. Proinde decretum non poterat loqui de

de eo, quod superesset ex taxa, quæ nec imaginariè tunc poterat considerari, & non entis nullæ sunt partes *i.eius*, qui in Prouincia ff. si cert. petat.

12. Secundò, taxa non fuit ordinata ad finem restringendi venditionem panis vigore decreti anni 1598. infra taxam, cùm de hoc verbum quidem non appareat; sed processit ex eo, quòd dum pro quantitate necessaria pro victu personarū commorandum in Castro gabella solui non debebat, & pro venditione panis extra Castrum conficiendi, ex vnico furno solui debuisset gabella iuxta ordinem suæ Maiestatis ad euitandam confusione, & fraudem, ignorata quantitate necessaria pro victu personarū Castri, fuit ordinata taxa, iuxta quam gabella exigi non debuisset, non autem quòd venditio panis prouenientis ex vnico furno restringi debuisset ad summam taxæ: immò taxa fuit ordinata in beneficium Castellani non ad finem limitandi venditionem panis de eo, q superesset de taxa prædicta, nec Castellanus opus habebat venditione panis in dies consignandi militibus, & alijs personis deseruientibus in Castro infra taxam; sed ad finem, vt vltra taxam potuisset vendi facere panem extra Castrum prouenientem ex vnico tantùm furno iuxta decretum Collateralis, & litteras suæ Maiestatis, ideòq; inducta ad vnum finem, seu ad augendum non debent operari contrarium, nec diminutionem *i.3. S. si emancipatus ff. de bonor. possess. contra tab. Tiraquel. de ll. connubial. glof. 8. nu. 68. Alex. cons. 32. num. 5. vol. 5. Franc. Marzar. cons. 26. num. 44. cum seq.*

13. Tertiò, respectu quantitatis limitata pro taxa non eslet opus licentia, nec solui debet gabella ex notoria immunitate Castri, si modò venditio intelligi deberet respectu panis restatis infra taxam, & de venditione, quæ fit extra Castrum, solueretur gabella,

sine dubio veniret imposta gabella, etiam respectu taxæ, quæ emanauit pro immunitate gabellæ personarum immunium, quod eslet absurdissimum.

14. Quartò, dum Castellanus prætentebat habere libertatem vendendi, nō restrictam, prout antecessores antequam gabella imponeretur, & ex hoc potuisset inferri maximum damnum Ciuitati, placuit Principi, eiusq; Collaterali Consilio conueniens arbitrium facere circa frumentum, quod Castellanus consumere debuisset ex necessaria, vel abundantia annona Castri, & quòd Ciuitas cōqueri non potuisset, & propterea fuit ordinatum, vendi panem superextantem ex vnico tantùm furno, nulla facta distinctione alterius taxæ, sicq; sufficit non alterare decretum quòd ad venditionem panis, ex vnico furno proueniētis absque alia limitatione, de qua decretum non loquitur.

15. Quintò, taxa fuit ordinata respectu panis deseruientis in Castro verisimiliter, venditio verò concernit panem vendendum extra Castrum, quæ fuit limitata respectu quantitatis proueniendæ ex vnico furno, proindè intelligi non poterit quòd suministratam destinatam intus Castrum non vendendum regulariter extra Castrum, & hæc fuit ratio, & intentio Superiorum ordinandi taxam, vt venditio fieri potuisset de quantitate vltra taxam, procedente tamen ex vnico furno, & sic actus agentium regulatur ab intentione *i. vltim. C. ne vxor pro marito, l. obligationum substantia in fin. ff. de act. & oblig. l. non omnis, vbi Dec. & Ias. ff. si cert. petat. & verba intentioni deseruiunt capit. 2. requiris de appellat.*

16. Sextò, si in Castro nō debuisset coqui panis, nisi p quātitate necessaria p victu personarū Castri, vana fuisset limitatio vnius furni ex duobus. Primò, quòd si tantùm modij 6612. consumi debuissent, parū intererat, quòd

in uno, vel pluribus furnis coquere-  
tur. Secundò erat notorium, quòd  
vnico furno superfluu erat pro pa-  
ne coquendo pro personis Castris.  
Ideò impertinens fuisse limitare vni-  
cum furnum pro quantitate persona-  
rum Castris tantum. Propterea, quia  
decretum hoc non respexit, sed fa-  
cilitatem limitauit pro vnico furno,  
alia limitatio addi non debet.

17 Septimò, si venditio panis restrin-  
geretur ad quantitatem restantem ex  
taxa ordinaria pro numero persona-  
rum Castris, inutile redderetur priui-  
legium Castellani, cùm parum, aut ni-  
bil esset necessarium vendere extra  
Castrum. Et insuper dum Castellanus  
pro sui munere tenetur abundantem  
prouisionem frumentariam facere, &  
conseruare sufficientem saltem spa-  
tio trium annorum, vt Doctor supra  
citati testantur, & dietim frumentum  
vetus consumere etiam in pane co-  
sto, & aliud contiuò renouare, re-  
manente semper in Castro quantita-  
te prædicta, si modò ultra taxam præ-  
dictam prohiberetur venditio extra  
Castrum, illud frumentum, quod su-  
pereslet renouandū, & immittendum  
semper ex alio, ex recentiori recolle-  
ctione cogeretur Castellanus in mari  
proiçere cum damno irreparabili, vel  
teneretur introducere tantummodò  
quantitatem in dies necessariam pro-  
victu quotidiano degentium in Ca-  
stro, & hoc perniciosius esset, cùm  
succedente casu necessitatis, aut ste-  
rilitatis, vel improuisi tumultus, aut  
alterius populi cōcipationis, siue ob-  
fisionis, custodia Castris nimis pericu-  
loſa redderetur sine culpa Castellani,  
ideò tutius erit concedere venditio-  
nem panis extra Castrum, ex vnico  
tantum furno procedentis.

18 Ultimò, si in specie tractatur de vé-  
ditione panis extra Castrum cum  
solutione gabellæ cōcordatis Arren-  
datoribus, retento vnico furno tan-  
tum, nulla ratione interpretari debe-  
bit, quod ad summam personarum Ca-

stri, quæ immunes sunt à qualibet ga-  
bella, & proindè non esset interpre-  
taris, sed reuocare decretum, & Regias  
literas, quod esse non posset.

19 Consideretur deniqùe, quòd ne-  
què versatur interesse Ciuitatis, cùm  
soluatur gabella pro quantitate, quæ  
venditur extra, quæ solvi non debe-  
ret expriuilegio Castellano compe-  
tentis, vt supra, & minùs Arrendatorū,  
qui non debent petere gabellæ solu-  
tionem pro eorum arbitrio, sed quod  
æquum visum fuerit ad tex. notab. in l.  
*Si libertus ita iurauit ff. de oper. liber.* &  
quod æquum est, iam fuit ordinatum  
iuxta solitum.

Ex quibus remanet fundatum, de-  
creta Collateralis, & Regias literas  
debere exequutioni demandari, pro-  
vt simpliciter loquuntur.

20 *Et ex prædictis decreta Collateralis  
precedente maxima discussione, & plus  
riles Partibus auditis confirmata fuerunt.*

## ARGUMENTVM.

In eadem causa aliud mo-  
tiuum.

## SUMMARIVM.

*I Sententia secunda Sacr. Conf. & pri-  
ma conformis licet expreſſe non  
imponat perpetuum silentium, illud  
tamen virtualiter impostum cen-  
ſetur.*

*Et ita alias iudicatum secundum D.  
de Ponte.*

*Appellatio interdicta reperitur de  
iure communi à tribus sententijs  
conformibus.*

*Nec non duæ eandem babebunt virtu-  
tem, si Statuto caustum reperiatur, à  
duabus conformibus non esse permis-  
sam prouocationem.*

2 Verbo-

- 2 Verborum formalitas in sententijs nō curatur; sed effectus, & substantia.  
3 Exceptio rei iudicata quando locum habeat.

Super eadem materia.

### C O N S I L I V M XXI.

**N** beneficium Castellani Castrum Noui per Collaterale Consilium cum maxima causæ cognitione fuerunt interposita duo decreta quoad facultatem vendendi panem extra Castrum audita fidelissima Ciuitate Neapolis, quæ decreta cùm sint in effectu conformia amplius reuideri non possunt, & ex eis censetur impositum perpetuum silentium, quamvis in vltimo decreto expressè non fuerit impositum perpetuum silentium, id enim in sententijs, quæ paratam habent exequutionem, & à quibus semel datur reclamatio à iure subintelligitur, vt amplius de eadem re tractari non possit, non secus, ac si specificè fuisset impositum perpetuum silentium vigore Pragmaticæ, quod tacite impositum censetur, decisio est punctualis Bald. in l. quis tamen s. si arbiter in 3. notab. ff. de arbit. probat tex. apertus in l. si quis aduersus, ibi victusq; denuò fuerit nullam habebit licentiam iterum supplicandi C. de precib. imper. offer. de quo in individuo loquitur de Ponte, referens ita iudicatum in conf. 58. à nu. 14. usque in fin. vol. 1. & sequitur Regens Rouitus in Pragmatica 5. de offic. Sac. Consil. num. 12. vers. item amplia, sicut enim non datur appellatio de Iure communi à tribus sententijs conformibus, ita binæ sententiæ habent vim trium sententiarum conformium, quando à duabus non est permissa alia prouocatio vigore statuti, sicut in casu nostro, ita Couar. pract. quest. cap. 25. in fin. sequuntur alij quā

plures relati per Caesar. Barzium decif. Bononiensi 54. num. 2. & 3. proindè amplius molestari non potest, vt expressè continetur in ultimo decreto.

2 Et quamvis vltimum decretum nō dicet, quod fuerit benè prouisū per primū, nihilominus sufficit decreta in effectu esse cōformia, & licere vti vnicō tantū furno cū facultate vēden- di extra Castrum panem superabundantē ex prædicto vnicō furno, oppa- sitis non obstantibus, quemadmo- dum primo loco fuerat prouisum, cū non sit consideranda formalitas verborum; sed effectus, & substantia, vt considerat Couar. loco citato à num. 6. & Tbesaur. decif. 228. num. 2. & decif. 122. quem sequitur D. de Franch. latè cumulans in decif. 664.

3 Nec obstat, si dicatur, Ciuitatem prætendisse, ex alio declarari facultatem vendendi extra Castrum panem superabundantem, intelligi debere de quantitate necessaria pro victu perso- narum existentium in Castro, & cùm super hoc vnicū, & vltimum decre- tum fuerit interpositum, videtur præ- tendi posse dari reclamationem, si quidem hoc assumptum Ciuitatis nō continebat nouum caput, aut diuer- sum iudicium; sed idem, quod ab ini- tio fuerat tractatum de eadem re, an scilicet vti potuisset Castellanus hac facultate quoad vnicum furnum rā- tūm, non adhibita alia distinctione, & proindè aut idem in specie tracta- tum fuit in secundo decreto, & res sopita est, aut ex abundanti reiecta, fuit hæc declaratio petita, quæ obesse non poterat, cùm concernebat ean- dem rem, & facultatem vnius furni, licet diuerso modo, vt prætenditur, & similiter ex secundo decreto resultat conformitas, & non conceditur alia reclamatio, vel supplicatio, cùm ea- dem res iudicata dicatur, & obster exceptio rei iudicatæ, tex. est not. in l. quinta in fine, ibi ceterum cùm quis actione mutata experitur, dummodo de eadem re experiatur, & si diuerjo ge- nere

nere actionis, quam instituit, videtur de ea re agere ff. de excep. rei indic. intentum, quod si aliquid nouum proponatur in causa reclamationis, adhuc sententia dicitur conformis, & non datur locus reclamationi, quoniā alias partes semper aliquid de novo adderent, ut eisdem iterum prouocare liceret, dummodo non sit caput penitus diuersum, & separatum à primo, *Couar.* docuit loco citato, *Thesau.* d. decis. 228. & *D. de Franch.* eadem decis. 664. à num. 17. usque in finem. Proinde decernendum erit, non esse locum reclamationi petitę aduersus decreta predicta conformia, iam executioni demandata, etiam attenta forma Regiarum literarum, & cum maxima causae cognitione, ut ex allegationibus, quarum lectura ex abundanti non nocebit.

*Fuit prouisum, quod decreta Collateralis Confiliij executioni demandentur.*

#### ARGUMENTVM.

De Exactoribus publicis, siue Administris pecuniarijs, eorum officio, & obligatione aliquot scitu digna cum nonnullis alijs, de quibus in summarij.

#### S V M M A R I V M.

1. *Exactores publici non possunt pecuniam exactam in aliam pecunia speciem mutare, nec in propriam utilitatem conuertere.*
2. . . . tenentur de lata culpa, nedum de dolo, si aliquid pro mercede consequuntur.
3. . . . & etiam de leui, si penes eosdem pecuniae deponantur, & deponentium, & depositariorum gratia.

... de casibus autem fortuitis regulariter non tenentur, nisi in tribus casibus hic relatis.

2. *Depositum si transeat in mutuum, tunc sub accipientis periculo manet, tum quia in eum transfertur dominium, tum etiam quia non fit restitutio eiusdem speciei.*

*Et hoc eventu pecunia mutatio cedere videtur in depositarij detrimentum.*

3. *Contrahentium intentio est in primis spectanda.*

*Contrahentium mens, siue intentio est substantialis pars contractus.*

*Deponens si tacite consentiat, ut depositarius deposita pecunia vtatur, tunc is ad summum de leui culpa, non autem de casu fortuito tenetur, & cum ratione hic relata.*

*Pecunia mutatio, ex quo dependet à Principiis voluntate, inter foreitos casus connumeratur.*

*Monetam credere nemini aliij, quam Principi, & Ciuitatibus liberis ius, fasq; est.*

4. *Pecunia Cōseruatori, quando būiusmodi munus est annale, satis est in fine anni offerre pecuniam usu currētem, ut à debito liberetur.*

*Nec casui superuenienti manebit obnoxius, si mora non intercessit.*

*Vtima mora nocet.*

5. *Refellitur obiectio, que ex aduerso fieri posset.*

*Oblatio facta congruo loco, & tempore debitorem liberat à casu fortuito.*

6. *Administris pecuniarij differentes solutionem recipere in debitoris dānum, ex quo sciunt de proximo esse facienda eiudem pecunia mutationem, tenentur parti lese ad interesse.*

7. *Vniuersitas, siue Communitas dicitur corpus factum, quod representatur per suos particulares Administratores. Principalis depositio nunquam denegatur.*

*Idq. ampliatur, ut nu. 8.*

*Administratores publici loco Communatis deponere tenentur, veluti instructi, & generale mandatum cum libera*

*libera habentes à iure.*

*Quid in procuratore habente generale  
...natum, an is possit cogi ad depo-  
nendum ut principalis procuratorio  
nomine.*

9 *Syndici, & Procuratores Vniuersitatis  
debent iurare de veritate dicenda.  
... & bonam fidem agnoscere, nedium  
ultrò deponere tenentur.*

### Consultatio pro Administris pecuniarijs Ianuensibus.

#### CONSILIVM XXII.



Epositarius, & Conseruator publicæ pecunia regulariter non potest publicam pecuniam mutare, vel in suam utilitatem conuertere, vt Bar. posuit in l. i. C. de auri publ. persecuto. lib. 10. & in l. i. C. de his, quæ ex publ. colla. eod. lib. per Dec. cōf. 473. n. 9. & pariter de dolo tenetur, vel de lata culpa, si quid pro mercede consequitur, vt in l. s. si ut certo §. nunc videndum ff. commod. aut ést de leui ad tex. in l. i. §. si vestimenta ff. depos. vbi Castr. si vtriusq; gratia pecunia deponatur, de quo latè Bar. in l. quod Nerua ff. depos. de casu autem fortuito tenetur in tribus casibus.

Primò, si ita conuenerit l. i. §. si conueniat ff. depos. l. que fortuitis C. de pigno. act.

Secundò, si culpa pcessit casum d. l. si ut certo §. nunc videndum, Dec. d. conf. 473. col. 1. & 2.

Tertiò, si mora pcessit casum l. si in Aſta §. si ff. depos. de quo Igne. in l. 3. §. si quis quem nu. 65. ad Syllan.

2 Sed si depositum transit in aliā speciem, si dominium transfertur, dū vſus pecunia permittitur, videtur trāſire in mutuū, & tunc suo periculo, q̄a nō fit restitutio eiusdē speciei l. si quis nec causam, vbi Bar. & in l. rogaſti ff. si cert. pet. in l. Lutius, & l. die ſpōſaliorum

ff. depos. Igne. in l. contractus à num. 13. cum seq. ff. de reg. iur.

Quo casu mutatio monetæ, dū restitutio nō fit in eadē specie, videtur cedere damno Depositarij, vt habetur in l. Paulus ff. de ſolut. Anton. Gabr. latè in 3. lib. commun. opin. in tit. de ſolut. concl. 2. fol. 166.

3 Verùm quia in caſu consultatio- ni petitæ pecunia non ita datur, vt vere dominium transferatur, attendi- tur intentio contrahentium l. non om- nis ff. si cert. petat. & vſus pecunia in hoc caſu permittitur ex tacito cōfen- ſu, vt fructus ex vſu percipiat, qui ſuc- cedūt loco mercedis custodię, vt be- nè declarat Paris. conf. 131. num. 23. vol. 4. ob quod caſus fortuitus non pōt cedere in damnum Conſeruato- ris, qui ad ſummum de leui culpa te- neretur ex ſupradictis, & caſus fortui- tus eſt mutatio pecunia, quæ depen- det à voluntate Principis l. apud Iu- lianum, vel idem Julianus in fi. ff. de leg. 1. Soc. in l. quidam relegatus col. 1. ff. de reb. dub. ad quem Principem ſpectat monetā cudere, vel mutare, & pariter ad Ciuitates liberas, vt poſt Arium Pinel. tradit Eman. Suar. in 2. tom. com- mun. opin. lib. 9. tit. 19. de ſalf. monet. in princ. fol. mihi 514.

4 Insuper officium Conſeruato- ris eſt temporale, non perpetuum, cui ſufficit in fine anni offerre pecuniam vſu currentem, vt liberetur à debito, l. si quis argento, vbi glo. in verb. aſſi- matione C. de donation. ob quod mora non existente, caſus ſuperueniens ip- ſum excusat, vt in l. cūm quid ff. si cert. petat. quo tempore oblationis poterat liberari Conſeruato-, & Administra- tores officij pariter pecuniam conuer- tere in utilitatem Communitatis, & Reipublicæ, qui cūm fuerint in mo- ra recipiendi, vltima mora nocet, & attenditur ad text. clarum in l. fin. qui videatur ff. de pericul. & cōmod. rei vend.

5 Nec oberit, quòd realiter pecu- nia non ſoluitur creditoribus Com- muni-

munitatis, sed tantummodo absque reali solutione renouantur obligations per successores Administratores officij, quoniam respectu Conseruatoris ex omni parte liberabitur, ex quo aut pecunia verè solui poterat creditoribus, & oportuno tempore poterat exigi pro vtilitate ipsius Conseruatoris, & Communitatis, aut cum solutione facta renouabatur obligations, & adhuc Conseruator non debet esse in damno, cùm non fuerit in mora ratione mutationis, cùm tantudem poterat ad libitum soluere, & sufficit congruo tempore obtulisse quantitatem penè ipsum existentem, & in fine officij, vt in *l.acceptam C.de usu.l.si soluturum ff.de pigno.act.cap.significare de pignor.* cuius successor debebat introitum facere integrè.

**6** Amplius Gubernatores officij sine dubio certò sciebant proclamationem mutationis faciendæ, qui propterea distulerunt in damnum Conseruatoris pecuniam recipere tempore, quo satis ante pecuniā alijs distribuerre poterant absq; dāno vtriusq; propria ad interesse quoq; tenerentur, *Calcan.conf.13.col.antepen.* & ita credendum est, quòd scire debuissent, ad quod facit doctrina *Isern. in cap. 1. §. commercium circ.fin. de prohibit. feud. alien. per Lothar.* vbi loquitur de Cōfiliario, vel Familiari, aut Nobili, qui scire potest edictum emanandum.

**7** Restat fundare, an Administratores officij teneantur deponere narrata circa instantiā, & oblationes factas, & quidem nulli dubium est, quòd sic, quoniam Cōmunitas dicitur Corpus factum, & representatū in hoc casu per illos particulares Administratores, vt posuit *Abb. in cap.nouit sub num.2.de his, quae fiunt à Präl. sine consensu Capituli, Bart.in l.1. §. municipes num. 3. ff. de acquir. possess. proindè sicut depositio principalis nunquam denegatur l.manifeste ff. de iur.iur.loco Cōmunitatis isti Procuratores, seu Administratores publici deponere tenē-*

tur tanquam instructi, & generale mandatum habentes à iure cum libera *l.Praes C. de transact.* & in Procuratore posuit *Afflct.decis.92.* & clariū in Procuratore instructo, & habente generale mandatum *Thesauc.dec.17.*

**8** *per tot.* in tantū quòd si statutū restrin geret probationes per instrumētum, non potest denegari depositio principalis, *Felin.in cap.1.de probation.* etiam post cōclusum in causa, & si post lapsum terminum per statutum omnes exceptiones, & probationes essent sublatæ, non aufertur facultas faciendi articulos ad effectū examinandi principalem *Bald. in auth. sed novo iure C.si cert.pesat.Thom.Gram. latc consil. 4.num.18.cumseq.* & in specie in Collegio, vel Vniuersitate, quæ nō habet animam, & representatur, vt supra, quòd Syndici, & Procuratores debet iurare de veritate dicenda, habetur in *cap.præsentium, vbi glof. & latè Innoc. de testib. in 6.* Administratores ergo officij, qui non benè conscij omnium prædictorum, & qui representat Cūtitatem, nedum debent deponere, sed ultrò tenetur bonam fidem agnosce re, *l.quoties §. sicut vbi Bar.ff.de admin. tutor.* vt Conseruator indebitè damnum non patiatur.

De valida priuilegij renuncia tione infra suos terminos hīc indicatos se continente, il lius amissione per non vsum dupli extincione, nec non de simplicis priuilegij, & feudi discrimine nimis suc cincta; sed non inutilis, nec indiligens explicatio.

## S V M M A R I V M.

- 1 Priuilegio sibi concessō etiam alterius ius continentī potest quis ante illius usum renunciare secundūm Innoc. sed excipe casum, de quo nu. seq.
- 2 Clericus renunciare nequit suo priuilegio in fauorem totius ordinis clericālis inductō.
- Priuilegij duplex renunciatio, expressa scilicet & tacita.
- Priuilegium per non usum perit, & extinguitur, adhibita tamen declaratio, de qua hic. & nu. 4.
- 3 Feudum ex pacto, & prouidentia illius est naturē, vt possessor sibi, non autem sequentib⁹ vocatis, qui proprio iure nituntur, possit praejudicare.
- 4 Priuilegij non usus cōtingere potest tām in persona illud obtinentis, quām descendētum ab eo.
- Et utroque casu extinguitur priuilegium.
- Priuilegium, quod nō à Patre, sed à Genere, & Principis concessione deriuatur, semper descendantib⁹ remaneat incolume, licet nō sint ultimi morientis heredes.
- immunitatis Nobilib⁹ concessum eiusdem est qualitatis.
- Cum distinctione tamen, & declaratio, de qua hic.
- Nepos interdum ex Aui persona gaudet priuilegio non obstante patris cōtrauentione.
- Priuilegij extinctio duplex, personalis, & realis, & utraque exactè hic declaratur.
- 5 Feudi concessō multūm distinguitur à sola, & nuda priuilegij concessione.
- Priuilegium per decennij non usum extinguitur secundūm Riminal. ibid. in fine.

## Pro Creditoribus Marchionis Triuici.

## CONSILIVM XXIII.

- 1  P  Riulegium à Principe concessum, non est dubium, posse renunciari etiam si ius alterius cōtingat ex doctr. Innoc. & sequacium in cap. conquestione de restit. spoliat. & tantummodo prohibitum
- 2 est alicui renunciare priuilegium, quando introductum est in fauorem publicum non separabile à priuato, vt in priuilegio concessō clericis cap. cūm contingat de sentent. excommunic. Sesse declarat decis. Aragon. 74. nu. 59. & potest quis renunciare priuilegium vel expressè, vel tacite per actum cōtrarium, & per non usum; si tamen causus vtendi se obtulerit, & usus non sit, aliās si facultas vtendi non contigerit, priuilegium nunquam moritur etiam transactis mille annis Bart. in l. filijs C. de decurion. lib. 10. & in l. cūm scimus post princ. C. de agricol. & censit. lib. 11. glo. in cap. Abbate S. Siluani in verb. ibidem ante fin. de verb. signific. Padilla in l. falso C. de diuers. rescript. Iaf. & ceteri in l. fin. ff. de const. Princ. Fab. de Anna conf. 59. num. 74. & 95. & conf. 129. nu. 8. & 10. In casu autem nostro cūm Ciccus Loffredus feuda cum vasallis non haberet tempore concessionis priuilegij exceptis introitibus feudali bus Terræ Griptæ Minardæ, dum deinde castra emisset cum assensu pro se, & hæredibus, attenta etiam forma in Regno, poterat, & debebat declarare velle vti priuilegio cōcessō à Cesarea Maiestate, item dum viuens fecit donationem dictorum introituum feudalium Pirro secundogenito, poterat vti priuilegio, & nihilominus egit totum contrarium, donādo Pitro introitus pro se, & hæredibus in perpetuum, & demum testando similiter contra priuilegium disposerit, vt latius in



in allegationibus per Dominos Collegas exaratis dictum est, ex quibus sine dubio priuilegium remanet extinctum.

3 Difficultas modò videtur residere in eo, quòd dum ex priuilegio resultat ius in beneficium descendantium ex Cicco proprio iure, etiā quòd non essent hæredes, videtur, quòd Ciccus potuerit sibi præjudicare, non autem descendantibus, dum feuda assumunt naturam feudi ex pacto, & prouidentia ex traditis per Isern. in cap. 1. col. 4. circa fin. de success. feud.

4 Pro resolutione aduertatur, quòd dum priuilegium per non usum, vel contrarium usum moritur, intelligitur nedum respectu priuilegiati obtinentis priuilegium, qui usus non est, cùm posset, sed etiam respectu descendantium ab eo, quia redditur priuilegium omnino nullum, & inutile, latè comprobatur Seſſe in decis. 5. à num. 17. cum seq. & fortius etiam in his, quæ in liberos descendunt non à patre, & sic non tanquam hæredes vigore priuilegij, sicut de priuilegio immunitatis nobilibus concessso, ex quo ius à genere, & Principis concessione, non à patre remanet filijs, & descendantibus incolume iuxta tex. in l. 3. ff. de interd. & relega. l. si te C. de ingen. & manumis. cum similibus, ad hoc priuilegium tollitur etiam in præiudicium descendentiū cùm distinctione infrascripta, nā aut illud ius erat perfectè causatum, & in esse productū, antequā pater fecisset actum contrarium, & tunc factum subsequens patris filijs, & descendantibus non præiudicat, alijs sequus, ita declarat Oſalora de nobilitate 2. par. 3. par. cap. 9. à num. 9. & Gutierrez pract. questionum lib. 3. cap. 18. in fin. declarat esse intelligendum, quando ius non erat perfectum in possesso præsupposito priuilegio, si enim priuilegium suisset antea in esse productum ab alijs ascendentibus maioribus, tunc factum alterius personæ intermedię non nocet, & sic nepos

ex persona Aui gaudere posset, non obstante facto contrario patris, secus verò si à patre initium sumit, & ius in possessore perfectum adhuc causatum non est, nec in esse deductum, vt ibidem declarat idem Author optimè à nu. 11. cum multis seqq. cùm verò tempore vitę Cicci impetrantis nunquam priuilegium habuerit effectum, siue exequutionē; immò semper contrarios actus, & dispositiones, etiam quia feuda adhuc acquisita nō erant, potuit Ciccus nedum priuilegium renunciare, vt diximus, sed sibi, & descendantibus præiudicium inferre, quia priuilegiū tollitur per actus contrarios respectu omnium, & successorum perpetuò, est namq; natura priuilegij, vt licet omnibus in eo contentis ius acquiratur, tamen inferiores successores vti possunt priuilegio, si maiores, & priores gradu non amiserint, nihilquè fecerint contra priuilegium, & extincțio priuilegij est realis respectu ipsius priuilegij, comprobatur latissimè Garsia de nobilitat. glof. 6. fol. mihi 140. à vers. & primò cù multis seqq. vbi videndus est, & cōtraria, quæ allegantur de iure quæfito ex Principis concessione, & de feudi alteratione, quæ fieri non posset in præiudicium descendantium, procedunt in donatione, seu concessione feudi, vel emphyteusis facta à Principe, tunc enim cùm Princeps beneficium confert donando feudum pro concessionario, & descendantibus, concessioonis forma alterari non potest, nec descendantibus præiudicium inferri, securus verò cùm Princeps non feuda, sed nudum priuilegium elargitur, quia tunc ratio descendantium non constitit in concessione feudi, sed in solo priuilegio, & eisdem à patre obtinente per renunciationem priuilegij per actus contrarios posset præiudicari, ita optimè respondendo contrarijs fundatis in concessione feudi allegatis antea per eundem Garsiam eadem glof. 6. à fol. 135. vers. 4. & 6. respondit

dit latè sol. 142. post vers. præterea, & propriè in vers. at verò argumenta cōtraria, & allegat Riminal. in cons. 388. vol. 2. à num. 15. vbi quòd cùm non potuissest conseruare priuilegium posteris, etiam ex non viu decennij, cōsuluit posteris ex natura feudi, dicens se non esse in casu priuilegij; sed feudi tempore illius cōcessionis. Ex quibus remanet resolutum, potuissest. Cicum obtinentem renunciare priuilegium, etiam per actus contrarios in illis occasionibus contingentibus, etiam in præjudicium successorum, & descendantium, quorum ratio fundarion non poterat, nisi in solo priuilegio.

*Fuit iudicatum pro fideicommisso quod ad feuda paterna, respectu verò Terræ Mötis falconis contra fideicommissum in beneficium creditorum, quod feendum peruererat à matre, quamuis expressum in præuilegio, quod mater expressè non acceptauerat, & sic fuit exequutum, & processum ad vēditionē Terræ prædictæ.*

## ARGUMENTVM.

Iudicis prorogatio quando sibi locum vindicet. Et nūm Domini Consiliarij Sac. Consil. sint Iudices ordinarij, vel delegati.

## S V M M A R I V M.

### 1 Casus presentis controuerzie.

*Iurisdictio Partii cōsensu prorogatur. Sed declara, & limita multis modis, ut num. seqq.*

### 4 Rescriptum Principis regulatur à presibus.

*Iurisdictionis prorogatio facta intelligitur secundum qualitatem Iudicis, cuius iurisdictio prorogatur.*

### 6 Decisionis factæ validitas nullam cōnexione habet cum prorogatione infuturum.

### 7 Iudex competens exequitur decisæ per

*Iudicem prorogatum.*

*Prorogatio nō extēditur ultra sententiā. 8 Iudicis prorogati facultas non se extēdit ad nouas petitiones, in quibus est necessaria specialis prorogatio.*

*9 Regg Consiliarij non possunt se intromittere, nisi in causis sibi commissis. Quarum distributio in unaquaque Aula fit per Spec̄t. Praef. S.C. . . sunt ordinarij, & non delegati Iudices, prout rationibus, & Doct. auctoritatibus confirmatur.*

*Inter quos affertur insigne testimoniū Domini Consil. Carleual. omni virtutum genere cumulatissimi.*

*10 Prorogatio cōmemorata cessat, si particularis lex refragetur.*

*Legis, vel Principis prohibitio non potest per Partes tolli.*

*11 Deciso.*

## Pro Marchione Fuscaldi.

## CONSILIVM XXIV.

**N** articulo prouisionis faciendæ per Collaterale Consilium, quis debeat esse Commissarius causæ grauaminum inter Vniuersitatē Paulæ, & Marchionem Fuscaldi, illius vtilem dominum, allegat Vniuersitas, Cōfiliarium Rouitum, nūc Regentem meritissimum fuisse legitimè constitutū Cōmissariū, & nūc in eius locum Consiliarium Patignū successorem durante absentiā, iuxta decretum D. Regentis Valenzuela, non obstante prouisione facta per D. Præsidentem ordine Eminentissimi Cardinalis ex duobus.

Primò, quia grauamina sunt noua non dependentia ab antiquis.

Secundò, stante cōsensu Marchionis in personā D. Rouiti, ex quibz iurisdictio prorogata fuit, ad sex. in l. 1. ff. de iudic. & in l. 1. C. de iurisd. omn. iud.

Sed pro responsione ad vtrunqè assumptum est aduertendum, quod grauamina primo loco proposita per

Vniuersitatem Paulę fuerūt commis-  
sa Consiliario Rouito, recognito au-  
tem processu grauaminum præcedē-  
tium, & antiquorum producta fide  
Secretarij fuit causa commissa per  
Præsidentem Consiliario de Ianua-  
rio. Cùm verò Vniuersitas reclamas-  
set ad Collaterale Consilium, & esset  
facienda prouisio per D. Regentem  
Valézuela, qui iam domi decreuerat,  
confirmari decretationē Præsidentis,  
non facta prouisione per Collaterale  
Consilium, impedita per Vniuersitatē  
sub prætextu suspicionis Marchionis  
Corleti obtinuit ab Eminentiss. Car-  
dinali Borgia, inaudito Marchione,  
quòd Consiliarius Rouitus procede-  
ret in causa, non obstante transitu ad  
M. C. & cùm fuisset replicatum de  
subreptione, non facta mentione gra-  
uaminum, adhuc pendentium in pro-  
cessu antiquo, & minus quòd pen-  
debat prouisio facienda per Colla-  
terale Consilium, vigore alterius  
memorialis obtinuit Vniuersitas sub  
die 24. Augusti, quòd idem Consiliarius  
Rouitus procedat, ex voluntate  
Eminentissimi Cardinalis, & sic  
Procurator Marchionis, tunc absen-  
tis à Ciuitate, cùm dictis ordinibus  
resistere non valuisse, coactus fuit  
comparere, & tueri iura Marchionis  
producendo tempore decisionis gra-  
uaminum aliquas scripturas. Et fue-  
runt grauamina decisa per Dominum  
Consiliarium Rouitum domi, sub die  
3. Septembris 1620. excepto quarto  
grauamine quòd ad excubias in Ca-  
stro, respectu cuius fuit reseruata  
prouisio facienda in Sacro Consilio,  
quod grauamen aliàs fuit propositum  
in Sac. Confil. in anno 1576.

Item etiam ad præsens inter gra-  
uamina fuerunt proposita alia duo  
quòd ad qualitatem carceris, & nego-  
tiationem serici, vt in primo, & nono  
grauaminibus, & hæc similiter pende-  
bant in primo grauamine.

Ex quibus tollitur primum assump-  
tum Partis, cùm inter grauamina

ad sint prædicta aliàs proposita in pro-  
cessu prædicto, cum quo meridò gra-  
uamina prædicta sunt vniqa, ultraquè  
indistinctè in omnibus causis graua-  
minū proceditur coram successore,  
etiam si diuersa continerent, & sub-  
reptitiè Vniuersitas rescripta impe-  
travit, non facta mentione grauami-  
num pendentium in dicto processu,  
quæ diuidi non debent.

<sup>2</sup> Tollitur etiam secundum assump-  
tum, in quo Pars facit magnum fun-  
damentum, de consensu Marchionis,  
qui accessit ad domum Cōfiliarij Ro-  
uiti tempore, quo obtinuerat memo-  
riale remisso Collaterali Consilio, &  
consensit, grauamina secundo loco  
proposita decidi per eundē Consilia-  
riū Rouitum, siquidē respectu graua-  
minum primo loco decisorum non-  
adest consensus Marchionis, tunc  
absentis à Ciuitate Neapolis, & licet  
comparuerit Procurator, & Aduoca-  
tus, id fuit ex necessitate, stante com-  
missione Eminentiss. Cardinalis Bor-  
gia, & sic ex coacta comparitione  
non inducitur prorogatio, ad not. per  
Bald. in l. 1. in fin. C. vbi de crim. agi  
opor. Bero. in c. at si Clerici nu. 40. de iudic.  
immò consensus in Iudicem datū  
per Superiorē, cui resistere non po-  
terat, non importat prorogationem.  
l. si quis ex consensu iuncta glas. fin. C. de  
Episcop. audien. latè Barbos. in l. 1. art.  
3. num. 47. cum seq. ff. de iudic. & so-  
la comparatio non censetur facta ani-  
mo prorogandi iurisdictionem, & cō-  
sentendi in Iudicem Socin. optimè  
in conf. 108. colum. fin. in fin. vol. 4.  
quem sequitur Anch. Reginens. quæst.  
5. nu. 5. & Procurator comparuit, ne  
deteriùs contingere in decisione  
grauaminum, si non comparuisset,  
& stante hoc timore non potuit in-  
duci prorogatio l. nihil consensui ff.  
de regul. iur. latè prædicta refert Rau-  
dens. conf. 28. num. quarto, & quinto,  
volum. 1. Cùm igitur necessariò com-  
parere debebat, actus factus ex ne-  
cessitate non inducit prorogationem

Ang.

*Ang. in l. sed & si suscepit in principio num. 2. ff. de iudic. Bald. in authentica offeratur num. 2. per illum sex. C. de lis. contest. Barbos. d. art. 3. num. 73. Ideò què cessante prorogatione quòd ad caput indecimum procedere debet Cōsiliarius de Ianuario, ad quem cognitio spectat, vt infra.*

**3** Quò verò ad grauamina secūdo loco proposita, etiā decisa excepto quarto capite, quāuis Marchio cōfenserit, adhuc prorogatio cessat ex infrascriptis.

Primò, quia Marchio non consensit simpliciter; sed tantummodò respectu illius prouisionis facienda grauaminum secundo loco propositorum, vt ab eodem D. Rouito (quē tantoperè affectabant Vniuersitas, & particulares) detegeretur eorum iniustitia, reseruando deinde prouisionem circa controuersiam Cōmissarij, vt significalit Eminentiss. Cardinali Borgiæ (qui laudauit actionem Marchionis) & facta iam decisione grauaminum, porrecto memoriali quoad decisionē differentiæ Commisarij, non obstantibus literis, attentis Pragmaticis cōmisit Domino Valenzuelæ, vt prouideret, ad quem cognitio pertineret, ex quo resultant infrascripta.

**4** Primum, quòd literæ Eminentiss. Cardinalis fuerunt ab eodem reuocatæ, & ex integro demandata cognitio Commisarij, quoniam aliàs id nō decreuisset, cùm id à sua mente depédebat, & decretatio, quòd Regens faceret iustitiā, nō poterat intelligi iuxta contenta in literis, sed ex alijs iuxta supplicata, ad quam supplicationē decretatio refertur iuxta tex. in l. si defensor S. qui interrogatus ff. de interrog. action. DD. cumulat Menoch. conf. 180. nu. 2. lib. 2.

**5** Secundum, quòd Marchio videtur consensisse in Consiliariū Rouitum, & respexisse qualitatem Iudicis l. Episcopale vbi Bart. & Caſt. n. 2. C. de Episc. aud. Dec. conf. 3. nu. 8. & conf. 25. ad fin. Iaf. in l. si quis aduersus nu. 3. C. de precibus Imper. offer.

**6** Tertiū, quòd ex hoc tantummodò inducitur validitas decisionis factæ, non autem prorogatio in futurum, vt decidit tex. ex aduerso ponderatus in d. l. i. C. de iurisd. omn. Iudic. ibi intelligitis vos, acquiescere debere rei ex consensu vestro iudicata, & notat ibi glos. in verb. Iudicibus in fin. Et hoc videamus passim obseruari quoad decisiones, quę fiunt in Reg. Camera, & sic à Procuratore Césaris, sicut loquitur tex. in d. l. i. quæ, etiam si cognitio spectaret ad Sac. Consil. vigore Pragmaticæ, ex consensu resultatæ ex compariationibus collitigantib⁹ etiā sciētum, cognitionē. spectare ad Sacr. Consil. nō redundunt in ualidæ, & quoad alia resultat dissensus, sicut expressè colligitur ex memoriali porrecto eidem Eminentiss. Cardinali, ob quod subsequutus fuit nouus ordo pro commissione.

**7** Quartū, quòd exequutio decisorū à Iudice prorogato spectat ad Iudicē cōpetētem, & intelligitur facta prorogatio vsq; ad sententiam, dicit glos. in l. 2. ff. si quis in ius voca. & in d. l. Episc. Guid. Pap. latè conf. 174. n. 3. vers. ad secundum, Alex. & Iaf. in l. cùm quædā puella ff. de iurisd. omn. Iudic. Mar. n. in 4. p. distinct. 12. n. 19. Alex. in l. à Diuo Pio §. 1. sub nu. 6. vers. vel etiam ff. de re iudic. & Raud. in d. conf. 28. n. 43. vol. 4.

**8** Ampliū, iurisdictio Iudicis prorogati ex consensu prædicto non extendit super nouis grauaminibus fortè proponēdis, nisi iurisdictio fuisset specialiter prorogata, etiam super nouis petitionibus lo: And. in c. 1. de sequest. poss. & fruet. circa fi. Guid. Pap. conf. 45. nu. 2. & sic dum in alijs grauaminibus proponēdis procedere debebit Cōsiliari⁹ de Ianuario, tātò magis quoad nō decisa, & exequutionē decilorum idē Commisarius procedere debet.

**9** Deniq; vt omnia ex aduerso ponderata tollantur, aduertendum est, q; Regij Consiliarij non posunt se intromitere, nisi in causis sibi commisisis, vt in Pragmatica 9. de offic. S. C. &

*Pragm. 10.c.5. Pragm. 14. & Pragm. 16.* facta distributione in unaquaq; Aula per Pr̄esidētē, vt in *Prag. 41. c.6. & sic Cōmissarius tantū procedere poterit, & causam commissam non transferri de una Aula ad aliam. Nec dici poterit, Regios Consiliarios esse Iudices delegatos: quoniam dum Pr̄esidens causas committit, non aliter delegat; sed tantummodo causas distribuit exercitando exercitium iurisdictionis, quā Consiliarij sanè habent aptitudine, licet non actu, vt de Rotæ Romanae Auditoribus habetur in *decis. Rotæ 60. & 61. in tit. de appellatio. in nouis, & in Rubr. de offic. delegat. decis. 13.* posuit pulchre *Felin.* in *Rubr. de rescript. in 3.col. in vers. hos quinque, & in Rubr. de offic. & potesta. Iudic. delega. in 3.col. num. 4. vers. quāero, utrum Auditores, optimè *Bal.* in *l.fin. C. vbi Sena. vel Claris. num. 4.* vbi loquitur de Auditoribus Dominij Sabinēsis, & dum ipsis causæ demandātur, dicit, hoc nō esse per modum delegationis; sed per modum distributionis, seu repartitionis curæ (vt ipse dicit) cùm ipsi de cetero iurisdictionem obtineant ordinariam, & melius idem *Bald.* testatur in *l. pr̄incipimus C. de appellat.* quod si tales Iudices dati sunt ad vniuersitatē causarum à Principe, qui creare potest ordinarios Magistratus, vt ordinarij sunt reputandi, nō vt delegati, loquens propriè in Auditoribus, quorum est certus, & determinatus numerus, quiquè aliter de causis non cognoscunt, nisi eis nominatum demandetur, & ipsum sequitur *Felin.* in *cap. licet nu. 5. in fin. de offic. ordinar.* & proindè videtur prorogari posse iurisdictionem in Iudicem ordinarium ex consensu, quoniam amplissimus Pr̄esidens, dum causas committit Regijs Consiliarijs, delegationem non exercet ad opus tribuendi iurisdictionem, sed ad finem excitaendi illam, quæ à Rege pridiè demandata fuerat tempore, quo creati fuerunt Regijs Officiales, & ipse Pr̄esidens exequitur**

officium Regium sub nomine, & dignitate Principis iuxta rex, notabilem in *l. pater ex Prouincia in fin. ff. de manumis. vindict.* & distribuit causas eius arbitrio, & distributione facta Regijs Consiliarij procedunt in causis, non antè attenta forma *Pragmaticarum* predictarum.

Vtrunque articulum nouissimè satis magistraliter, & nimis accurate examinavit *D. Cōs. Carleual.* omni doctrina, & virtute ornatissimus in suo insigni *trat̄. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quest. 8. seq. 4. à nu. 1151.*

10 Hoc stante, dum ex *Pragmaticis* ita prouisum reperitur, & indistinctè obseruatum, cessante commissione, nullo modo ex Partium consensu potest induci prorogatio in Iudicem, cùm adsit prohibitio Principis, siue Statuti, contra quam per Partes veniri non potest *l. 2. S. sed & Iudex ff. de Iudic. l. testamenta omnia C. de testament.* & *l. repetita,* & ibi *Bald. num. 1. in fin. C. de Episc. & Clericis, Dec. conf. 18. num. 5. & Barbos.* videndum in *d.l. 1. art. 1. nu. 105. in fin. & seq.* & ob id, etiam si Partes consentiant in Iudicem, requiritur commissio Pr̄esidentis. Idcircò sublata commissione Eminentis. Cardinalis Borgiae, & eius ordine nouissimo, & cessante prorogatione, sinè dubio prouidendum erit de commissione in personam Regijs Consiliarij de Ianuario iuxta decretationem Pr̄esidentis.

*Et sic fuit iudicatum in Collaterali Consil. tempore Eminētis. Cardinalis Zapata.*

#### ARGUMENTVM.

Legitimæ an, & quando censeatur renunciatum per testamēti approbationem Regula constituitur negatiua cum nōnullis limitationibus, quas in-

in præsenti facti figura amplexa est Rota Neapolit. cuius decisio singularis, & notabilis recensetur in fine.

## S V M M A R I V M.

- 1 Longa facti series recensetur.
- 2 Legitima sub generali renunciatione non continetur.
- 3 . . . nec sub tacita testamenti approbatione, que inducitur per aditionem. Filius acceptando beneficium, siue legatum cum onere legitime, in illa regulariter sibi infert praetudicium.
- 3 Quæ tamen regula multas admittit restrictiones, & fallentias, & numer. seqq.  
Legitima individua approbatio est praetudicialis.  
Filius interdum excluditur à legitima nullo recepto commodo, aliquando in recompensationem alicuius vtilitatis, & inter vtrunq; casum magnum est discriminem secundum Surd.
- 4 Legitima expressa, & singularis acceptatio multis induciur modis, & numer. seq.  
Iuramentum nunquam manet sine effectu aliquid operandi.  
Testamenti approbatio ex professo facta à filio circa legitime amissionem longè distinguitur ab ea, quæ obierit, atque perfuctoriet.
- 5 S. & generaliter sensus, siue intellectus. Clausula in omnibus, & per omnia est magni effectus.  
Legitima renunciatio facta relatiuè ad testamentum non distinguitur ab expressa secundum Ruin. ibid. in fine.
- 6 Adnectitur nunc alia Paris. limitatio ad eandem regulam negatiuam.
- 7 Commemoratur decretum M.C.V. interpositum ad relationem quondam magnifici Ioannis Baptista Melioris, tunc Iudicis illius meritissimi.
- 8 Clausule non aliter, nec alio modo vis, atque effectus.

- 8 Legitima grauamen quando subsistat secundum Cuman.
- D. Reg. Rouit. illustri, & condigna celebratur laude.
- 10 Subsequitur Decisio Sac. Consil. ad relationem Dom. Consil. Sanfelicy Administri integerrimi, & omnibus absoluti numeris.

## Pro Julio de Sangro.

## C O N S I L I V M XXV.



Vcretia de Marinis egit in Sacro Consilio pro consecutione ducatorū 300. capitalis, rescisso contractu, pro quibus emerat à quondam Raymundo de Sangro annuos ducat. 54. ad vitam Lauræ Pinellæ filiæ, petens assistantiam super annuis introitibus spectantibus ad dictum quondam Raymudum pro capitali ducatorum 6. mill. possessis per Iulium de Sangro fratrem, & per aliam supplicationē similitè pétit assistantiam, non obstante quavis dispositione, seù prohibitione, aut substitutione facta per quondam Antonium de Sangro communem patrem dictorum Raymundi, & Iulij, quæ officere non potest in legitima dicto Raymundo competente.

Iulus verò cōuentus allegat, aetrem super dictis annuis introitibus obtinere non posse, quoniam illos nō possidet vti hæres dicti quondam Raymundi; sed vigore dispositionis, & substitutionis paternæ, & licet dicta Lucretia prætendat in dictis ducatis 6000. esse inclusam legitimam competentem dicto quondam Raymudo debitori, in qua onus imponi non poterat, adhuc ex infra scriptis patebit, legitimam esse in substitutione inclusam ad beneficium Iulij conuenti, non obstantibus prætensis per aetrem, pro cuius claritate hoc breue factum subnecatur.

Antonius de Sangro communis pater, qui possidebat certas partes feudorum in Aprutio, ubi viuitur, & succeditur iure Longobardorum, instituit in eis omnes filios pro æquali portione, deinde considerans tenuerunt ipsius patrimonium, dispositum, ut Raymundus, & Iulius filij secundo, & tertio geniti renunciare debuissent in beneficium Fabritij primogeniti omnem portionem competentem super feudis praedictis, & si Fabritius consequeretur ducatos 20. mill. cum bona gratia Lucretiae de Metrano matris, in eum casum dicti Raymundus, & Iulius etiam quilibet ipsorum habere debuisset ducatos sex mille, includendo eorum legitimam, & dictorum ducatorum sex mille esse deberent usufructuarij tantum eorum vita durante, & in casu mortis sine filiis unus succedat alteri, & decentibus dictis Raymundo, & Iulio absque filiis succederet Fabritius primogenitus, & sui filij legitimi, & naturales, & benè conscius, ad praedicta non ascendere vires hereditatis suæ; rogauit Lucretiam vxorem, ut exequitioni demandaret dispositionem praedictam.

Et dum Lucretia deliberasset exequi voluntatem Antonij viri ad tollendas omnes controvierias inter filios, fuit initum compromissum in personam Fabritij de Sangro Ducis Vetri, qui per laudum declarauit, deberi Fabritio primogenito Terram Casę Calendę, domum sitam in Ciuitate Neapolitanę, & dicta feuda Aprutij, & praedicto Raymundo praedictos ducatos 6000. inclusa legitima iuxta formam testamenti dicti quondam Antonij patris, & quod de reliquis dicti Antonij, quam proprijs praedicta Lucretia valuisset disponere ad eius electionem, tam in vita, quam in morte, ut ex laudo lato, & stipulato per instrumentum manu Notarij Scipionis Franchi in anno 1591. de quo instrumento aperte patet, quo laudo pro-

lato volens Raymundus se conformem reddere voluntati paternæ, & laudo praedicto, & consequi dictos ducatos sex mille, in quibus includebatur legitima, quorum ducatorum 6000. esse debuisset usufructuarius tantum, seruata forma dicti testamenti, acceptando prius, & confirmingando laudum praedictum, & omnia, & singula in eo contenta, fecit renunciationem ordinata à patre, ut patet, nihil sibi reseruās, nisi successionem in dictis alijs ducat. 6000. Iulij casu, quo moreretur sine filiis, & è contra Lucretia promisit dictos ducatos 6000. vigore testamenti paterni, & laudi praedicti, & non aliter, nec alio modo.

Subsequitur testamentum, scù fidès duplicate presentata, jam expedita, in qua in anno 1596. instituto universalis herede Fabritio de Ságro primogenito, nunc Duce Casę Calendę, enunciatur legatum ducatorum 6000. factum per Antonium virum in beneficium Raymudi, & Iulij etiam pro legitima, & ratificatione eorumdem secundogenitorum, cum cessione, & renunciatione à patre ordinata, disponitur, ut eisdē integrè satisficeret pro dicta summa, ut supra legata, designando pro Raymundo certos introitus, & in specie addit, quod dicti filij secundogeniti remaneant obligati ad obseruantiam dispositionis factę per dictum Antonium patrem, ut ex testamento.

Et mortua Lucretia, Fabritius primogenitus in satisfactionem dicti legati paterni dedit insolutum dicto Raymundo introitus expressos à Lucretia matre, & cum fuissent reempti introitus olim venditi per Patrem Honorium de Pote, Fabritius iterum ipse vendidit Raymundo annuos ducatos 240. pro ducatis 3000. peruentis ex dicta retroueditione, & assignatis in satisfactionem legati paterni, & materni.

2 Hoc facio præmisso, licet sit conclusio magis communitet recepta, quodò

quòd approbatio testamenti, in quo filius expressè excluditur à legitima, eidem filio non præjudicet, nisi specialis approbatio, seu renunciatio fuerit sublequuta iuxta *tex.in l. si quādo S. & generaliter C. de in offic. testam.* vbi *Ias. num. 5. & 6. & ceteri per Socin.* *in cons. 230. vol. 2. Dec. cons. 419. in principio, Roland. cons. 26. num. 23. lib. 3. Paris. cons. 43. num. 34. lib. 3. & cons. 26. num. 40. lib. 2. Burfat. cons. 92. num. 10. Crass. in §. legitima quæst. 3. num. 9. & quæst. 38. num. 21. Eugen. cons. 38. num. 4. & 5. sicut agnoscendo iudicium paternum per aditionem, sibi filius non præjudicat, cùm ex ea resulteret tacita approbatio, vt vtrunque cōprobat *Peregrin. de fideicom. art. 36. nu. 84. & 87.* & quamuis sola aditio, & agnitus operetur in illo casu tantum, quando pater instituto filio in tali portione voluit, vt pareret oneri fidei-commissi, aliás censeretur solū in legitima institutus, tunc quia adeundo videtur eligisse legatum cum onere, præjudicaret etiam sibi in legitima, vt consuluit *Sforz. Odd. in cons. 63. nu. 24. & 25.* & docuit latè idem *Peregr. dict. art. 36. nu. 62.* nihilominus conclusio prædicta in præjudicium filij acceptantis recipit plures limitationes applicabiles ad casum nostrum.*

3 Prima limitatio est: quoniam licet simplex approbatio testamenti, vel agnitus non excludat filium à legitima, quando tamen filius approbat testamentum in illo capitulo, vbi onus legitimæ continetur, dicitur individua approbatio, & infertur filio præjudicium in legitima, vt idem *Peregrin.* posuit in *dict. art. 36. num. 88. add. optimè Surd. cons. 215. num. 32. vol. 2.* vbi ad hoc allegat *Socin. iun. in cons. 122. num. 22. & seq. vol. 1.* vbi item limitat, tunc denique esse necessariam legitimæ expressam mentionem, quādo agitur de ipsa legitima absolu-tè perdenda; non autem quando datur in recompensationem secundum *Imol.* quē ipse allegat, modò dū

vltra institutionem in dictis feudis A-prutij aliam adiçit dispositionem pro dicta summa ducatorum 6. mill. cum substitutione, inclusa legitima, prolato laudo seruata forma dicti testamenti, & sequuta approbatione huius dispo-sitionis pro consecutione dicatorum ducatorum 6000. ac facta renuncia-tione ordinata à patre portionis bo-norum feudalium, sinè dubio simplex approbatio huius particularis disposi-tionis includit etiam legitimam, attē-ta forma testamenti, & substitutionis.

4 Secunda limitatio est, quòd quando grauamē est expressū in legitima, tūc si filius scienter acceptauit prætensam dispositionem, & diu perseuerauerit, sinè dubio præjudicat sibi in legitima, & dicetur expressa, & singularis renunciatio, vt tradit *Curt. iun. in cons. 315. num. 10.* vel si ex professo accep-tauerit, dicit *Decian. in cons. 32. num. 102. & seq. vol. 2.* maximē cum iura-mento *Paris. cons. 1. num. 103. vol. 3.* quemadmodum contingit in casu no-stro, cùm mortuo Antonio communi-patre, & laudo interposito per Ducē Vetrici, subsequuta fuerit approbatio seruata forma testamenti, & laudi, ni-hil sibi reseruans, nisi ius substitutio-nis, & sic scienter, certitudinariè, & ex professo intercessit approbatio prædictæ dispositionis.

5 Tertia limitatio ineuitabilis resul-tat ex alia conclusione indubitata, quòd licet controversia sit, an suffi-ciat simplex approbatio filij ex post facto dispositionis paternæ, in qua specificè continetur grauamen in le-gitima, vt dictum est supra, de quo per *Rip. in l. in quartam num. 10. ff. ad leg. Falcid. & latissimè Cephal. cons. 153. num. 9. vol. 1.* nihilominus quando existente dispositione cum onere etiam in legitima, & vltra simplicem approbationem adsunt verba, quæ ex sui generalitate includunt onus anne-xum, & verbis adeò generalibus dic-tatur facta, vt possit dici, vel colligi, quòd habeat vim expressi, cum onere annexo

annexo ex tali approbatione comprehenditur legitima, & dicetur approbatio specialis, & individualis, sic declarando sex. in d. l. si quando s. & generaliter, veluti si filius approbauerit testamentum, & omnia in testamento ordinata Phanuc. in tract. de Inuenit. part. 7. nu. 127. & seq. allegans Curt. iun. in conf. 159. Guid. Pap. conf. 102. & alios quam plures, Ruin. latè vidēdus in conf. 56. n. 9. 11. & 12. vol. 2. Paris. optimè in d. conf. 26. num. 41. & d. conf. 1. num. 104. vol. 3. Gabr. lib. 6. commu. opin. in tit. de legitima concl. 8. num. 10. Bursat. in conf. 355. num. 38. & 39. vol. 4. Peregrin. d. art. 36. nu. 89. & Mantic. de coniect. vslim. volunt. lib. 7. sit. 8. nu. 11. Idem erit, si filius approbauerit testamentū in omnibus, & per omnia Decian. in conf. 32. num. 102. & 103. vol. 2. hoc factum individualiter, & abundantius appetet in casu nostro, quoniam antequam Lucretia communis mater deliberasset exequi voluntatem viri, fuit à Duce Vetri prolatum laudum, declarando deberi Raymundo, & Iulio ducatos 6000. iuxta formam testamenti paterni, & Raymundus, sicut ceteri fratres, volens se conformem reddere voluntati paternę, & laudo prædicto, vt cōsequi potuisset dictos ducatos 6000. in quibus includebatur legitima, vt dictum est, seruata forma dicti testamenti, acceptando prius laudum prædictum, & omnia, & singula in eo cōtentā, fecit renunciationem ordinatam à patre, nihil sibi reseruans, nisi successionem in alijs ducatis 6000. Iulij fratri vigore substitutionis, & Lucretia mater promisit soluere dictos ducatos mille vigore testamenti paterni, & laudi prædicti, & non aliter, nec alio modo, & sic nedum adest approbatio testamenti, & laudi pro testamenti exequutione subsequuti, & omnium, & singulorum in illo contentorum; sed ulterius, vt punctualiter exequetur voluntas paterna, fuit facta renunciatio ordinata, nihil

reseruando, & sufficit, quod ista approbatio referatur ad testamentum, siue ad laudum, confirmando omnia, & singula in eo contenta, quia mediante relatione dicitur facta approbatio specialis etiam quoad reliquum legitimæ, vt declarat Ruin. d. conf. 56. num. 12. & Paris. d. conf. 1. num. 104. volum. 3.

6 Deniq; alia resultat limitatio, quoniam facta substitutione ad inuicem in illis ducatis 6000. dispositis in beneficium Raymundi, & Iulij casu, quo aliquis eorum moreretur absque filiis, ultra approbationem testamenti, & laudi, & omnium in eo contentorum, fratres prædicti, & in specie Raymundus approbando testamento, & laudum, nihil sibi reseruauit, nisi successionem in dictis alijs ducatis 6000. Iulij casu, quo decederet sine filiis. Quo stante si à dicta quantitate esset deducenda legitima, substitutione reciproca non haberet effectum, prout loquitur in tota summa ordinata, & quia Raymundus ex dicta approbatione, & reseruatione voluit, substitutionem saluam fore, vt cantat, & totum transferri in casu euenientis conditionis, dicta approbatio cum reseruatione tantummodo in casu substitutionis habet vim individualis approbationis, etiam quoad legitimam in dicta summa ducatorum 6000. comprehensam, vt optimè considerat Paris. in d. conf. 26. num. 41. in fin. & num. 42. vbi videndus est.

7 Et ideo merito per M. C. ad relationem Consiliarij Io: Baptista Melioris, tunc Iudicis M. C. in anno 99. visis testamento, & approbatione, fuit declaratum, quod Iulius succedat super omnibus bonis Raymundi vigore substitutionis, ex quibus Iulius venit omnino absoluendus ab imputatione dictæ Lucretiæ aëtricis.

Quò verò ad legitimam prætensionem in bonis maternis, onus erit Ducis Calendæ primogeniti se tueri ab hac prætensione, & demonstrare, quod

quod fratres secundogeniti ex bonis paternis non poterant consequi ducatos 6000. pro quolibet, nisi Lucretia mater ex bonis proprijs suppleuisset quantitatem dispositam ab Antonio Viro, & ideo ante solutionem quætitatis prædictæ præcessit laudum Ducis Vetri, quo mediæ fuit declaratum, deberi primogenito Terram Casæ Calendæ, domum in Ciuitate Neapol. & feuda Aprutij, Raymundo autem ducatos 6000. & pariter Iulio, quodquæ de reliquis bonis, tam hæreditarijs dicti Antonij, quam proprijs prædicta Lucretia mater ad eius electionem disponere potuisset, tam in vita, quam in morte, ut supra dictum est, sicut Aduocatus Ducis pleniùs allegabit: sufficit autem Iulio, quod in dictis ducat. 6000. nullatenus molestari possit à dicta Lucretia de Mariis aëtricæ.

8 Insuper dicti ducat. 6. mill. fuerunt relicti à Lucretia matre, seruata tamen forma testamenti prædicti, & laudi, & non aliter, nec alio modo, & sic expressè includendo in substitutione legitimam, quod si secus dicseremus, non poterat Raymudus consequi ducatos ducat. 6. mill. cum ex illis verbis relictum dicebatur conditionale, si dispositioni stare voluisset, aliæ deficiebat voluntas Lucretiae, si aliter factum fuisset Bald. & Aluar. in cap. 1. quæ sit prima causa benef. amitt. Guid. Pap. conf. 163. in princip. Alex. conf. 3. num. 8. circa fin. vol. 1. Dec. conf. 160. num. 4. Bart. in l. siquidem 2. colum. in vers. nota glof. C. de exceptio. Boer. decis. 243. num. 11. Roland. conf. 62. num. 41. vol. 2. Surd. conf. 369. nu. 26. volum. 3. Crau. conf. 192. num. 22. cum in omnibus dispositio agnita exequitioni demandatur ratione substitutionis à parentibus ordinatæ.

9 Demum cum testator expressè voluit includi in substitutione legitimā, & filio reliquit ultra legitimam, illud plus censetur relictum in recompensationem legitime, vel fructus perce-

pti ex relicto ultra legitimam compulantur in legitimam ex Cuman. in l. co-bæredi S. cum filia ff. de vulga. & pupill. de quo latè Mastrill. decis. 181. vol. 2. & sic ex omni parte Iulius est absoluendus; licet in hoc adsit magna controuersia, de qua D. de Franchis decis. 522. & latè deinde consuluit Regens Rouitus summa integritate, & sapientia singulari prædictus cons. 61. num. 2. vol. 2.

10 Die 7. Aprilis 1620. referente Regio Consiliario Sanfelicio magnæ integritatis, & doctrina Viro fuit per sententiam absolutus Iulius de Sangro, in Banca de Sarro.

### ARGUMENTVM.

Clausula constituti quādo possessionem transferat. Conditionalis dispositio in quo cōueniat, & in quo differat à modali.

Modalis quot, & quibus modis possit adimpleri, & nonnulla alia in foro quotidiana multorum testimonijs explicata.

### SUMMARIUM.

- 1 *Facti species, siue casus, & numer. 2. & 3.*
- 2 *Legitima detractio est efficax causa, ne fideicommissarius sit legitimus contradictor.*
- 4 *Constitutum collatum post Constituentis obitum nihil operatur.*
- 5 *Nisi apposita sit clausula ex nunc protunc sequuta morte, & in præambula ipsius hora, & per duas horas ante.*
- 6 *Constitutum quād possessionis translatio-*

stationem plurimum refert, an sit appositorum in exequitius, vel in dispositius.

**7** Donator si constituar se possidere rem donatam nomine donatarij, per huiusmodi constitutum transferitur possessio in donatarium.

Reg. iuris est satis vulgata, eum possidere, cuius nomine possidetur.

**7** Testamentum in feudalibus non suffragatur persona iure aperto exclusa à feudi successione.

Motuum Partis ex aduerso.

**8** Quod duplicit resolutur vna cum eius replicatione, & num. seqq.

**10** Dispositio quedam dicitur conditionalis, & quedam modalis, & inter utramq; non peruum intercedit discriminus.

Est bene verum, utramque parificari in egressu.

Diverso tamen modo, prout hic subyicitur. Sed in principio nulla adest convenientia.

**11** Dictio dummodo num modum, vel conditionem importet.

Distinctione hic relata resolutur difficultas.

Verba, cum hac conditione interdam important modum.

Verba, quae suaptè natura possunt modum, & conditionem denotare, in dubio modum potius significabunt.

Verba illa saluo, & referuato Domini beneplacito non inducunt conditionem. *ibid. circa fin.*

**12** Modus duplicit potest adimpleri. Regis interest, non inuestiri de feudo ipsi odiosum, vel exterum.

**13** Feudi tenuta, & naturalis possessio potest ex Testatoris dispositione esse apud Legatarium, quo usque sibi feudi estimatio legata praestetur, quamuis feudi dominium spectet ad alium.

Testator potest expressè grauare successorem usque ad integrum feudi valorem.

Feudi hereditarij dispositio absque Regio assensu subsistit quoad fra-

Etius. *ibidem circa fin.*

Exceptio, tua non interest, impedire litis ingressum. *ibid. in fine.*

### Pro D. Beatrice Vrsina.

### CONSILIVM XXVI.

**V**dicium motum ad instantiam Donnæ Beatricis Vrsinæ Principissæ Montis Caeosij pertinentis cōseruari in possessione honorū quondam Principis Viri, & pariter instantia Alexandri de Loffredo concernunt bona stabilia burgensis, Terrā Boualinę, ac Terram Montis Caeosij, cùm reliqua bona mobilia vbiquè existentia, nomina debitorum, & anni introitus pertineant pleno iure, & absque controversia ad Principissam hæredem ex testamento, sic declaratam, non obstantibus nullitatibus allegatis pro parte dicti Alexandri.

Si agimus de bonis stabilibus, quorum Principissa cepit possessionem, quamvis Alexander alleget ad se spectare tanquam subiecta fideicomisso iniuncto pro masculis à quodam Sigismundo Loffredo, stante possessione capta à Principissa vniuersali hærede, sine dubio competit retentio, etiam existente claro fideicomisso.

Primò ratione legitimæ competitatis quondam Marco Antonio Loffredo primogenito dicti quondam Sigismundi, & patri Principis defuncti, ex communī cōclusione relata per *Ruin.* cons. 140. lib. 5. *Ioseph. Ludou. decif. Perus.* 47. num. 17. & 18. *D. de Franch. decif. 204. num. 29. & 30. & latè Menoch. cons. 722. nu. 9. vol. 8.*

Secundò ratione solutionū factarum creditoribus dicti quondam Sigismundi fideicommittentis, vt demonstrabitur, & hoc ultra restitutio nem honorum mobilium magni valoris

loris ablatorum per eundem Alexandrum in Terram Boualinæ violenter, & armata manu, res quidem inaudita, & digna animaduersione, existente hærede testamentario, post iudicium institutum ab eodem Alexander.

- 3 Quodad Terram Boualinæ lis expedita est sine cōtradictione ex scripturis in processu existentibus, ex quibus constat, Principem donasse irrevocabiliter inter viuos Terram prædictam Principissæ vxori, *ex nunc sequuta uorte, & in preambula hora mortis, & per duas horas ante, accedente assensu Suæ Maiestatis, prævia consultatione, auditio prædicto Alexander, cum maxima causæ cognitione, & approbatione personæ Principissæ, constituitque Princeps specificè Terram prædictam nomine Principissæ possidere, ex quo sequitur, quod cùm donatio non sit inita simpliciter sequuta morte, quo casu constitutio præcarij nihil operaretur, cùm tempore mortis amplius non possideret, quod est requisitum necessarium tēpore translationis possessionis, ex doctrina Angel. in l. quamuis S. si conductor ff. de acquir. possess. Negusant. de pignor. par. 2. membr. 2. num. 3. Decian. conf. 242. col. 2. vers. ulterius, Gozadin. conf. 99. nu. 13. Alex. conf. 82. col. 3. vol. 2. Syluan. qui testatur de communione conf. 92. nu. 1. Thesaur. decis. 38. nu. 5 1. & ante ipsum Afficit. decis. 335. col. 2. sed in specie donavit Princeps, *ex nunc pro tunc sequuta morte, & in preambula hora mortis, & per duas horas ante, quo casu cessat omnis difficultas, cùm eo tempore ante mortem donator constituens verè possideat, quod sufficit, vt Oldrad. posuit in conf. 114. & ita conciliantur opiniones existente clausula prædicta secundūm Bald. in authent. contra rogatus in principio C. ad Trebell. Alex. & alij in l. huiusmodi la 2. ff. de verb. oblig. Surd. in conf. 171. nu. 21. cum seqq. vol. 2. Dominus de Franch. decis. 213. nu. 1.**

6 Cessat quoq; difficultas, quoniam constitutum quodad possessionem non est appositum in fine instrumenti donationis, quod prodest respectu vniuersæ, & generalis obligationis, vt docuit Negusant. loco citato num. 2. in fine, & non posset operari traditionem certę rei donatę, iuxta tradita per Alex. & alios in l. 3. S. incertam ff. de acquir. possess. Deci. cōf. 228. & Paris. cons. 98. num. 22. vol. 2. sed specificè Terram donatam Princeps constituit se possidere nomine Principissæ, ideo constitutum adicētum ratione rei donatæ suum operatur effectum ad tex. clarum in l. cūm hic status S. si maritus ff. de donatio. inter vir. & uxor. & dicitur translata possessio, iura sunt notissima in l. quod meo, & l. interdum ff. de acquir. possess. & proindē stante donatione valida cūm assensu, non erat opus alio Iudicio quodad Terram Boualinæ, nec alia captura possessionis, & Alexander nēdum immittendus nō est in possessione Terræ prædictæ, vt petijt; sed debet à turbatione omni iure desistere iuxta instantiam factam.

7 Respectu verò Terræ Montis Caueosij, quamuis Pars alleget, Principissam vti penitus extraneam esse remouendam à possessione capta tanquam non vocatam in successione feudi prædicti, non obstante testamento, quod in feudis non operaretur in beneficium personæ, quæ iure aperto excluderetur à feudi successione ad tradita per Andr. in c. 1. & in S. inter filiam si defeud. defunct. milit. de quo latè Consiliarius de Georgio in alleg. 12. à nu. 36. cum multis seqq. nihilominus ex duobus potissimum Principissa conseruanda est in possessione Terræ prædictæ.

Primò allegat titulum, seù priuilegium Catholicæ Maiestatis, per quod fuit Principi concessa facultas transferendi Terram prædictam vñā cum titulo in personam cuiusvis, etiā extraneæ, tam inter viuos, quam in ultima

vltima voluntate, & sic feudum prædictum assumpsit aliam naturam, etiā pro bæredibus quibuscumque, & atento tenore gratiæ prædictæ, Princissa est de comprehensis in hoc priuilegio, & inuestitura, quæ est attendenda, & sic est capax possessionis Terræ prædictæ, ex dicto titulo valido ex notatis in locis prædictis.

9 Pars aduersa dicit, titulum nō prodesse ad finem adipiscendę possessoris, quoniam sunt adiectæ tres conditiones in eodem priuilegio, quod persona sit idonea, & ad satisfactionem Sua Maiestatis, quod priuilegium expediatur, & quod successor nominandus obtineat à Sua Maiestate approbationem, & confirmationem, quibus non adimplitis priuilegium nihil ponit in esse. Sed prædicta non officiunt, nec operari possunt, quin Principissa sit in possessione conservanda, & illæ tres clausulæ, quas conditiones appellat Pars aduersa, reducuntur ad vnam tantummodo, scilicet, ut persona sit idonea, & ad satisfactionem, quo casu sive dubio obtinebit confirmationem, quoniam reliqua de priuilegio obtinendo respiciunt casum translationis tituli ad aliā Terram, ut ex priuilegio legitur.

10 Nunc resolutio pendet ex vnico articulo, an priuilegium prædictum contineat dispositionē cōditionalem, cuius euentus debeat expectari, vel potius modalem, ita quod pura dicatur ab initio; resoluenda tamen sub conditione, si Rex approbare noluerit, & sive dubio si clausulæ illæ non continent conditionem, sed modum, dispositio resultans ex dicto priuilegio non erit conditionaliter contraria; sed pura, quamvis sub conditione resoluenda, si Regi non plauerit, glos. est singularis in l. 2. in verb. cōditionalis ff. de in diem adiectio. allegans duo iura pulcherrima in l. 1. & 2. ff. de lege commissor. est benè verum, quod modulus, & conditio paria sunt in egressu, quia sicuti annullatur actus non ex-

stente conditione, pariter in modo non adimpleto l. 1. C. de donat. quæ sub modo, Andr. latè in cap. 1. §. sed nec alia iustior post nu. 40. quæ sit prim. causa benef. amittend. sed diuerso modo, quoniam nō euéniente conditione actus annullatur ab initio, & nunquam dici potest, quod fuerit in esse, modo autem nō obseruato ex post facto resoluitur, & annullatur ex distinctione Bart. in l. quibus diebus §. Termilius nu. 13. ff. de cond. & demonstrat. de quo latè Menoch. in conf. 134. num. 30. cum seq. vol. 2. verū non annullat interim, nec impedit actum, ex mente Bart. in loco citato posuit Rebuff. in l. maiori parte 156. col. 2. vers. utilitas ex his resultat ff. de verb. signif. & Decian. optimè, quod interim actus valet, & sit exequendus in conf. 8. à nu. 75. cum seq. vol. 1. & quamvis in exitu æquiparantur, quia non consequitur, qui non paret conditioni, sicut qui non paret modo; inspecto tamen principio differunt, nam in conditione non datur actio, nisi extet conditio, in modo contra, nam datur actio; sed cauebit de adimplendo glos. not. in l. 1. in verbo pro conditione C. de his, quæ sub modo, & sic ad consequendum differunt dicit Andr. in cap. 1. in verbo licet circa fin. in vers. modus, & conditio quid sit inuestitura.

11 Ad dignoscendum autem, an illa dictio, dummodo, apposita in illis clausulis, importet conditionem, vel modum, conciliantur opinones cum distinctione, ex doctrina eiusdem Bart. in d. §. Termilius, quod aut apponitur actui perfecto, & denotat modum, aut adiicitur actui imperfecto, & antequā actus perficiatur, importat conditionem, Philipp. Franch. in cap. non potest §. illud nu. 6. de præb. in 6. Doct. in cap. verū de cond. appos. Molin. de primog. qui alios cumulat lib. 2. cap. 15. à num. 29. Anna in singulari 580. cum additione, Menoch. conf. 60. num. 47. vol. 1. & conf. 918. num. 7. cum seq. vol. 10. Modò Rex in priuilegio dat specificè faculta-

facultatem Principi disponendi, & transferendi Terram in extraneum, etiam in ultima voluntate, & sic actus dispositionis faciendus per Principem ex priuilegio perfectus est, nec aliquid antea adimpleri debebat, & ideo adimplementum subsequitur aetum: quia prius debebat praecedere dispositio Principis, quam modus impleri, ideoque non erit conditio; sed modus, & non impedit obligationem nasci, & implementum, quod requiritur post actum, appellatur de solemnitate effectuali, non formalis, late Menoch. dicto cons. 134. num. 33. cum seq. auctoritate Franc. Sarmient. lib. 2. select. interpretat. cap. tertio numer. primo, etenim antea dispensationem Principis, & nominationem personae in testamento nihil erat adimplendum, aut faciendum, cum intercedere debuisset mors Principis, ut testamentum suum sortiretur effectum, ut dicit Diuus Paulus, cum verò specialiter data est facultas transferendi in ultima voluntate. Dictio illa dummodo, deinde adiecta videtur apposita actui perfecto, & modum denotat, non conditionem, decisio est punctualis Thome Sanchez de matrimon. lib. 3. disputatione 33. numer. 2. in fin. vers. tandem tom. primo, auctoritate eiusdem Sarmient. qui adit, quod, vbi cunquaque concedens voluit impleri ante dispositionem, erit conditio, vbi verò postea impleri voluit, erit modus, & non conditio, siue verba de se ipsis denorent modum, siue conditionem, ut ibi numer. tertio in fin. allegans nonnulla iura, & Doctor. etiam si adfuerint verba, cum hac conditione important modum, immo vbi cunquaque verba possunt se habere ad modum, & conditionem, denotant potius modum, Bart. in l. cum mota iuxta princip. C. de transactio. Alex. in consil. 102. num. secundo per totum volum. 1. vbi in additione ad rem nostram al-

legatur sex. notab. in leg. cum ab eo ff. de coneraben. emptio. qui pariter allegatur à Molina loco citato, & à Bart. in dicto S. Termilius numer. 5. sicuti facultas concessa cum clausula salvo assensu non importat conditionem, ut per Bald. in leg. termilius num. 7. C. de fructibus, & litium expens. per Asshet. in cap. feudum ea lege num. 34. si de feud. fuer. controv. quod est fortius; modus autem hoc casu operabitur, ut obligetur Principissa ad obtainendam approbationem suæ personæ, de quo non erit aliquo modo dubitandum, cum alijs à Sua Maiestate satis honorificè fuerit approbata ultra eius notoriam qualitatem, quæ non indiget confirmatione, & modus debebit adimpleri potius per modum compulsionis, si expediat Domino, quam per modum exclusionis, ut idem Menoch. posuit in dicto cons. 134. num. 37. & ad summum poterit praefigi terminus ad obtainendam confirmationem, seu approbationem, vel quod præstetur cautio per Principissam, sicuti de modo implendo loquitur Bart. in d. S. Termilius, & glof. superius citata in dict. leg. 1. C. ac bis, quæ sub modo, ex quibus remanet firmum, validam esse dispositionem Terræ prædictæ in personam Principissæ, ac licet potuisse capere possessionem, licet subsequi debear confirmatione Regis, qui nihil aliud agere intendit in dicto priuilegio, nisi habere notitiam personæ, postquam facultas disponendi in ultima voluntate non concernebat certam personam, & Regi notitia dari debet, ne forte nominatus fuisset odiosus Regi, vel exterus, ut in alia quæstione considerat Andr. in cap. Imperialem post num. 9. colum. 3. vers. inter est de probib. feud. alienas. per Feder. sed interim actus dispositionis prædictæ specialiter in testamento concessæ validus est, quamuis approbatio requiratur ex prædictis.

13 Postremò, ex alio Principissa debet liberari à molestia Alexandri, quoniam Princeps in eodem testamento cavit, vt si aliquo casu gratia prædicta Principissæ prodesse non posset, tunc grauauit successorem in Terra prædicta ad soluendum Principissæ ducatos 84. mille, & illud plus valoris eiusdem Terræ, quam licuisset retinere usquè ad integralem satisfactionem, cuius dispositionis authoritate potuit Principissa capere possessionem, non ad finem acquirendi dominium; sed retinendi tenutam, & naturalem possessionem, quod non est inconueniens, etiam quòd dominium ad alium pertineret, vt idem Consiliarius de Georgio considerat in dicta allegatione 12. post num. 25. & possessio illa dicetur sine vitio, & donec estimatio prædicta soluetur, datur retentio feudi prædicti, vt docet Curtius iun. in conf. 30. numer. 10. vbi quòd immisso impediri non potest quòd ad possessionem, & posset opponi alteri, quòd sibi debetur estimatio, quem resert, & sequitur Lanar. conf. 80. num. 51. & loquuntur in casu fortiori in illa quaestione, quando legato feudo debetur estimatio, aliquid non expresso à testatore, quod absquè difficultate procedit in casu nostro, dum testator expressè grauauit successorem pro integro valore, quod licet fieri permittitur in feudo hæreditario, sicuti Loffred. posuit in conf. 46. relatus à D. de Francib[us] decis. prima, à num. 33. & seqq. & Lanar. dict. conf. 80. nnn. 28. & quòd insuper valuislet feudi possessionem ingredi, & retinere, quòd usquè fuerit satisfactum, quod non est prohibitum, cum Dominus non ledatur, nec contemnatur, quia videtur concessa perceptio fructuum etiam contra hæredem in feudo, non autem, quòd super feudo ius constituantur, iuxta posita per Afflict. decis. 240. num. 9. circa fin. & in decis. 26. Et

quia ex utroque capite, tamen ex priuilegio, quam ratione estimationis soluendæ, si gratia aliquo modo non sufficeret, patet, Alexandrum aliquam spem probabilem in futurum habere non posse in Terra prædicta, nullo modo erit audiendus, vt idem Consiliarius de Georgio ponderat in eadem allegatione 12. post num. 49. vñf. postremò, & Principissa conservanda erit in possessione, in qua reperitur.

*Decisionem vide in sequenti.*

#### ARGUMENTVM.

Legitima non continetur sub prohibitione, vel renūciatione generalibus verbis facta. Præcarium iunctū cum clausula *ex nunc* est magni effectus. . . . . Defuncto factum quatènus ad illius extendatur hæredem: vñ cum alijs notabiliibus, de quibus in Summarijs.

#### SUMMARIVM.

- 1 Legitima per quæcunque verba generalia non intelligitur prohibita. In eius remissione requiritur particularis renunciatio.
- 2 Clausula ex nunc populata cum præcarij constitutione quid operatur.
- 3 Partis motuum.
- 4 Multifariam, multisquæ modis confusatum, & nuseqq.
- 7 Contractus destructioni, seu reuocationi debet intervenire actus retrofamilis, prout ad illius constructionem, scè validitatem.
- 8 Scientia deducitur ex coniecturis.
9. Præcarium defuncto factum quando,

- do, & quomodo redintegretur illius heredi.
- Donatarius quando post constitueris donatoris obitum illam constitutionem possessionem amittas.**
- 20 Donator disponere censetur in successorem ab intestato, si disponendi facultas non sit usus expressè.**
- Heredes ab intestato censentur tacite vocati à Defuncto.**
- Heredis institutio simplex, prout generalis dispositio omnia complectitur.**
- Exceptis lucris nuptialibus.**
- 21 Possessionis causā quis sibi potest mutare.**
- Nec non possidere pluribus de causis.**
- Quod non conceditur in dominio.**
- 22 Contractus modalis dicitur purus resoluendus sub conditione, & interim agi potest ex eo prævia cautione de modo adimplendo.**
- 23 Motuum Partis cum eius resolutione, & num. 14.**
- Loffred. notab. traditio ex aduerso adducta, & ponderata, multis modis distinguitur, & declaratur.**
- Assensus an præstari possit super testamento post Testatoris obitum in præiudicium heredis.**
- Alienandi, vel disponendi facultas in feudalibus concedi consuevit sub varijs modis, & formulis hic relativis.**
- Quo euentu Regis tantum interesset; non autem heredis consideratur.**
- Huiusmodi autem formula, siue clausula quid importent.**
- Insigne Petr. de Greg. testimonium recensetur, & num. 15.**
- 26 Regis est electio petere seruitium in pecunia, vel in persona.**
- Fœmina nibilominus in Regno tacite videtur admissa ad seruendum per substitutum, postquam fuit habilitata ad succedendum in feudo.**
- Feudi natura semper firma manet iuxta primæ inuestitura tenorem,**
- exceptis ipsis, in quibus postmodum expressè alterata reperitur.
- 17 Donatio omnium bonorum presentium, & futurorum quamnam ratione nullitatis subiaceat.**
- 18 Frater non potest querelare testamentum fratris, nisi turpi persona instituta.**

## Pro Eadem.

## CONSILIV M XXVII.



Ræsens causa allegatione non indigebat, cùm vndiquè pateat notoria iustitia Principissæ; sed ut dubitationi locus non remaneat ex longa recitatione Aduersarij, ex infrascriptis breuiter apparebit, omnia obiecta longè distare à specie, de qua agimus quoad singula corpora in iudicio ex utramque Parte deducta.

Quoad bona fideicommissio subiecta erit aduertendum, quòd licet vinculum à Sigismundo Loffredo adiectum amplum sit, & comprehensivum quā plures casus, de legitimæ tamen deductione non loquitur, nec aliquo modo potest intelligi prohibita ex quibuscumquè verbis generalibus ad tex. cum ibi notab. in leg. quoniā in prioribus C. de inoffic. testament. sicut nec in generali renunciatione, aut approbatione filij censeretur remissa petitio, aut retentio legitimæ; sed requiritur specialis renunciatio ad tex. clarum, & vulg. in leg. si quando S. generaliter C. eodem sit. de inoffic. testam. ob quod ab omnibus communiter receptum est, requiri expressam prohibitionem legitimæ quoad dispositionem, & expressam acceptationem respectu filij, de quo latè Perigrin. ad satietatem omnia cumulans tract. de fideicommiss. art. 36. à num.

87. *cum multis seqq.* ideòquè licet in alijs casibus in fideicommisso contentis non esset alteranda forma dispositionis, cùm agimus de legitimæ retentione, nec dispositio grauantis, quæ de legitima non loquitur, obstatre poterit, nec alius contrarius poterit esse impedimento, quòminus liceat bona prædicta retinere pro deductione legitimæ competentis Marco Antonio patri Principis defuncti, dum ex aduerso non ostenditur, ex alijs bonis fuisse fortè pro legitima satisfactum, quæ conclusio indubitata est absquè controuersia.
- 3 Si agimus de possessione Terræ Boualinæ, lis à Principissa instituta non fuit, & meritò, cùm sit domina Terræ prædictæ, ex legitimo titulo donationis inter viuos conualidatæ Regio assensu Catholicæ Manifestatis, ex qua possessio, nèdum dominium; ante mortem Principis ex illa clausula *ex nunc* ex precarij constitutione per momentum ante mortem donantis translata est ex iuribus vulgatis, vt vltra alia adducta docuit per multa iura Guid. Pap. decisi. 268. Alexan. conf. 83. col. 3. vers. confirmatur hoc vol. 3. Tiraq. de iur. consti. limit. 2. num. 15. & nouum fuisset litem introducere, vbi lis cadere non potest.
- 3 Ex procuratione verò, quam Pars ponderauit, nec simulatio deduci poterit, & minus amissio possessionis ex eo, quòd Principissa fuerit constituta Vicaria etiam sequuto obitu Principis ex pluribus.
- 4 Primiò, quia in illa constitutione constituitur Vicaria, etiam quòd Terram Montis Caeosij, & Sancti Lucæ, in quibus cadere poterat gubernium Vicario nomine, & post mortem Principis, cùm respectu Terræ Montis Caeosij non poterat haberi notitia testamenti, & dispositionis factæ, nisi sequuto obitu, immò Principissæ ignorantí interim aliquid imputari non poterat, vt dicetur inferiùs, & quòd Teram Sancti Lucæ licetè poterat constitui Vicaria post mortem ex potestate substituendi concessa Principi à Hieronymo Marchesio vtili Domino dictæ Terræ, & ideò singula singulis referendo illa verba, *sequuto obitu*, diriguntur ad loca, in quibus cadere poterat.
- 5 Secundò in eadem procuratioñ dicitur expresse *citra præiudicium attuum factorum in beneficium Principissæ*, tam inter viuos, quam in ultima voluntate, & sic nèdum non infertur præiudicium; sed confirmatio omnium dispositionum.
- 6 Tertiò Principissa nihilegit in Terra Boualinæ vigore procurationis, cùm esset effecta domina irrevocabiliter, quòd dominium, & possessionem, quam nunquam amisit.
- 7 Et insuper, vt potuisset transferri in Principem donantem, requirebatur titulus retrosimilis cum nouo assensu, & non conjectura leuis, & fragilis ex dicta procuratione, & sic retraditio erat necessaria iuxta verba Andreae in cap. 1. S. si vasall. de feud. num. 2. in fin. si de feud. defunct. milii. Corn. in nouis. conf. 208. num. 10. vol. 1.
- 8 Possessio autem Alexandri non obest, quia violenter, & manu armata capta fuit post litem motam ab eodem Alejandro, qui nunc allegat ignorantiam litis prædictæ institutæ à Procuratore, quem asserit non esse personam legitimam, & ego non video, qua alia supplicatione vtatur pro obtinenda immisione prætensa summarie, nisi illa oblata sub die 25. Octobris, possessio autem capta fuit sub die 8. Nouembris, & sic elapsis 13. diebus à die supplicationis, ex quo spatio sine dubio scientia coniicitur, sicut Bart. docuit in l. 1. num. 15. ff. si cert. petat. Sed

Sed sit utcunq; sufficit, Principissam statim habita notitia dictæ violentia conquestam fuisse de turbatione in Sac. Consil. & sic nedum non potest allegari negligentia ; sed expressa cōtradictio, & recursus ad Sac. Cōsil. sequuto enim obitu Principis constituentis se possidere Terram nomine Principissæ, hæres constituentis non poterat amplius inhætere illi possessioni, seu detentioni, nisi Dominus ei permiserit , aut expresse , aut tacite, relinquendo illum in possessione rei , & tunc illi videretur reintegrale precarium defuncto factum, verba sunt *Tiraq. in tract. de iur. const. par. 2. ampl. 13. nu. 2. & 3.* vel quando post mortem donantis hæres acceperit possessionem , & donatarius sciens ab alio occupatam, neglexerit illam accipere : quia tunc amitteret possessionem , cùm suspicari videatur posse repellere, vt idem *Tiraquel. posuit in dict. tract. par. 3. limit. 2. 1. num. 9.* has traditiones per prius posuit *Affl. in decis. 335. sub nu. 5.* relatus per eundem *Tiraquell. dict. num. 2.* & neutrum prædictorum potest applicari ad casum nostrum, stante cōtradictione expressa , vt supra.

Ridiculum est autem allegare nullitatem donationis ex eo , quod dum Princeps in donatione reseruauit facultatem disponendi duc. 40.mill. etiam in beneficium priorum locoru, non facta dispositione specie, quod sit inducta propterea rescissio , seu nullitas donationis, siquidem si non disposuisset, non ex hoc donatio redidit nulla , quæ non est sub condizione initia; sed illi duc. 40.mill. remansissent in hæreditate Principis in beneficium successorū, testamēto nō facto, ex reg. l. conficiuntur ff. de iur. codicill. D. de Franch. decis. 45. per totam, & factio testamento pertinent ad hæredem institutum, & sic ad eādē Principissam, ultra, quod etiam instituendo generaliter, censemur de illis disposuisse, sex. est in l. si quis prioris S. certum

C. de secundis nupt. licet secus sit in lucris nuptialibus, quæ præsumitur liberis conseruare, non facta dispositione ; sed regulariter omnia includentur, vt in authent. nunc autem cum glof. 1. in fin. eod. tit. igitur nescio, quid sibi velit ex hoc Alexander, tā quoad duc. 40. mil. reseruatos, quam respe-ctu prætensiæ nullitatis , & hæc pulcherrima iura, & actiones poterit sibi reseruare in petitorio pro suo arbitrio .

11 Quoad Terram Montis Cœuosij nihil obstat, quod fuerit Principissa constituta Vicaria etiam sequuto obitu, quia viuente Principe, non habita notitia institutionis , de qua non fuit facta, nec potuit fieri mētio, valuit interim possidere , seu regere vti Vicaria; sequuto verò obitu, vti hæres particulariter instituta in Terra prædicta potuit sibi mutare causam possessio- nis , & possidere pro hærede, sicut tanquam hæres Procuratorem constituit glof. in l. cùm nemo C. de acquir: possess. ex pluribus enim causis possum possidere, vt si primò emi, postea fiam hæres, pro emptore, & p̄ hærede pos- fideo l. 3. S. ex pluribus ff. eod. tit. secus autem in dominio, quia titulus non multiplicatur ; licet ex pluribus causis aliquid possit deberi, vt Iser. docet in cap. 1. nu. 3. de eo , qui fin. sec. agn. pro-indè etiam extranea vti vocata ex particulari priuilegio licite potuit capere possessionem Terræ prædictæ, non obstantibus obiectis non con- cernentibus terminos præsentis cau- fax.

12 Non obstat, quod priuilegio Suæ Maiestatis Principissa vti non possit ex conditionibus appositis, quæ prius adimplendæ sunt, quoniam iam fundatum est in allegationibus, qualitatē, & clausulas in dicto priuilegio adie-etas non continere conditionem ; sed modum, ex quo interim actus perfe-ctus est, & datur actio; & ad summum Principissa ad aliud non tenetur, nisi præstare cautionem de modo implé-

do iuxta glof. in l. i. C: bis, quæ sub mod. & actus non potest dici in suspenso, vt Pars prætendit, cùm specificè concessa sit facultas transferendi in vltima voluntate; sed dicitur purus, quāvis resoluendus sub conditione, & interim ex eo agi potest, vt vltra alia adducta per plura iura posuit Soc. in cons. 62. num. 4. vol. 4. & ex clausulis prædictis adimplendis Pars ad præiens non potest aliquid allegare, cùm respiciant causam petitorij, quando implementum non sequitur, & tunc rectè etiam de retentione opponetur, quo usquè æstimatio solueretur iuxta formam testamenti.

13 Insuper dum Pars prætendit, assensum S. M. qui subsequi debet pro implemento dictarum qualitatum, non posse obtainere ex eo, quòd sequuta morte quæsitum est ius fratri agnato proximiori, in cuius præiudicium Rex Catholicus assensum non præstabat, ex doctrina Loffr. in cap. 1. S. donare in vers. vidi aliquando dubitari in fin. verb. illius questionis, vbi loquitur in facultate concessa dandi feudum, tam inter viuos, quam in vltima voluntate, illa decisio non officit, licet longè diuersa sit à specie, quam agimus.

14 Etenim in illo casu data erat facultas disponendi etiam in vltima voluntate, Regio tamen assensu interueniente, &c cùm dubitaretur, an assensus potuisse præstari post mortem, concludit Loffred. quòd sic ex pluribus.

Et signanter, quia assensus ille non requiritur pro forma; sed pro interesse Regis, vt in vers. in casu autem hoc.

Immò, ex quo disponens tempore mortis non potest requirere assensum Domini propter ægritudinem, vel distantiam loci, & periculum erat in mora, quia si voluisset expectare consensum morte præuentus, non potuisset de feudo disponere, valet actus, ex quo si Rex fuisset præsens, tenebatur consentire, vt in vers. quinto probabiliter dici potest.

Et omissis, an assensus possit præstari super testamento post mortem in præiudicium hæredis, de quo Bald. latè in d. S. donare, Capc. decis. 115. Ann. alleg. 69. & Regens de Pont. de posse. Pro reg. in tit. de refutat. feud. S. 5. nu. 11. quia hic non est casus noster, aduertendum est, quòd siue ille ablatius absolutus importet conditionē, siue modum, solet concedi facultas alienandi, vel disponendi sub varijs formulis, scilicet *assensu nostro accedente*, vel *salvo assensu*, vel *cum reservatione assensus*, vt D. de Ponte in cons. 80. num. 45. referens Loffred. & alios, vbi comprobant, quòd sit modus à nu. 14. adhuc si esset conditio, posset impetrari post mortem: & si dispositio non est conditionalis, cessat omnis difficultas, vt ibi post num. 50. adducit rationem, quia cessat interesse hæredis, & de interesse Regis tantum agitur, vt ibi latè, & particularius, quòd data prædicta facultate possit assensus præstari post mortem, & ille clausulæ referuntur ad illam causam tantum, si Rex habuerit iustam causam contradicendi, qua non data, tenetur assentire, cùm Dominus requirendus sit, an sua intersit respectu habilitatis personæ, non ad validitatē actus, etiam quòd hæres contradicat, quoniam cessat facultas reuocandi, & agitur de præiudicio solius Domini, posuit egregiè Petr. de Greg. de confess. feud. Par. 6. quæst. 8. in verb. viso puncto post num. 4. & 14. & per totam illam questionem, examinando doctrinā Loffred. subdens, quòd dum in fine Loffred. ait, non debere cōcedi assensum post mortem, vbi non agitur de solo præiudicio Domini; sed etiam de præiudicio agnitorum, quibus ius quæsitum est, hoc dictum intelligi debet, vel in casu, quo Rex non tenebatur assentire (quando scilicet facta est dispositio, & petitur assensus post mortem, non præcedente facultate disponendi, ita declarando Andr. in cap. Imperiale num. 15.) vel iustam causam

causam habebat contradicendi, aliás dictum Loffred. non esset fulcitum ratione, & ipse contrarium confirmaverat pluribus rationibus, vt benè cōcludit Author predictus, qui omnino legendus erit, & posuit quoquè Affict. in cap. feudum ea lege post nu. 44. vers. ego solitus sum dicere, si de feud. fuer. controuer.

15 Et si predicta procedunt in quæstione prædicta, vbi requirebatur assensus ex illa clausula ablatiui absoluti, in casu nostro cessat quælibet difficultas, quoniam quod ad agnatos in specie cautum est in albarano, vt Princeps valueret disponere etiam in beneficium extraneæ personæ, dummodò eo tempore haberet successorem absquè alio assensu, & sic præiudicium successorum iam specificè sublatum est, & dum Rex confirmat hanc gratiam, dicit, quod valeat transferre in ultima voluntate in personam idoneam, & ad nostram satisfactionem, dummodò babeat successorem iuxta formam literarum nostri Præregis, & agitur ex dicto priuilegio confirmante albaranum, & non dicit nostro assensu interueniente, & sic actus vndiquè perfectus est, approbatio autem, & quod persona sit idonea, respicit tantum interesse Regis, non hereditum, immò non est dubitandum, assensum debere concedi ex his, quæ idem Loffred. de Pont. & Petr. de Greg. afferunt indubitanter.

16 Quod autem persona sit idonea, vel æquè idonea, non interest Alexandri; sed Regis, & quamuis desit qualitas masculinitatis, non ex hoc Principissa nō dicitur idonea, qd quod fœmina est habilitata ad succendendum in feudo, vt in Regno, quamvis sit in electione Regis petere seruitiam, non in pecunia, sed personaliter, vt Andr. dicit in cap. 1. S. similiter de Cap. qui cur. vend. & in cap. Imperialem S. firmiter de proh. alien. per Feder. videtur tacite actum, vt valeat seruire per substitutum Spec. iatis. de

feud. S. quoniam vers. 21. latè Cumia in cap. si aliquem in verb. masculus nu. 43. fol. 226. aliter. sequeretur, quod Rex volueret excludere fœminas, & mutare naturam huius feudi, cuius natura tantummodo alterata est, vt succedat extraneus; sed in ceteris remanet firma iuxta tenorem prædictæ inuestituræ ad tex. cum ibi notat. in cap. 1. de feud. non hab. prop. feud. nat.

Demum audiui controuerti prima principia, dum allegatur nullitas donationis, & testamenti, vti de omnibus bonis in fraudem successorum, verè assumptum proponendum in Sac. Consil. etenim in casu nostro nō adsunt bona Consuetudini subiecta, & tunc testamentum etiam in præiudicium agnatorum sustineretur pro medietate.

17 Quò verò ad feudum miror, quomodo allegetur fraus ab agnato, cùm simus in feudo hereditario, data facultate disponendi, vt in casu nostro, donatio verò sola non fuit omnium bonorum, sed Boualinæ tantum cum valido assensu, & quando fit omnium bonorum, non redditur nulla ratione fraudis in præiudicium successorum; sed quia tolleretur libera facultas testandi, & ideò dum alia bona supersunt, cessat nullitas ex traditis in vulg. l. Stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obligat.

Et ultra donationem quod ad dispositionem vniuersalem in testamento, quomodo Pars allegat fraudem, si non est descendens; sed frater, qui aliquid prætendere non potest, nisi quando turpis persona esset instituta iuxta terminos institutionum S. I. Inſ. de inoffic. test.

Igitur his omnibus sublatiis, vti levissimis conseruanda erit Principissa in possessione omnium bonorū prædictorum, nec opus est respondere ad figuratam mentis ægritudinem Principis, nec rationem reddere, cur etiam nomen Alexadri à fratre omisum fuérit, cùm hæc non respiciant causæ

causæ defensionem, & spes omanis sublata est pro Alexandro, etiā quoad Terram Montis Caeosij, tām inspecto priuilegio, quā ex dispositione Principis grauantis successorē quoad integrum feudi valorem, qua ratione etiam possessio nō denegatur, ut fundatum est in allegationibus.

Die 15. Decembris 1612.

*Facta relatione in S.C. per Reg. Consiliar.*  
 Ferdinandum Branciam tunc causæ cōmisiariū, nunc in Supremo Italia Senatu digniss. Regentem, ac Dacem Belue de-  
 ris, omni virtutū genere ornatissimum  
 meum Dominum: iunctis Dominis dua-  
 rum Aularum, decreto fuit prouisum,  
 quod detur terminus iuris, & interim  
 manuteneatur in possessione Terra Bo-  
 ualina, & omnium honorum burgenfa-  
 ricorum remansorū in hæreditate Prin-  
 cipis viri Ill. D. Beatrix Vrsina Princi-  
 pissa Mōtis Caeosj eius vxor, & Ale-  
 xander Loffredus desistat à turbatio-  
 nibus: Terra verò Montis Caeosj se-  
 questretur penè personam declarādam  
 per S.C. vñq; ad declarationem faciendā  
 à S.M. seruata forma priuilegij in actis  
 producti.

Deinde cùm fuisse exhibitus assensus, scilicet approbatio S.M. factio iterum verbo sub  
 die 27. April. 1613, fuit prouisum, quod  
 sequestrum Terra Montis Caeosj, or-  
 dinatum fieri per supradictū decretum,  
 stante priuilegio confirmationis, & ap-  
 probationis S.M. in actis exhibito tol-  
 latur, & proindè Ill. D. Beatrix Vrsi-  
 na manuteneatur in possessione Terra  
 predicta Montis Caeosj, penè Bor-  
 rellum, nunc de Martino Actuarium.

#### ARGUMENTVM.

Officialis, qui pro exercitio of-  
 ficij admitti non poterat, nisi  
 præstita cautione ducat. 20.  
 mil. si fuit admissus per eum,  
 de cuius interesse agitur, in-  
 tegre, & adamussim nō adim-

pleta dicta fideiussione; sed  
 in eius parte, an fideiussores,  
 qui diuersis intercesserūt tē-  
 poribus, possint conqueri, &  
 dicere de nullitate dictæ fi-  
 deiussionis, vel alio benefi-  
 cio iuuari, & attenta forma,  
 circumstantijs particularibus,  
 necnon generalibus renun-  
 ciationibus præsentis fideiuss-  
 ionis concluditur negatiuè  
 ex considerationibus aliquot  
 ineluctabilibus, & satis effi-  
 cacibus.

#### SVM MARIVM.

- 1 Factum duplicitis articuli indicatiuum premittitur.
- 2 Obligatio penè acta promptam habet exequitionē, etiā parte non monita. Idquè procedit, tām inspecto iure com-  
muni, quā particulari būiū Regni. Nec Iudicis decretum, vt præstita cautione supersedeatur, alieuius erit roboris, Regia refragante Pragmat.
- 3 Motiuum Partis ex aduerso hic adnē-  
titur, & submouetur num. seq. & pariter 7.
- 4 Scriptura illiquida per aliam indu-  
bitatam, que probatione non indi-  
get, potest liquidari. Executio incipit à literarum executo-  
rialium expeditione, siue relaxatio-  
ne. ibid. circa fin.
- 5 Creditoris interest, plures habere obli-  
gatos, & eidens adnectitur ratio-  
nem inuitus cogi non potest ad mutan-  
dum debitorem, vel fideiussorem.  
 . . . potest tamen pro suo arbitrio fide-  
 iussionem moderari tām respectu  
 quantitatis, quam personarum.  
 . . . admittens debitorem ad officij exer-  
 citium, etiam integra non præstita fi-  
 deiussione conuenta, sibi censetur pra-  
 iudi-

*iudicasse, & cum ratione.*

*. . . in dubio fideiussoris qualitate presumitur percallere.*

6 Renunciare quilibet potest suo iuri, etiam si damnum inde ipsi sequatur.

Obligatio principalis est de substantia fiduciissionis, non autem buius aliquis remissio, & moderatio. *ibid. in fin.*

8 Succedit nunc secundus articulus, seu alterum fideiussorum motuum.

Cuius resolutio ponitur nu. 9. & seqq. Exceptio cedendarum actionum quando sibi vindicet locum.

Fideiussores plures an in aliqua obligatione unico contextu, & simul intercedant, vel successuis vicibus, seu diversis temporibus, non parum interest. Fideiussor in dubio non presumitur idoneus.

10 Fideiussori, item correo soluentibus quando sit facienda cessio.

Correus mādati actionē babere videtur aduersus correū secundū Accurs.

Fideiussores interdum ex forma obligationis, & ex amplissimis renunciationum clausulis non distinguuntur à principalibus obligatis.

Obligatus insolidum differt à principaliter obligato.

Clausula proprio nomine, principaliter, & insolidum non debet manere, absque effectu aliquid operandi.

Diuisionis beneficium quibus non competit, nec cessio facienda est.

• Dicitum fuit glos. quod non transit sine controvērsia.

11 Diuisionis beneficio concessō fideiussoribus, & correis non gaudent plures de per se principaliter obligati secundū egregiā Roman. traditionē.

Cessio, quae equitati innititur hoc tantum exposcit, ut cedansur iura talia qualia, & amplius non retorquetur aduersus cedentem. *ibidem in fine.*

12 Cessio actionū quando, & qualiter fiat.

13 Exceptio cedendarum an tollatur generali renunciatione.

Renunciatio facta omnibus legum auxilijs cum iuramento, cessare facit exceptionem cedendarum.

## Pro Generali Thesaurario.

### CONSILIVM XXVIII.

Ideiussores Ascanij Cor-  
si olim Cascerij Regiae  
generalis Thesaurarie  
in dubium reuocant fi-  
deiussiones præstitas, &  
iutorum obligationes illa ratione,  
quod dum eslet cautio præstanta pro  
summa ducatorū viginti mille, acce-  
serunt fideiussores tantummodò pro  
summa ducatorū undecim mille, vel  
circa, ex quo duo resultant articuli  
discutiendi. Primus, an fideiussiones  
intelligantur extintæ in totum. Secun-  
dus, an fideiussores saltim excipere  
possint teneri solummodò pro rata,  
ac si fideiussiones præstitæ fuissent p  
integra summa ducato. viginti mille.

2 Verum antequam ad resolutionem articulorum deueniam, est aduenten-  
dum, quod fideiussores prædicti, qui  
se obligauerunt penes acta Magnæ  
Curiæ, audiri non debent, nisi facto  
deposito, vel in vinculis; siquidè dum  
agitur de obligatione capta penes a-  
cta, illa paratā habet executionē par-  
te nō citata, tā de iure cōmuni ad sex.  
*in l. cum, pro quo, vbi Doct. ff. de in ius  
voca. quā de iure Regni, iuxta Ritum  
M.C.num. 128. per Afflīct. decis. 30.  
nu. 2. & D. de Franch. decis. 118. nu. 7.*  
adeò quod Iudices non possunt in-  
terponere decretum, quod superse-  
deatur præstita cautione, vt extat *Pra-  
gramatica num. 47. in tit. de offic. Magi-  
stri Iusticiar.*

3 Nec obstat, si dicatur, obligationē  
non esse liquidam, cùm in ea certa  
summa non promittatur, & certa dies  
adiecta non sit, & proindè cùm ne-  
cessaria sit liquidatio, cessat execu-  
tio parata, cùm Ritus, & Doctor. lo-  
quantur de obligationibus liquidis.

4 Siquidem non est nouum, quod  
una scriptura, quæ de per se non est  
liquida,

liquida, liquidetur per aliam scripturam liquidam, quæ probatio non eget, quo casu datur exequitio, nulla exceptione admissa, ut disponitur in alio Ritu nu. 167. & intelligunt Docto. siue liquidetur per aliud instrumentum, siue aliam publicam scripturam, cui fides adhibetur, ut habetur in eodem Ritu per Carav. num. 14. cum duobus seqq. Bald. similiter posuit in l. fin. 2. not. C. de fals. caus. adiect. legat. quem allegat, & sequitur glos. in cod. Ritu in vers. plura instrumēta, cū igitur Ascanius sit declaratus liquidus debitor per declarationē Regiæ Cameræ, obligatio fideiussorum habere debet paratam exequitionem, maximè cū absquè aliqua præuentione iā sit incēptum priùs ab exequitione per expeditionē literarum exequitorialium, & carcerationem fideiussorum, ut tradit Affl. decis. 387. num. 8. & in hoc nulla potest adesse difficultas. Verūm pro maiori claritate ex infrascriptis patebit notoria iustitia Thesaurarij circa exequitionem quantitatū contentarum in obligationibus, quam nullo modo fideiussores euitare possūt, & sic deuenio ad articulos propositos.

5 Primus articulus medicam, vel nullam admittit dubitationem, quamvis fideiussiones, & obligationes præstite non contineant summam ordinatam per Thesaurarium, est namquè verissimum, fideiussionem ordinatā pro summa ducat. viginti mille continere merum fauorem Thesaurarij creditoris, cū creditoris intersit plures habere obligatos l. 4. §. fin. in fin. ff. de liberat. legat. ut magis intuto pecuniam habeat l. 1. §. sed aut ff. de actio. & obligatio. §. 1. Inst. de fideiuso. & licet creditor à debitore cogi non possit mutare debitorem, vel fideiussorem inuitus, aut obligationem semel constitutam, ut in leg. ff. mandato meo §. 1. ff. mand. per Ias. in l. debitorum num. 5. C. de pact. Hippolyt. in Rubric. de fideiuso. post num. 215. &

num. 306. & Cagnol. in l. plus cautionis num. 7. ff. de regul. iur. ipse tamen creditor pro eius arbitrio sine dubio potest fideiussionem, tam respectu quantitatis, quam personarum, & alias quouis modo moderari, & admittere debitorem, prout Thesaurarij egit, admittendo Ascanium ad exercitium officij cum dictis obligationibus præstitis, licet non pro tota summa ordinata, poterat enim apud se explorare, an hoc, vel aliud expediret iuxta tex. in l. 2. §. fin. in fin. ff. mandat. & admittendo Ascaniū ad exercitium, fideiussiones præstitas approbasse videtur, sibi præjudicando, cum alias admitti non debuisset, & admisso prædicta facit bonam fideiussionem, dicit tex. in l. inter causas §. abesse ff. mandat. & ipsius intererat habere plures, vel minores, istos, aut alios idoneos fideiussores; ideòque sufficit, si cum ipsis fideiussoribus datis admiserit ad tex. l. qui satisfare, vbi etiam Paul. de Cast. in vers. in vlt. ff. de fideiuso. & dum fuit admissus, præsumitur, Thesaurarij sciuisse fideiussiones datas arg. tex. in l. qui cum alio ff. deregul. iur. per Angel. in leg. 1. ff. si quis caution.

6 Insuper est aduertendum, quod fideiuso præstanta dependebat tantummodo ab exequitione Thesaurarij; sed non fuit conuentum cum fideiussoribus, ut fideiuso pro hac summa, & non alia præstaretur, & si ordinata fuisset fideiuso pro minori summa, tantò facilius præstata fuisset, cū igitur nulla conuentio allegari possit cum fideiussoribus, quorū notitiam ab initio ante obligationes captas Thesaurarius non habebat, remanet clarum, fideiussionem præstari debuisse pro satisfactione Thesaurarij, & succedit iuris dispositio, quod: satisfactum dicitur, quemadmodum creditor voluit, qui poterat recedere à pignore, & sibi cauere, prout ei placet, quāuis deciperetur, sex. est not. in l. si rem alienam §. omnis vers. & generaliter

*ueraliter ff. de pignor. actio. & quamuis Ascanius iuxta ordinem fuisse obnoxius praestare fideiussionem pro summa ducatorum viginti mille, poterat esse contentus Thesaurarius minori summa, & etiam sola promissione debitoris, & dicetur idonee causa, quia sic creditor voluit, & admisit, dicit *tex. singularis in l. 4. S. ad iij. ff. de fideicommiss. libertat. glos. magna in S. suscepso in verbo personali actione in Authentico de exhibend. reis, propterea quoad validitatem fideiussionum præstitarum non refert, quod alia usque ad summam ordinatam subsequuntur non fuerint, cum poterant remitti arbitrio Thesaurarij, & remissio, & moderatio non est contra substantiam fideiussionis; sed bene obligatio principalis d.S. 1. Inst. de fideiuss. per Paris. conf. 162. num. 25. vol. 4.**

7 Denique fideiussores dicere non possunt, quod alias non fideiussissent, & quod tuta fuissent, si fideiussio data esset pro integra summa ordinata, quoniam notorium est, fideiussionem ducatorū viginti mille, & longè alterius maioris summe non esse proportionabilem officio Cascerij generalis Thesaurarij, nec propterea potuisse esse in tuto, immo si fideiussio minoris quantitatis ordinata fuisset, fortius fideiussissent, sperates ex bonis Cascerij facilius satisfieri potuisse, & demum si verum est (vt demonstrabo) istos fideiussores dici non posse fideiussores, nec correos, nec uti posse aliqua exceptione, quamvis Thesaurarius alios fideiussores, si dati essent, liberasset, sequitur, vanam esse prætentionem circa inualiditatem fideiussionū præstitarum; sed tantummodo discutiendum est, an teneantur pro rata, ac si fideiussiones pro summa ducatorum viginti mille intercessissent, & sic deueniendum est ad secundum articulum propositum.

8 Secundus articulus prima facie videtur posse sustineri in beneficium

fideiussorum, qui accesserunt, & se obligauerunt ab initio, inspecio ordine pro fideiussione praestanda ducat, viginti mille, & dum aliqui pro diuersis summis intercesserunt, habuerunt contemplationem ad alios fideiussores, qui subsequuturi erant pro complenda summa fideiussionis ordinatae, si igitur hoc ab initio fuit ordinatum, ipsis fideiussoribus datis, in actu solutionis faciendę esent cedenda iura, contra alios, qui pro eorum ratis contribuerent ad *tex. in l. 2. C. de fideiuss. l. 1. vbi omnes Doctor. C. de duob. reis, Negusant. in tractat. de pignor. in 3. membr. 5. part. num. 35.* & quia pro restanti summa iura cedi non possent facto ipsius Thesaurarij, qui admisit Cascerium, non completa fideiussione soluere non tenentur, & obstat Thesaurario exceptio cedendarum actionum pro rata competenti alijs fideiussoribus dandis iuxta *tex. in leg. Siccum, aut Papilum S. pen. ff. de solutio. & l. si pupillus alterum ff. de administr. suo. per Negusa. loco citato n. 36. vel fideiussio intelligi debebit, ac si præstata fuisset pro dictis ducat. viginti mille.*

9 Sed breuiter tuendo iura Thesaurarij, ex pluribus demonstrabitur aperi-  
tissimè, quād indebetē fideiussores dati effugiant debitam solutionem  
pro integra summa cōtentā in eorum obligationibus.

Primò est vera conclusio, quod quando unus fideiussit contemplatione alterius, & ratione mutui periculi tunc soluenti competit beneficium exceptionis cedendarum, verum hæc cōtemplatio, & mutuum periculum consideratur, si simul fideiussent; si vero diuersis temporibus, tunc primus non censetur fideiussisse contemplatione secundi, qui adhuc non intercessit, nisi ab initio ita fuerit conuentum; sed bene è contra secundus contemplatione primi, & hoc casu liberato secundo, prius non potest opponere exceptionem cedendarum, verum liberato primo, secundus

dus recte excipere potest, doctrina est *Bart.* ordinaria in leg. si stipulatus esses. S. sex duobus post num. 3. ff. de fideiuss. Negus an. loco citato, & latè *D. de Francis-* *bris* decis. 55. num. 10. cum seq. in casu autem nostro fideiussores non dati fuissent vltimi, idcirco primi non cen- sentur fideiussisse contemplatione vltimorum, ex quo ad euitandam solu- tionem non possunt opponere exce- ptionem cedendarum.

Nec obstat, quod fideiussores dati, videntur habuisse respectum, & con- templationem ad fideiussionem præ- standam pro integra summa ducatorū viginti mille ab initio ordinata, qua non completa ex facto Thesaurarij hanc exceptionē videntur opponere, quoniam, ut supra dictum est, ad alios fideiussores futuros respicere non po- terant, quorum notiā non habebat, nec quod soluendo fuissent, ex quo fideiussor in dubio non presumitur idoneus secundum glos. in l. si vero S. qui pro rei qualitate ff. quisatis d. cogit. Natta in conf. 143. num. 11. vol. 1. tuim etiā, quia nō adfuit talis cōuentio in- ter ipsos fideiussores datos, & The- saurarium; sed ordo dūmtaxat, quod caperetur fideiussio pro dicta summa, qui sine dubio poterat limitari, & mo- derari, vt dictum est supra, & si limita- ta, seu moderata fuisset fideiussio, absq; dubio adhuc fideiussores intercisisserent, sicut supra diximus, qui noluerant teneri singuli insolidum pro integra summa; sed singuli pro certa summa, & non aliter, non con- templatione alterius: quia voluerint teneri principaliter ex infra dicendis, & quando alio fideiussore non dato, vel liberato primi adhuc fideiussis- sent, exceptionem cedendarū oppo- nere nequeunt, vt *Bart.* dicit in d. S. si ex duobus.

10 Secundò & melius erit aduerten- dum, quod est facienda cessio fideiussori, qui alias actionem non habe- ret contra confideiussorem l. vi fideiussor ff. de fideiuss. l. cū alter C. eod. sit.

& similiter correo debendi, licet vi- deatur correus habere actionē nego- tiorū gestorum, siue mandati contra correum, vt per glo. in d. l. i. C. de duob. reis, vbi *Petr. de Bellapert.* & alijs, cuius diuersitatis rationem ponit optimè *Imol.* in d. l. vi fideiussor num. 2. & seq. sed in casu nostro isti fideiussores da- ti dici non possunt fideiussores, nec correi, & minus gaudent beneficio fi- deiussorum. Volut enim Thesaurar- ius ipsos obligari proprio, priuato, & principali nomine, & insolidum, & co- dé modo fideiusserūt cū amplissimis renunciationibus, quo casu per omnia habentur, ac si essent principales. l. si non singuli C. si cert. pet. & correi nō dicuntur Cyn. in authent. praesente col. 3. vers. quid dicimus C. de fideiuss. quo- niam alias illa adiectione proprio nomi- ne, principaliter, & insolidum non de- seruiret Lauren. Syluan. in conf. 84. post num. 3. Hippot. in Rubr. de fideiuss. num. 62. qui dicit contrarium, quando sim- pliciter se obligassent insolidum, non principaliter in eadem Rub. quest. 57. num. 370, l. o. Dilectus de arte testand. in iit. de legatis cautela 30. post num. 2. & Caualcan. in decis. 31. à num. 20. cum seq. aut si tantummodo principaliter se obligassent secundum glos. in S. 1. in Authentico de fideiuss. quo stante si isti dici non possunt fideiussores, aut correi, non habent beneficium diuisionis iuxta authenticam hoc ita C. eod. & si postulare non possunt, vt fiat diuisione, nec celsio facienda erit, glos. not. in l. unde queritur in verbo quod videtur babere rationem ff. cōmod. & licet con- tra glos. aliqui teneant, ex eo, quod be- neficium cessionis est diuersum, Soc. tamē in conf. 125. nu. 9. vol. 4. defendit glos. ea ratione, quia celsante bene- ficio diuisionis conuenit ex facto suo, quo casu cessaret beneficium ce- dendarū, vt ibi per ipsum.

11 Tertiò, vt tollatur omnis difficul- tas, isti obligati dici non possunt fideiussores, nec correi ex alio, fideiusso- res nō dicuntur: quoniam sunt principa- liter;

ter, & insolidū obligati, correi neque: quoniam nō in vna, eademq; summa obligantur, sed diuersis temporibus, & vnius p̄ certa quātitate duc. 300. alij pro duc. 500. alij pro 1000. vel simili quātitate, & quōd vltra non tēneantur, & sic quilibet est principalis in sua obligatione, & non habet cor- reum in illa certa quātitate promissa ad text. in l. si diuisa C. locat. & non est eādem obligatio respectu personarū, nec respectu numeri, igitur nullo modo dicātur fideiussores, nec int̄ eos correi, quoniam tunc correi appella- rentur, quando insolidum deberent idē secundūm Bart. in l. vlt. nu. 6. ff. de duob. reis, allegat sex. in l. reos S. cū ta- bulis ff. eo. sit. nec cōstitutores, sed ve- rē dicūtur plures de per se principaliter obligati, & pīndē gaudere nō pos- sunt beneficio fideiussorū, & correorū, vt notabiliter concludit Roman. in indiuiduo casus nostri in cons. i i 4. col. 2. & nu. 3. in vers. quoniam vt eleganter, qui videndus erit, & nō habet in hoc contradicōre: sequitur ex hoc, quōd istis creditor Thesaurarius non cogi- tur cedere iura ex natura obligatio- nis, cūm nō sint fideiussores, vel correi, vt D. de Franch. posuit dec. 477. nu. 19. cum seq. & propterea etiam si alij fideiussores dandi intercessissent, & Thesaurarius illos liberasset, illi con- tenti non possunt opponere exceptio- nem cedēdarum, & licet ex æqui- tate esset facienda cessio, vt oēs pro- rata contribuerent, tamen quando ex æquitate fit cessio, tunc ceduntur iu- ra talia, qualia, & si posset oriri dam- num, nō tēneretur, vt latē idem D. de Franch. dec. 427. num. 3. in ff. & seq.

Quarto ex alio repelluntur, siqui- 32 dem magna est differentia, an plures simul pro eadē summa se obligauerint ex causa onerosa, veluti ex mu- tuo, vel emptione, & tūc licet quōd ad crediōrem tenentur insolidum, inter eos tamen sunt fideiussores, & inspi- ciendum est, an ad vnum, vel plures pecunia perūnerit, & pro quantita-

te ad vnum, vel alios peruenta esset facienda cessio secundūm glo. in l. sed Julianus §. item si duos ff. ad Macedon. & in l. vir uxori §. j. vbi DD. ff. ad Vel- leian. Hippol. in singul. 2. vbi alios alle- gat, aut verō non interuenit pecunia, & sic nihil ad aliquē ex obligatis per- uenit, sūe ex liberalitate intercesserunt, tunc quamvis vnuis insolidum obligatus solidum soluerit, nō poter- it petere cessionem contrā allum, nisi sint socij, vt ibi per ipsum, verūm socij nō dicuntur, ex quo communi- ter se obligant, vt dicit glo. magna in d. l. vir uxori §. ff. in verb. intercessionē in vers. nec potest dici societas, & melius in specie, quando nihil ad eos per- uenit, idem Bar. in l. Modestinus nu. 8. ff. de solutione. vbi causam onerosam appellat causam mutui, vel emptionis, aut similis, Paul. de Castr. in l. si ex 1010 §. 1. num. 4. ff. de leg. 1. quando nihil peruenit, quod in nullo facienda est cessio, vel si conuepiretur ex cau- sa lucrativa in ead. l. Modestinus post n. 4. qui videndus erit, & Ioa. Fab. in S. ex duobus, quando nulla recepta pecu- nia, vel ex causa donationis num. 5. circ. ff. Inst. de duob. reis, & in indiuiduo in pluriib; obligatis pro bona admī- nistratione pro aliquo assūpto ad of- ficiū Thesaurariæ, quōd nō possunt petere, vt actiones cedantur, posuit Ioa. Petr. Surd. decis. 398. num. 20. & propriè in ff.

Dénique hāc disputatione similiter 13 resoluitur ex renunciationibus uni- uersalibus appositis in obligationib;, vbi renunciant obligati omnib; le- gū auxilijs, & exceptionib;, vt aper- tē legitur, quibus renunciationibus stantibus videamus, an si omnes fideiussores dati essent, & Thesaurarius alios liberasset, si ( vtra superiū allegata ) possit opponi exceptio ceden- darum, & licet in hac quæstione Ro- man. concludat, non sufficere gene- ralem renunciationem; sed requiri specificam in cons. 472. & eādem op- positionem tenet Baldu. in dicta l. si diuisa

*Cicat. & Dec. consl. 99.* nihilominus communis est conclusio, posse renunciari omni legum auxilio, & ita omnibus auxilijs intelligitur derogatum, maximè cum iuramento, *Bar. in auth. matri, & auia C. quand. mul. tutel. off. fung. pot. Afficit. dec. 220.* post num. 1. *Capyc. dec. 159. num. 43.* & in specie, quod respectu exceptionis cedendarum sufficiet vniuersalis renunciatio, posuit *Hippolyt. in d. rubr. num. 35.* *Negusant. loc. cit. num. 24.* *Corn. consl. 51. lit. P. cum seq. vol. 2.* idem *Dec. in renunciatione vnuersali in consl. 271. nu. 7.* *Soc. latissimè in consl. 125. nu. 18. vol. 4.* *Aretin.* cōprobat optimis rationibus, quoniam tantum valet renunciatio facta in contractibus in genere, sicut in specie, & renūcians omnibus beneficijs, probabiliter de omnibus cogitauit in *consl. 33. num. 9.* verf. sed dubium facit, *Theſaur.* in renunciatione iurata posuit in *dec. 166. num. 4. circa fin.* & alij relati in *addit. ad Roman. in d. consl. 472.* Ex quibus remanet firmum, teneri fideiſſores pro summa contenta in obligationibus, non obſtantے exceptione cedendarum, aut alia quacunque. Cetera pro Generali Thesaurario ſuppleant peritissimi, & integerrimi Iudices, qui omni iure ſunt, & debent eſſe Protec̄tores Iuſtiæ, quam fouet.

*Fuit iudicatum per Regiam Cameram,* 3  
*Fideiſſores teneri pro integra ſumma contenta in obligationibus fideiſſionum.*

### ARGUMENTVM.

Donatio vxori facta conſante matrimonio à Cōſanguineis mariti vtri ex dictis Coniugibus acquiratur: Distinctio ne plurium caſuum propo-

sita cōtrouersia dilucide explicatur. Post hæc quando donatio inter ipſos Coniuges facta, quæ de iure prohibita eſt regulariter, morte confirmetur, non minùs ut liter, quām diligenter explanatum vna cum conſtituto, & precario factis modis acquirendæ poffeſſionis ad eādem ſpectantibus materiam.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Facti thema.*
- 2 *Donatio facta uxori per Cōſanguineos mariti quando vni, & quando alteri ex Coniugibus queratur.*  
*Pro perfecta huius articuli resolutione plures diſtinguuntur caſus.*  
*Donatio inter virum, & uxorem regulariter eſt prohibita.*  
*Quam regulam intellige cum ampliationibus, & limitationibus, qua ſubsequuntur, & num. seqq.*  
*Claſſula conſtituti factam operatur traditionem, & num. 4.*  
*Vſus fructus retentio eiusdem eſt virutis, ſi accedat dominij translatio, aliàs ſecūs.*  
*Iuramenti de forma ſubſtantiali anſint verba expreſſa...*  
*Non eſt concors ſcribentium opinio.*  
*Negatiuā ſententiā declarata, ut inf. n. 6.*  
*Menoch. consl. 37. num. 48. & 49. aſſeuerantis, non requiri verba expreſſa in iuramento, cum ſatis ſit, ſi conſtitet ex alijs actibus, remanet. ſinere ratione, & authoritate, & n. 6. in fi.*  
*Notarius intelligitur rogarus appone re omnes clauſulas conſuetas.*  
*Iuramento excepto, ut inf. num. 6.*  
*Iuramentum à Muſo poſteſt preſtari.*  
*Donatio non ignorata preſumitur acceptata.*
- 4 *Donationis albarum, vel instrumen-*

- mentum donatario consignatum per donatorem, possessionem in eundem beneficium transferre videtur. Sed intellige, & declara, ut inf. n. 10. Possessionis fit translatio ubiunque donator vult, rerum donatarum confici scripturam.
- Ceterum hoc assumptum non est usque quaque verum, ut patet inf. n. 11.
- 5 Donatio facta a viro uxori pro alienis est omni iure valida. Sed intellige cum declaratione, de qua inf. num. 12.
- Vxori pauperi competit quarta in bonis viri.
- Sed hoc recipit restrictionem, quam videbis inf. n. 12.
- 6 Non entis nulla sunt qualitates. Notario affereti in instrumento suis se iuratum fides adhibetur.
- 7 Testibus aperte falsa deponentibus, & contraria non est adhibenda fides. Et principalis ijs utens, causa ammissione multatur.
- Vxori presenti, & acceptata facta donatio, ut morte coniugis donatis possit confirmari, est necessaria traditio. Sed an clausula constituti hoc eventu traditionis vice fungatur.
- Duo distinguuntur casus.
- Constitutum collatum post mortem constituentis nihil operatur.
- sequitur naturam, & qualitatem ipsius dispositionis.
- accirco nec hoc casu transfert possessionem.
- 8 Clausula ex nunc, prout ex tunc, & è contrario cuius sit virtutis, & an per eam transferatur possessio.
- Et in quo differat a clausula ex nunc, pro tunc, & è contra, & in praematura hora mortis.
- 9 Precarij constitutio dupliciter apponi potest in contractu, & inter unum, & alterum modum non paruum intercedit discrimin.
- Constitutum collatum ad res incertas quid operatur.
- 10 L. I. C. de donat. insellectus.
- 11 Donatio excedens summam 500 solidorum, necessariò requirit scripturam. Donare rei possessionis traditio requiritur ultrè instrumentum donationis secundum Consuet. Neap. Et questionis est, an sufficiat facta traditio, qua inducitur per constitutum.
- 12 Donatio facta inter personas probibitas propter merita, catenus subsistit, quatenus merita donationi equivalent.
- 13 Donatio excedens summam quingenorum solidorum de iure non substatetur absque insinuatione. Fallit in nonnullis casibus, qui recentur. Ceterum revocatum est in controvèrsiam, an annulletur in uniuersum, vel tantum in excessu.

## Pro Iacobo Zattara.

## CONSILIVM XXIX.

**P**titio Iuliæ Zattaræ, iam cōpilato processu continet infra scripta. Primo, dotes vigore instrumenti totalis, & ducentos 500. receptos per Cæfarem Zattaram viuentem legatos ipsi Iuliæ ab extraneo. Secundò, Gemmas, Argentum, & Aurum, vestes sericas, & alia donata in Albarano contenta, ultra bona argentea ipsi Iuliæ donata, viro viuente, quæ allegat esse propria. Tertiò, peristroma, vulgo paramentum Alileum, & aliud sericum, & lectos duos ex melioribus cum facultate disponendi. Ultimò, ann. duc. 4000. ex introitibus, qui remanebunt in hereditate, vita ipsius Iuliæ durante.

Aduersus quam petitionem Iacobus Zattara frater, & hæres prædicti Cæfaris, quem defendimus infra scripta in mediū assert respectu infra scriptorum capitum ex propositis, attendendo veritatem facti.

Quoad primū, respectu dottiū non  
Z 2 est

est elaborandum, stante instrumento producto, & receptione pro summa duc. 2820. in quibus nulla cadit controvërsia, sicut nec controvërtitur restitutio duc. 500. à Cæsar ex auctorum vigore supradiciti legati Iulie relictii.

2. Ad secundum deueniendo, distinguenda sunt bona, de quibus agitur, aut enim quærimus de bonis donatis Iulie viro viuente in domo viri ab amicis, & consanguineis viri, & ista non acquiruntur Iulie, sed hæredi Cæsaris viri, cuius contemplatione donata censentur, vt nouissimè decissum refert Dom. de Franch. decis. 595. 4. vol. licet dicat, quæstionem esse difficilem, cum iudicandū sit, ac si vir illa donasset, & si hec dona viro queruntur, breui manu ex viro in vxore prouenient, conferunt alia relata per ipsū in dec. 632. & quoad ista bona remanet locus hæredi, p. repetitione. Aut verò loquimur de cæteris bonis in donatione prætensa comprehensis, & tunc exceptis vestibus, & pānis quotidiani, quæ sunt ad vivum quotidianum vxoris, & illas lucrificat, ad tex. in l. sed h. vir §. 1. de donat. inter vir. & uxor. de quo latè Napod. in Consuet. si qua moriens in ver. ad usum post num. 41. vers. ex his ergo patet, quoad alia nihil prætendere poterit, quoniam & si pro ornatu vxoris aliquo tempore constante matrimonio quædam ex bonis prædictis fuerint accommodata, vxori non queruntur, vt idem Napod. tradit in d. consuett. in ver. paratum autem, & est tex. notabilis in l. si ut certo §. interdum ff. commod. & si prædicta, & alia bona petita prætendit vigore donationis, videndum est, an donatio prædicta subsistere possit, qui articulus comprehendit omnia alia bona in petitione comprehensa, & partitam ann. duc. 4000. similiter donatorum vigore eiudem assertæ donationis.

Etenim pro inualiditate donationis regula est pro hærede, cum simus

in expressè prohibitis inter virum, & vxorem l. i. & tuto tit. ff. & C. de donat. inter vir. & uxor. adeoq; nec traditio quicquam valet pro confirmanda donatione, vt dicit tex. apertus in l. 3. §. sciendum ff. eo. tit. nisi in casu, de quo inferius dicetur, benè tamen valida iudicaretur, si iuramentum intercessisset secundum Bar. in l. Seius, & Augerius ff. ad leg. Falcid. Imol. in cap. cùm contingat post num. 89. de iure iur. per Ias. in l. pacta, quæ contra num. 5. vbi Dec. num. 7. C. de pat. & idem Dec. conf. 202. post nu. 2. & conf. 222. post nu. 6. de quo latissimè Thes. in dec. 32. à n. 2. cum seq. Et quamvis donatio inter virum, & vxorem morte viri confirmetur, si reuocatio non appareat, ad tex. in l. 3. & l. donationes, quas parentes C. de don. inter vir. & uxor. Substinebitur tamen non in vim donationis, sed in vim relicti, & adhuc aliud requisitum est necessarium, vt procedat confirmatio per mortem, si antè mortem mariti interuererit traditio vera, vel saltim facta per constitutum, alias non confirmatur, vt per Bart. in l. Papinius ff. de don. inter vir. & ux. Paul. de Cast. in conf. 138. num. 1. lib. 1. Couar. in rub. de test. 3. p. nu. 3. & Iul. Clar. recept. senten. lib. 4. §. donatio q. 9. col. pen. vers. scias autem, vel per retentionem vsusfructus, quæ operatur factam traditionem iuxta tex. in l. quisquis C. de don. si tamen dominium træfertur, alias securus, quia simul dñium, & vsusfructus cōsistere non pōt, ex qua reseruatione, dominio non translato, possessio non transfertur Ruin. conf. 69. nu. 15. lib. 3. vers. & eadem ratione, latè Hond. conf. 18. à nu. 48. lib. 2. Cūmq; deficiat in casu nostro iuramentum, & traditio vera, vel facta, siue retētio vsusfructus in domino prætensa, nec morte potuit confirmari ex prædictis.

Pars aduersa ad evitandam nullitatem donationis, quam saltē allegat morte confirmatam aduersus regulas prædictas verissimas, adducit infrascripta.

3 Primò dicit, quòd licet in Albarano donationis prædictæ non apparet iuramentum præstitum, quod secundū viam opinionem requirit formalitatem verborum, & quòd verbis expressis iuretur, vt per Ias. in l. ex ea parte post num. 9. vers. septimo, & ultimò ff. de verb. oblig. Nihilominus, quia donator in eodem Albarano dedit facultatem Notario conficiendi publicum instrumentum pro cautela ipsius Iuliæ, videtur iuris præsumptione adiectum iuramentum, ex quo videtur rogatus Notarius apponere omnes clausulas consuetas, & verior est opinio, non requiri verba expressa in iuramento, cùm sufficiat constare ex alijs actibus, & varijs testimonij, de quo per Couarru. in cap. quamvis de pact. in 6. in rubr. num. 4. & 7. quemadmodum postea explicat late Menoch. in conf. 37. num. 48. cum seq. Ideòq; etiam mutus iurare potest, vt posuit Hoveded. conf. 99. num. 21. vol. 2. Proindè stante clausula prædicta prætegit Iulia, validam esse donationem ab initio; tantò magis, quia deductū est in factō, Cœfarem virum cōsignasse eidem Iuliæ Albaranum prædictæ donationis, quod penēs se retinuit, & morte secuta transmisit Notario pro exemplandis pluribus copijs, ex qua consignatione Albarani resultat notitia donationis prædictæ, & ex sola scientia præsumitur acceptatio, vt per Dec. in cōf. 58. Rol. à Vall. conf. 19. n. 34. vol. 1. Surd. dec. 111. n. 13. & Tbesaur. dec. 70. num. 12. cum seq. Nec obstat instrumentum acceptationis factum à Notario post mortē viri, quoniam illud egit Notarius ex officio, dum tantummodò instrumentum erat extēendum, & processit contra votū Aduocati ipsius Iuliæ, vt deponit Stephanus Castagnola, & pindè acceptationem nō fuisse necessariam, q̄ Iulia nō præsentauit, sed Jacobus hæres.

4 Secundò dicit, quòd & si cessaret iuramentum, adhuc constaret de traditione facta omnium rerum, & quātitatum donataruin ex duobus. Pri-

mò, ex clausula constituti, & precarij adiecta in eodem Albarano donationis, vt ex eo legitur, ex quo facta traditio resultat, quæ sufficit in casu nostro ex supradictis. Secundò, Quia maritus consignauit Iuliæ dictum Albaranū donationis, & sic videtur tradidisse possessionem ad tex. notab. in l. 1. C. de donat. de quo Isern. in cap. 1. num. 5. qui success. teneantur il 2. & in cap. 1. num. 2. quid sit inuest. ac etiam quia voluit, vt rerum donatarum fieret scriptura, ex qua similiter resultat traditio possessionis, vt in his terminis posuit prædicta Lup. in cap. per vestras in S. 75. num. 2. & num. 5. & 6.

5 Tertiò dicit, donationem processisse ex causa alimentorum, quia in partita ann. duc. 3000. expressè dicitur, vt commodiū viuere valeat, & ultra assertionem Albarani deductum est per testes, quòd aliter viuere non potuisset, & clarum est, donationem factam à viro vxori pro alimentis validam esse, ad tex. in l. ex annuo ff. eod. tis. de donat. inter vir. & vxor. quemadmodū vxori pauperi competenter quarta in bonis viri, vulgato tex. in authent. præterea C. vnde vir, & vxor.

Sed tuendo partes Iacobi hæredis obiecta prædicta facile diluuntur, & clarissimè ex resolutione ipsorum apparebit, prætensam donationem nec ab initio valuisse, nec morte potuisse confirmari.

6 Quoad primum apertè patet, assumptum partis subsistere non posse, & confilium Menoch. non opitulari ex pluribus. Primò, casus noster longè diuersus est, quoniam articulus disputari posset, si instrumentum donationis appareret à Notario confectum, cum clausulis solitis, & tunc vidēdum esset, an iuramentum cēseretur apposatum, sed quia deficit principale fundamentū, instrumento adhuc nō celebrato, quomodò poterit prætendi adhibitum iuramentum in scriptura, scū instrumento non cōfecto à Notario, & sic tanquā de non ente iudicari debet, vulgata leius. qui in prouincia ff. si

*cert. petat.* Secundò, etiam si instrumentum adesset, adhuc requiritur præstatio iuramenti, & licet non sint omnino necessaria verba expressa, & formalitas verborum, debet tamen constare, fuisse præstitum iuramentum aliquo ex modis consuetis, & per actū posituum, veluti per tactum scripturarum, vel per alia argumenta, siue solitum morem iurandi, ut explicat *Couarru. loc. cit.* sicut mutus posset respondere, & iurare actu, & nutu, ut per *Bal. in rub. col. 2. ff. de iure iuran.* quem sequitur *Alexand. in l. 1. num. 16. ff. de verb. oblig.* & crederetur Notario fuisse iuratum, si hoc assereret in instrumento, sed quod nullo modo requiratur actualis præstatio iuramenti, nūquam fundari poterit. Tertiò, si ex consuetudine Notariorum posset apponi iuramentum etiam à contrahente non præstitum, hæc consuetudo si adesset, deberet esse nota contrahentibus, alias non procederet, ut latè posuit *Anton. Gabriel commun. opin. in tit. de consuetud. conclus. 3. num. 38.* & *Hond. in conf. 54 num. 41. vol. 1.* Modò nedum hæc consuetudo non est nota, nec practicatur, sed totum contrariū, cùm indistinctè serrari videamus, cōtrahentes iurare coram Notario, & testibus saltim per tactum scripturarum in hac Ciuitate Neapolis. Quartò, licet Notarius sit rogatus apponere clausulas consuetas, ut habetur in *l. fi. C. de fid. instrum.* per *Bal. in l. fi. C. de fideiuss.* & *Dec. conf. 449. num. 26.* non tamen poterit addere iuramentum, quod præstitum non fuerit, ut in specie docuit *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 111. nu. 3. Hieron. Grat.* optimè in *conf. 36. nu. 25.* & seq. vol. 1. & latè *Surd. in decis. 159. num. 2.* Doctores verò allegati per *Menoch.* non probant assumptum, quoniam *An. Corset. in suis singularibus in verb. contratenus posuit*, id dici posse expressum, quod ex mente constat, siue ex conjecturis; sed non loquitur in iuramento, quod fortè presumatur apposi-

tum ex eo, quod Notarius censatur rogatus apponere clausulas consuetas, & eodem modo sicut *Corset. loquitur Affict. in decis. allegata 44. nu. 14. & 15.* & sic dictum *Menoch.* remanet sine ratione, & authoritate, & tergiuersari non potest, iuramentum esse præstandum aliquo ex modis solitus, & à Notario suppleri non posse, vt fundatum est ex prædictis.

7 Acceptatio verò, quam Pars allegat ex consignatione Albarani, & scientia Iuliæ prætēre donationis, similiter non opitulatur. Primò, quia verè illa inita fuit per mortem Cæsarī, & dum constat per instrumentum, non potest dici confectum à Notario ex sui capite, sed de ordine Iuliæ principalis donatariæ, nec pōt allegari fuisse initum ex errore dictum instrumentum acceptationis contra votum Advocati; siquidem hoc dicit vnum testis tantum Stephanus Castagnola extra articulum, ut videri potest, & Notarius, si hæc vera fuisset, deposuisset; & dum sequuta est acceptatio per instrumentum post mortem, id demonstrat, omnia alia prætensa gesta ante mortem figurari; immò nullo modo fides adhibenda erit testibus producatis per Iuliam, tanquam apertè falsa deponētibus, & contraria; siquidem vnum deponit, *Che Cesare li consegna una scrittura, dicendo, l'hò contentata, tenete questa carta, alio non espresso.* Alius verò deponit, *Che l'Albarano le Stipulò Notaro Gio. Antonio Matina in presenza di Cesare, e della Signora Giulia, e di esso testimonio, quod est manifestè fallum, & sic testes nedum inter se contradicunt, & ob id nullatenus sunt admittendi, cap. fin. de iure iuran. in 6. per Bald. in l. testium 5. col. vers. circa secundas interrogations C. de testib. sed tanquam manifestè falsa deponentes essent puniendi, vltra amissionem causæ, ex hoc tātummodo quoad principales. Secundò, quāuis donatio fuisset facta Iuliæ præsenti, & acceptanti, sola acceptatio non.*

nō sufficit, sed ultra requirebatur traditio, ut morte confirmari potuisset, nec proslunt considerationes ex aduertio propositæ quodad factam traditionem, quoniam faciliter reiciuntur, & sic deicendo ad secundum Partis a sumptum respectu traditionis factæ ex clausula constituti, ut ex prætensa consignatione scripturæ Albarani.

Quodad secundum (ut dixi) ex clausula constituti apposita in fine huius Albarani constat, non posse inducere factam traditionem in beneficium Iulii, & omitendo, an in casu donationis prohibet inter virum, & vxorem constitutum operetur, existente nullo contractu principali, de quo in specie loquitur *Lupus in d. cap. per vestras in d. S. 75. post num. 6. vers. nec obstat predictis*, vbi post hinc inde relata reliquit cogitandum.. Nihilominus est aduertendum, quod non sumus in donatione facta viro viuente, & simpli citer inter viuos, quo casu constitutum marito tunc possidente operari posset factam traditionem, & successuè induceretur confirmatio morte sequuta, sed loquimur in donatione collata simpliciter post mortem maritidonantis, & in specie donatur ann. ducat. 4000. post mortem ex illis introitibus, qui remanebunt in hereditate, ut in ea legitur, & quia vera traditio non adfuit, minus potest Pars arguere de traditione facta per constitutum appositum in fine Albarani cum obligatione bonorum, ex quo adiicitur dispositioni directæ ad tempus mortis, & sic constitutio precarij nihil operatur, cum defuncti possessio sit interrupta, & constituës eo tempore mortis amplius non possideat, quod est requisitum necessarium, doctrina fuit Angeli in l. quamvis S. se conductor ff. de acquirend. possess. Negus. de pignor. par. 2. membr. 2. num. 3. Dec. conf. 247. col. 2. vers. ulterius, Gozadin. conf. 99. num. 13. Alexand. conf. 82. col. 3. vol. 2. Syluan. qui testatur de communi conf.

97. num. 1. *Theſaur. decr. 38. num. 1.* & ante ipsum *Afflīct. dec. 335. colum. 2.*  
*Honded. cons. 18. à nu. 54. vol. 2.* & circa operationem constituti attenditur dispositio principalis contractus, quo confertur post mortem, & eodem modo constitutum in eo appositum, cum sequatur naturam dispositionis, cuius vigore possessio non transferatur, ut latissime *Tiraquell. in tract. de iur. constis. lim. 2. num. 1. & 2. Bald. in l. in testamento infi. C. de fideic. Curi. iun. cons. 131. nu. 12. & Alexan. d. cons. 82. nu. 10.*

8 Proinde ad tollendam hanc difficultatem inevitabilem DD. adinuerunt cautelam ad finem transferendi possessionem antè mortem, ut apponatur clausula *ex nunc, pro tunc, & è cōtra*, quæ producit effectum retroactionis ad tempus initi contractus, & per *Alexand. in conf. 83. col. 3. vers. confirmatur hoc lib. 3. Guid. Pap. decis. 268. autoritate glo. in l. 1. & ibi Ang. C. de codicill. Tiraquell. ead. limit. 2. nu. 15. & seq.* & licet in hoc etiam fuerit controversia, ut per clausulam *ex nunc pro tunc sequuta morte* cum constituto non transferatur possessio, quia deficit extremum, ut latè *Dec. cōf. 247. & contrarium tenuerit Negus. an. dict. memb. 2. par. 2. nu. 3. cum seq.* Quorum opiniones conciliari videntur, ut transferatur possessio, si apposita fuerit clausula *ex nunc pro tunc, & è contra, in präambula hora mortis secundum Bald. in auth. contra rogatus in princ. C. ad Trebell. Alexand. & alij in l. huiusmodi la 2. ff. de verb. oblig. Surd. in conf. 171. num. 21. cum seq. vol. 2. D. de Franch. decis. 213. num. 1. aut si dictum fuerit *ex nunc pro tunc, & è contra, ex tunc pro nunc* per *glos. in clem. Nolentes in verb. ex tunc, vbi Cardinal. & Imol. de heret. Bald. in d. austb. Ias. in d. l. 1. num. 4. C. de codicill. hæc disputatio nō cadit in casu nostro, cum clausula prædicta omnino deficiat, ideòq; remanet firmum, ex illa constitutione precarij apposita dispositioni simplici-**

pliciter collatæ post mortem, Partem aduersam modo aliquo iuuari non posse.

9 Secundò est aduertendū, quòd ad hoc, vt constitutio precarij in specie nostra operetur fidēam traditionem, debet apponi circa res particulariter donatas, minus autem efficax erit, si adiiciatur generali obligationi bonorum appositæ pro obseruantia contractus, quoniam dūm eatēnus donatione morte viri confirmatur, quatēnus rerum donatarum traditio intercesserit vera, vel ficta, si donans minimè se constituerit possidere bona donata nomine vxoris, nō prodest constitutum appositorum generali obligationi, sed effectū produceret, si ratione rei donatæ adiectum esset, casus est in l. cūm bic status S. si maritus ff. de donat. inter vir. & vxa. Ratio est, quia constitutū super obligatione generali, & sic respectū rerum incertarum non pōt operari traditionem certarū rerum donatarum, iuxta tradita per Alex. & alios in l. 3. S. incertam ff. de acq. poss. Dec. conf. 228. & Paris. cōf. 98. num. 22. vol. 2. & super incerto tantummodo prodest respectu vniuersi, & generalis obligationis, vt posuit Negusan. loc. cit. num. 2. in fin. sed ex hac generali obligatione cum clausula constituti nō resultat traditio possessionis rerum donatarum, sine qua traditione donatio facta vxori morte confirmari non potest, vt est clarissimum.

10 Quòd verò ad aliud assumptum, allegatæ traditionis fidēx ex consignatione dicti Albarani donationis, aduertatur, quòd dispositio sex. in d.l. 1. C. de donatio. non potest adaptari ad casum nostrum, etenim text. loquitur, quando quis emerat mācipia virtute instrumenti, & deinde instrumentum emptionis alteri donauit, & tradidit, tunc ex donatione, & traditione illius tituli, & instrumenti rei emptæ illa res empta videtur donata; Verūm non sequitur indistinctè, quòd ex cō-

signatione instrumenti simpliciter intelligatur tradita possessio; sed in illo casu tantum, quando instrumentum, quod donatur, & traditur, cōtinet ius alicuius rei acquisitæ per donatorem, vt ex hoc illa res censeatur donata, ita explicat, & declarat illum sextum Bald. in l. ab emptione num. 3. ff. de paci. Alex. in l. 3. post num. 9. vers. item, fullit ff. de acquir. poss. ex mente Guliel. de Cun. in l. licet C. eod. tit. de acquir. poss. & proinde Bart. allegat illum text. non pro regula; sed in argumentum in l. ff. is, qui pro emptore nu. 65. ff. de usucap. & Lup. in eod. §. 75. n. 5. dicit, quòd si maritus donauit aliquā rem, & tradidit instrumentum, per quod ipse eam habuit, videtur tradere, & sic dum tradit titulum rei emptæ, vel acquisitæ; & quòd sit verum, quòd de iure communi non inducatur traditio ex consignatione instrumenti donationis, nisi in casu particulari d. l. 1. vt modò dictum est, comprobat latè Couarr. var. resol. lib. 3. cap. 16. num. 12. & ppriè in vers. ex ea verò lege, & quòd ad l. particulares Hispania, dicit tunc demum ex cōsignatione instrumenti induci traditionem, si fiat præsente Tabellione, & non aliter, vbi vidēdus est, & ipsum ad vnguem sequitur Tell. Fernand. in l. Tauri 17. nu. 65. in fin. seqq. & sic casus ille specialis est, non generaliter intelligendum, vt Pars prætendit.

11 Insuper doctrina Lupi neque Parti opitulari potest in alio capite, scilicet quòd ex cōfectione scripturæ rei donatæ intelligitur tradita possessio, q. a. allegat tantummodo leges particulares Hispania, de quibus ad præsens non est opus differere, & quoniam sunt constitutiones locales, hoc sufficeret pro responsione, sed clariùs reiicitur hoc assumptum ex alijs duobus. Primo, nam donatio, quæ continet summam ultra quingētos solidos, de necessitate requirit scripturam l. donatio, & l. penult. C. de don. glos. in cap. 1. de censib. in 6. posuit Greg. Lopez partis:

*partit. 5. tit. 4. l. 9. glos. 1.* & sic non sequitur traditio ex sola confectione scripturæ rei donatæ, quæ necessaria erat in casu predicto. Secundò, quia in Ciuitate Neapolis ultra instrumentum donationis requiritur traditio possessionis rei donatæ, ut in consuetudine. *In strumenta donationum insit de instrumētis confectis per Curiales*, immò multūm controuertitur, an sufficiat facta traditio, si donans se constitutat possidere rem donatam, ut ibi *Napodan. in sī. quo loci Regens Villanus* dicit, non sufficere traditionem per constitutum, & sic nedūm non sufficit scriptura pro traditione, sed nec traditio facta, quæ etsi sufficeret, in casu nostro nequè intercessit, ut supra fundauimus.

Ad tertium deueniēdo aduertatur, 12 quod substitetur donatio pro alimētis inter virum, & vxorem, quando tamen sit vxori penitus egenti, ut declarat *Surd. in tract. de alim. tit. 9. q. 9. nu. 11. cum seq.* quemadmodūm quarta in bonis vii. i debetur vxori, quæ laboret extrema inopia, & non aliter, licet de hoc hodie nō agatur, ut copiosissimè comprobat *Cesar Barzus in decis. Bonon. 128. per decem paginas & D. de Francb. dec. 410. vbi declarat, dotem ducat. 800. cuiusdam mulieris Spinellæ ex familia Marini Spinelli Medici fuisse congruè iudicatam, & non habere locum text. in auth. præterea*; At in casu nostro constat, Iuliam habere dotes duc. 2820. Item ducat. 500. exactos per Cesarem, & tot alia mobilia, & argentea, quæ allegat esse propria, ut merito paupertas considerabilis allegari non possit; sed congrua quantitas pro ipsis substantiatione: Et si ultra alimenta fuerit donatum, illud immodicum reuocabitur ipso iure, ut dicit *tex. clarus in ead. lex annuo ff. de donat. inter vir. & uxor.* & considerat ibi *Iurislator*, quod donatio alimentorum non debet excedere vires dotis: quoniam sumus in donatione facta inter personas prohibitas,

inter quas etiam donatio remunatoria non substitetur ultra ratam servitorum; sed tantummodo quantumus seruitia sunt equipollentia. *l. quod autē S. si vir. & uxor ff. eod. tit. posuit latē Viuius in 5. lib. commun. opin. tit. 10. de don. inter vir. & uxor. in verb. contrāetus limit. 2. tom. 1. Handed. cons. 47. num. 8. & 9. vol. 1. & Capyc. decis. 203. n. 22. ex mente Dec. cons. 20. col. 2. Clarus in S. donatio q. 3. vers. sed nunquid.*

13 Demùm ad confirmationem addi potest, quod cùm sumus in donatione excedente sumnam quingentorum solidorū, & deficiat insinuatio, ex hoc etiam non substitetur, namque licet in donatione remuneratoria non requiratur insinuatio. *l. Attilius Regulus ff. de don. vbi glos. Surd. dec. 166. nu. 20.* nequè in donatione propter nuptias, *l. fin. C. de don. antē nupt. aut contemplatione matrimonij Surd. dec. 214. num. 16.* In simplici tamen donatione facta à marito vxori requiritur insinuatio, & morte non confirmatur, & quamvis multi tenuerint, nullari in totū, saltem in eo, quod excedit quingentos solidos inualida erit *Aretin. in cons. 17. num. 2.* sic intelligendo *tex. in d. l. donationes, quas parentes, Ruin. cons. 44. num. 21. volu. 2. optimè Lopus in d. cap. per vestras §. 81. per totum, & latē Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 21. tit. 7. nu. 27. & seq. tom. 2.* Quingenti autem solidi vel sunt tot solidi aurei Castellani, ut dicit *Gregor. Lopez partit. 5. tit. 4. lib. 9. glo. 14.* vel sunt sc̄ptingenti scuti istius temporis, ut latē *Clar. in S. donatio q. 15. in princ.*

Ex quibus omnibus patet, Iuliam astrictem in omnibus debere succubere.

*Fuit causa decisā per Arbitratores amicabiliter.*



AR.

## ARGUMENTVM.

An possit pater liberos exhære-  
dare ex alia causa, quæ non  
sit expressa in *Nouella Iusti-  
niani*.

Qua in exhæredatione an com-  
prehendantur bona antiqua  
Consuetudini Neapolitanæ  
subiecta.

Et an exhæredari possit filius,  
qui post ingratitudinis cau-  
sam reconciliatus est patri.

Qui si paternum agnouit lega-  
tum, an valeat illius quere-  
lare testamentum.

Cuius querela non præparata  
an possit ad extraneum hæ-  
redem transmitti.

Et alia huius generis eandem-  
met materiam concernentia  
exactissimè discutiuntur,  
atque explicantur.

## SVMMARIVM.

- 3 Profacti figura quinque iuris articu-  
li discussiendi proponuntur.
- Testatoris habilitas inspicitur tempo-  
re conditi testamenti.
- Testamenti validitatem abneganti  
incumbit onus probandi, & cum ra-  
sone, quæ recensetur.
- 3 Exhæredationis iusta causa est : quia  
filius est maleficus, & cum maleficiis  
conuersatur.
- Maleficus nomen generale est, &  
zum.4.
- Lydus est crimen.
- Propter mala, quæ inde proueniant.
- Filius an possit exhæredari ex eo, quia  
sit lusor, & fur.

- potest exhiberedari, si magicam-  
exerceat artem.
- 4 Iniuria verbalis comprehenditur sub  
generali nomine maleficus.
- 5 Ingratitudo contrahabitur per iniuriam  
verbalem.
- Ingratitudo siue consistat in omitten-  
do, siue in committendo est sufficiens  
exhæredationis causa.
- Inobedientia, quæ est sufficiens ad pri-  
uandum vasallum feudo, est pariter  
sufficiens ad filij exhæredationem.
- Filius, & vasallus in quo parificen-  
tur.
- Filius potest legitimè exhiberedari ex  
alijs causis non enumeratis in vulg.  
S.causas, dummodo sint illis similes  
vel grauiores.
- 6 d.S.causas intellectus.
- Aliud est enumerare, aliud taxare.
- Lex quamvis taxatiè loquatur, ad-  
buc non excludit casus similes, vel  
grauiores.
- 7 In multiplice iuris materia proceditur  
à simili.
- Cause non sunt restrictæ in hac exhæ-  
redationis materia, vel simili, & cum  
ratione, quæ recensetur.
- 8 Filius quando exhibredatur, potest be-  
res causam etiam non expressam, vel  
ex expressis unam sufficientem profe-  
qui, & probare.
- 9 Filius propter ingratitudinis causam  
legitimam, illiusùè supplemento priva-  
tur.
- Culpa quavis per superuenientem re-  
conciliacionem censetur remissa.
- Hoc autem recipit declarationem, que  
subnectitur.
- 10 Exhæredatio repellit filiam etiam à  
bonis antiquis subiectis consuetu-  
dini.
- 11 Filius recipiendo legatum, iudicium  
defuncti patris dicitur, comproba-  
re.
- Idq; procedit etiam in simplici petitio-  
ne, per quam filius se excludit à que-  
rela.
- legatum eligendo, nō potest bonorum  
possessionem contra tabulas petere.
- 12 Testa-

- 12 Testamenti inofficiis querela à filio viuente non preparata transmitti non potest ad hæredes extraneos.  
Excipiuntur hæredes sui tanum.  
1. si quis filium S. f. C. de inoff. testam. intellectus, & num. 13.
- 13 Linea descendens multum distinguitur à linea ascendi in materia transmissionis.  
Filiis matris hæredes non sunt sui.  
Testameti inofficiis querela quid sit.  
Quomodo probetur remissione.
- 14 Ecclesia, & personæ Ecclesiastice quando instituuntur heredes, ligantur consuetudine, & statuto laicorum in bonis temporalibus.  
Et si excludantur à lucro, non possunt conqueri, cum hoc non sit aduersus libertatem Ecclesie.
- 15 Deciso.

### Pro Magnificis Antonio, & Octauio Corcionis.

#### CONSILIV M XXX.

**R**æsens controuersia pro Magnif. Octauio, & fratre de Corcione cum Venerab. Hospitali Incurabiliū, quinq; capita præcipue continet, ex quibus omnis contentio determinari poterit.

Primū erit, an exhæredatio à Leonardo patre gesta in personam Placiti sui filij, qui Hospitali prædictum hæredem yniuersalem instituit, valida sit ex causis per Testatorem patrem expressis, & per hæredem cum alijs causis legitimè probatis.

Secundum, an eadem exhæredatio uti legitimè facta extēdatur etiam ad bona antiqua, quæ pertinere poterant ad eundem Placitum exhæredatum.

Tertium, quia idem Leonardus pater eidem Placito legauit annuos duocatos 120. isquè legatum agnouit,

recipiendo ab hæredibus dictos duc. 120. vñq; ad mortē; si querela contra paternum testamētum sit denegāda.

Quartum erit, quatenus eidē Placito querela aliquo modo competere potuisse, an trāmittatur ad hæredem Hospitali prædictū, si Placitus viuens illam minimè præparauit, nec de patre conquestus fuit.

Reliquum, an Octauius, & frater hæredes actiones habeant cōtra Hospitali prædictum quoad bona Placiti antiqua, siue materna, & alia post eius mortem remansā.

2. Ut primus articulus absolvatur, est in primis animaduertendū, testamētum cōditum à Leonardo patre omni iure firmissimum iudicari debere tanquam omni solēnitate roboratum, vt ex lectura ipsius clarissimè liquet, cū maximè ex parte Hospitalis aduersus validitatē ipsius nil penitus sit adductum, quod actum, & tempus testādi respiciat, sicut de iure requiritur ad text. in l. furiosum, ibi, qui in ipso actu testandi aduersa valetudine tentus est, & qui testam. fac. pos. & ipsius Hospitalis negantis testamentum validū onus erat probandi: quia id continet implicitam affirmatiuā, scilicet testamentū conditum tempore furoris, text. est expressus in l. nec codicillo C. de codicillis, & ibi glos. fin. & in l. quidam in verbo mentis effet ff. de condit. instit. & glos. in cap. fin. extra de success. ab intest. in verbo compotem, & in cap. indicas in verbo ostenderis 3. quest. 9. ibiq; Præpos. & Ioannes de Turcremat. Florianus etiam in l. sed et si S. iniuriam ff. ad l. Aquil. & Couar. in 4. decretal. par. 2. cap. 2. num. 6. & 7. Immò ex probationibus per hæredes gestis legitimè constat, Testatorem suisse sanx mentis, & rectæ locutionis.

3. Itē ad secundum, exhæredatio substatinetur duabus causis expressis per Leonardum patrē testatorem, & per hæredes probatis; Prima, quia Placitus maleficus, & cum maleficis conuersatus fuerat, bona ipsius testatoris, fu rto.

furto subtrahēdo in notabili summa, & quantitate, illaq; dissipando in ludis, & alijs inhonestis locis cum inhonestis personis, & tempore exhæredationis dictus Placitus erat in reatu, ac carceratus in carceribus M.C.V.

Secundò, quia eidē Leonardo patri inobediens extiterat. Quarum prima est expressa in *S. causas in Auth. ut cùm de appell. cognosc.* & in auth. non licet *C. de liberis prateritis, vel exbæredat. in cap. Quia taurallis extra de iur. iur.* & tale nomen *maleficus* est generale, aptum comprehendere exercentes artes magicas, vel incantationes, vt in tit. de malefic. & math. & in canon. nec mirum 26. quæst. 5. sed in d. S. causas maleficus accipitur pro flagitioso, & punibili, & committente aliquid de genere prohibitorum, vt explicat *Sabycet. in rubr. de malefic. & math. Alex. in conf. 203. sub num. 3. vol. 2.* & expensiūs *Isern. in Constitut. Regni Iustitiarij non per Kalendas vers.* Item nota, quod maleficus, & clariūs in Constitut. præsenti col. 1. vers. sed quid est, in quo dictus Placitus comprehenditur vt lusor, nām ludus sub tali generali nomine comprehenditur l. nam lusus, & ibi glos. ff. ad l. Aquil. & glos. in S. illud verò satis necessarium in procem. ff. in verbo *crimina*, & ibi Bart. allegantes rationem, quod ludus est crimen, nè detur occasio furandi, & delinquendi per text. in auth. ad hoc S. sed nè furandi *C. de latin. liber. sollend.* & quod talis fuerit Placitus exhæredatus, & quanta furto furatus fuerit, & luserit cum hominibus iniquorum morum, & conditionis, in processu plenissimè probatum est, & quod dicta causa maleficus, & cum maleficiis conuersatus in d. S. causas enumerata intelligatur de filio lusore, & furto bona patris subtrahēte, qualis fuit Placitus, apparet; nā Imperator ex quatuor rationibus motus enumerauit causas ingratitudinis, si contra personam, si contra salutem, si contra honorem, & si contra bona linea ascendens per lineam de-

scendentem fuerit commissa causa in gratitudinis. Nec videtur includere exercentes artes magicas, contra quos per alia iura erat prouisum, & hinc est, quod fortius videtur augeri vis causæ lege expressæ, dū idem Testator in codem testamento asseruit, dictum Placitum bona paterna furatum esse, & patrimonio testatoris iacturā magnam intulisse, & vt ex probationibus constat.

4. Est etiam dicta causa expressa in testamento, & in d. S. causas maleficus generalis comprehendens iniurias, text. est in *lex maleficio ff. de action. & obligat. In institu. de oblig. que ex delicto nascentur in princ.* & hoc modo explicat *Jacob. de Beluis. dictam causam in S. aliud quoque capitulum in auth. ut cùm de appell. cognosc.* de iniuria verbalis sine manus iniectione, quā opinionem sequitur *Alex. in præallegato conf. 203. motus auctoritate Ioa. Andr. in cap. fin. extra de donat.* explicādo d. S. causas, & sequitur *Cure. in conf. 148. & optimè Bald. in cap. veniens extra de iure iurand. Ias. in l. procuratoribus C. de procurator. & Cassan. in Consuetud. Burgun. rubr. 7. S. 2. in verbis non num. 2.* & hæc causa legitimè quoq; probata fuit.

5. Altera causa expressa in testamento est: quia Placitus inobediens, in qua duo discutiuntur. Primum, si sub nomine inobediens sit comprehensus Placitus ingratus per iniurias verbales graues illatas, & per insultū cōtra Patrem euaginato cultello, que non fuerat in testamento sic specificè expressa, nè magis Pater in articulo mortis turbaretur.

Alterum, si dicta causa, ex quo non est contumeliosa in d. S. causas, sit sufficiens ad exhæredandum legitimè Placitum.

Quod primum, quod ista causa inobedientiae sit generalis, & in ea includatur iniuria verbalis, & actualis, iuxta text. in l. debitor ff. ad trebell. & sufficit, aliquam comprehendendi, vt do- cet

cet Curt. in d. conf. 148. tam in cōmitendo per sex. in l. 2. C. de libert. & eorum liber. quām in omittendo iuxta not. per glo. in l. solo C. de liber. caus. vbi Bal. not. quod inobedientia, quæ est sufficiens ad priuādum vasallū feudo, est sufficiens ad exhäuserdandum filiū, & in hoc filius, & vasallus à pari procedunt, & quod Placitus cum effectu fuerit talis, plenissimè probatum est, & in hoc minimè versatur dubium; sed si non sit sufficiens, quia non connumerata in dicto S. causas, adhuc dico, quod quamvis in dicto S. causas sint enumeratæ quatuordecim causæ ingratitudinis, & exhäuserdationis; tamen si sit alia similis, vel grauior, causa est sufficiens ad exhäuserdandum legitimè filium, huius opinionis fuit author Gul. de Cuneo in dicta auth. non licet C. de liber. præter. quem subsequitur Nicolaus de Neap. Bald. Prepos. & Aluar. in c. 1. S. prædictis, quæ fuit prim. causa benef. amitt. vbi Aluar. num. 3: testatur, sic suū genitorem asseuerasse in repet. auth. ex causa C. de liber. præter. Ang. de Perus. in l. lex Cornelia ff. de iniur. Alex. in dicta auth. non licet nu. 4. vbi testatur, in iudicando non esse tutum discedere ab opinione Gul. & verè idem affirmauit in l. se is id, quod ff. de iur. om. iud. & consulendo in 2. vol. cōf. prædict. 203. Ias. & Curt. in d. auth. non licet dicunt hanc communem; & idem testatur Rip. in l. s. C. de reuoc. don. q. 41. num. 138. Curt. iun. consil. prædict. Et 148. nu. 10. Feli. in cap. cum speciali n. 5. extra de appell. Gul. de Bened. in repet. cap. Raynatius in verb. in eodem testamento relinquens 2. num. 19. dicit hanc communem; & non esse tutum recedere ab ea, & ibidem Didac. Co-uar. num. 16. idem affirmat, & coaceruat innumeros DD. tenentes hāc cōmunem, Cassane. in præalleg. Con-suetud. rub. 7. S. 2. in verb. si non, nu. 2. fol. mihi 918. Et hoc notabile dixere Petr. Gerard. in primo singulari suo, & Hippolyt. de Marfil. in singul. 78. plures sunt causæ.

6. Et int̄ alias rationes p̄r p̄fatos DD. in medium allegatas. Prima est, quia Imperator in d. S. causas enumerauit, non autem taxauit, int̄mo quamvis ll. taxauerint causas, non excluderūt similes, vel grauiores, prout est in l. s. C. de reuocand. donat. vbi glo. in verb. voluerit admittit alias similes, vel maiores, quæ est communiter recepta ibi per Cyn. Salyc. & omnes DD. vbique, est etiam in l. ob es G. de præd. minor. ibi, ob es alienum tantum, & tamen ibi glo. admittit alias causas similes, vel maiores, quæ similiter est communiter recepta, est etiam in l. omnia S. in fidēi commisso ff. de leg. 2. in verb. nominati sunt, quæ similiter communiter est recepta.

7. Est etiam alia ratio, quia in materia repudij, diuortij, arbitri recusationis pceditur, si similis, vel maior causa viget, ita Feli. adstipulatur in d. cap. cum speciali.

Et demū Gul. de Cuneo se fundat in sex. d. c. 1. S. prædictis qua sit prim. caus. benef. amitt. quod nō sint restrictæ causæ: quia quotidiè natura nouas formas edere deproperat, & est expressa dicta ratio in l. 2. S. sed quoniam diuina natura C. de veter. iur. enucle. qui est text. alleg. per Isern. in suo opere ferdorū.

8. Sed hoc satis notabile non p̄termittam, quod quando filius fuit exhäuserdatus, potest hæres alias allegare, & probare causas, est dictum mirabile Angeli in S. ingratitudinem in auth. de nupt. quod extollit Ias. in l. cūm mōta num. 17. C. de transact: & quod vna causa ex multis expressis, & probatis sufficiat, expressum est in S. siue igitur in auth. ut cūm de appell. cognosc. & ibi Jacob. de Beluis. Bart. & Ang. subsequitur Bal. & Ias. in d. auth. non licet in ff.

9. Et ex his clarissimè constat, fundatam esse intentionem fratrum hēredum ad exclusionem Hospitalis, quod Placiti personam repräsentat, vt eisdē causis quelibet portio etiam legitimè.

& illius supplementi veniat deneganda, ut Bald. docet in consil. 253. filia a mil. circa medium volumen.

Nec obterit post aliqua commissa, Leonardum testatorem Placitum filium maximè dilexisse, & pariter dedisse apothecam drapporum serici, ita ut reconciliatione omnis culpa remissa censeri debeat; siquidem hoc facile reicitur; nam reconciliatio illa, quæ considerati poterit, filio prodest respectu præcedentium iniuriarum, non autem sequentium per filium Placitum illatarum, ut bene docet Bald. in d. conf. 112. num. 4. vol. 2. per text. in §. ff. ibi remissam iniuriam non poterit recolare Inst. de iniur.

Et denique isthæc exhæredatio, & ius sic sum in secundo articulo proposito, non tantum valida censenda erit respectu bonorum à Leonardo patre acquisitorum; sed suas vires extendit, & procedere intelligitur etiam in bonis antiquis subiectis consuetudini, in quo non est multum insistendum; postquam id expressū est in Consuet. incip. si aliquis moriens in f. ver. in tit. de success. ex testam. & Napodan. etiam posuit in sequenti Consuetud. Et si testator in verb. disponere sub nu. 5. vers. item quia.

Quoad tertium articulum in ordine possumus iam ex facto liquet, Leonardum patrem reliuisse Placito. filio annuos ducatos centum viginti; Idemq; filius legatum acceptauit, recipiendo dictos annuos legatos usque ad extremum vitae spiritum; Idcirco quo iure Hospitale prædictum egit ad inuidandum testamētum, postquam nec ipse Placitus de inofficio querela experiri potuisset: quia recipiendo legatum, iudicium defuncti comprobauit, text. est expressus in L. nibil interest, vbi glos. in verb. submouetur ff. de inoff. testam. immò dicit ibi Castr. num. 4. vt filius excludatur à querela, sufficit, si relictum dumtaxat petierit, dummodò non steterit

per eum, qui soluere genebatur, & videtur approbatæ testamentum, ibiq; Albericus ponit optimam rationem, quia si vtrunque competere poterat, unum eligendo, ab alio redditur exclusus, quod expressius, & individualiter deciditur in notabili text. vbi etiam Bart. not. in l. filium §. omnibus ibi, si legatum elegerit, eo iure utimur, ne petat bonorum possessionem contra tabulas ff. de legatis prestandis, & hic articulus non videtur habere difficultatem.

Ad quartum verò articulum descendendo, adhuc dicimus, Hospitale prædictum esse repellendum: quia & si Placito aliqua querela competere potuisset contra paternum testamentum, dum illam minimè viuens præparauit, aut de patre conquestus intentare decreuerit, ad hæredes extraneos, sicut est Hospitale prædictum, transferri non potuit, ad text. in l. posthumus §. si quis cum l. seq. ff. de inoff. testam. per Castr. in l. si pater tuis ff. eod. tit. etenim hæc in officia querela non præparata ex noua Constitutione Iustin. in l. si quis filium §. fin. C. de inoff. testam. transmittitur ad hæredes suos tantum, quando filius exhæredatus non potuit illam præparare, ob hæreditatem ex causa exhæredationis non aditam, vt ibi glos. Odofr. Cyn. Bart. Bald. Paul. de Castr. & Ias. nu. 3. in ver. tertio not. Salyc. in l. cum mota in 2. oppof. C. de transact. qui videatur omnino ibidem Ias. num. 15. ver. & damna, Dec. num. 5. qui omnes concludunt, prouisionem d. l. si quis filium specialem esse fauorem suorum hæredum tantum, ita etiam glo. in l. si quis affirmauerit in verb. hæredes ff. de dolo malo, Angel. in d. l. cum mota, & ibi Roman. num. 10. Aretin. num. 7. Dec. num. 5. & Igne. in authex causa num. 42. C. de liber. præter. Insuper dicunt, dispositionem d. l. si quis filium esse correctoriam iuris communis, nec posse extendi ultra dictum casum expre-

expressum, ut post Iaco. Butric. tenuerunt in d.l. cùm mota Salyc. & Roman. num. 10. vers. sed tu aduerte, Ias. in ead. l. si quis filium vers. secundò limita, & proindè indubitable videtur, dispositionem d.l. si quis filium non extendi ad hæredem extraneum, sicut est Hospitale prædictum, in casu nostro tenerunt etiam Bald. in l. 1. num. 15. vers. ultimò quero C. de inoff. donat. & præcitat DD. in d.l. cùm mota per tex. apertum in l. scimus §. fin. in fi. C. de, inoff. testam. ibi, ad extraneos verò hæredes tunc tantummodo, quando antiquis libris insertam faciet præparationem, & glof. intelligit præparationem illam, de qua habetur in d.l. posthumus cum l. seq.

Et adeò vera est prædicta positio, quod Angel. in l. nam ex his ff. de inoff. testamen. & Fulgos. in d.l. scimus §. fin. probauerunt, dispositionem d.l. si quis filium non extendi ad suos hæredes lineæ ascendentis, sed tantum intelli- gi in fauorem suorum hæredum lineæ descendantis in simplici casu, in quo loquitur.

Nec omittam, omnes ferè DD. in 23 d.l. cùm mota tenere, dispositionem d.l. si quis filium non extédi ad hæredes matris, cùm non sint sui hæredes.

Quæ omnia irrefragabili ratione fundatur; quia querela inofficiosi testamenti nō est propriè actio, nec accusatio, nec ex delicto oritur, aut obli- gatione naturali, & ciuili, sed tantum ex æquitate naturali, quæ fuit taxata, & limitata per Imperatorem Iustinianum. in suis hæredibus tantum filij exhæredati, ita notabiliter dixerunt Odofr. in l. si pater C. de inoff. test. & Bal. in d.l. cùm mota nu. 9. C. de transact.

Nec obstat, quod Placitus instituendo Hospitale, enunciauerit in tertia parte hæreditatis paternæ; nam hic nō est modus conquestus, nec querelæ, nec præparatorij, prout breuiter; sed plenè examinat Isern. in cap. 1. §. porrò in fin. nu. 22. & nu. 23. quæ fuit prima causa benef. amiss.

Quò verò ad ultimum articulum 14 respectu bonorum maternorum, & aliorum, quæ post mortem Placiti remanserunt, medietas illorum iustissimè spectat ad eosdē fratres de Corcione hæredes Leonardi, & fratres eiusdem Placiti iuxta eorum petitio- nem; ex quo omnia bona Placiti, per ipsum tamen non acquisita, clarum est, subiacere Consuetudini prædictæ, quæ incip. Et si testator in tit. de suc- cess. mori. sive filijs ex testam. iuxta not. per Napoda. in proœm. Consuetud. in fi. & in Consuetud. si Ecclesia de iure con- grui in 1. glof. num. 74. per quam Ec- clesia, & Clericiligantr, quando sunt instituti hæredes, prout in casu no- stro, ut posuit Napodan. in proœm. præ- dicto §. præfatis autem in verb. genorem num. 304. cum seq. & in litera tex. Con- suetudinis prædictæ. Si Ecclesia loquēs in simili, vbi etiam Napodan. in 1. glof. num. 75. & sequitur Anchar. cons. 25. qui loquitur, vtrum Ecclesia hæres instituta, vel alia pia causa excludatur per statutum, Alex. etiam in cons. 211. nu. 4. vol. 2. tenet, quod ligatur statuto laicorum in bonis temporalibus, vbi allegat Ioa. Andr. & Curt. sen. in cons. 27. nu. 8. & ultra prædicta Tiraq. latè more suo in præfat. libelli de retract. lign. nu. 14. & in eodem libello §. 1. glof. 13. num. 4. & 5. cum seq. & Alberic. de Rosa. in tract. de statut. 2. lib. q. 2. nu. 7. vbi concludit, Ecclesiasticas personas includi, nec esse contra libertatem Ecclesiæ, quia excluduntur à lucro, de quo non possunt conqueri Affl. in Const. in aliquibus q. 6. num. 17. & ibidem Minad. in verb. filiorum nu. 14. fol. 18.

Ex quibus omnibus apparet, testa- mentum validum esse, exhæredationē legitimam, & Hospitale hæredem Placiti carere actione, & successiū Magnificos Antonium, & Octauium Corcionos esse absoluendos ab im- petuis per dictum. Hospitale respectu hæreditatis paternæ; quò verò ad me- dietatem bonorum maternorum, &

A a 2 alio-

aliorum dicti Placiti, seruata forma  
Consuetudinis, dictos Magnificos An-  
tonium, & Octauium esse admitten-  
dos, &c.

¶ 5 Fuerunt isti de Corcione absolti iun-  
ctis Aulis, de bonis vero maternis Pla-  
cisi decisio non intercessit.

## ARGUMENTVM.

De legati caducitate.  
Et quid concurrente fauora-  
bili pietatis causa.

## SUMMARYM.

- 1 Facti species.
- 2 Legatum remanet simplex, & purum,  
& nequaquam conditionale effici-  
tur propter certi temporis adiectionem,  
& cum ratione.  
Legatum in diem, nèdum petitio dif-  
fert à legato puro, sed cum petitione  
in diem.  
Testatoris dispositio facta adpias cau-  
sas locum habet, licet non contingat  
casus secundum eiusdem ordinatio-  
nem.  
Pia causa an sit simpliciter, & abso-  
lutè substituta, vel limitatè in pœnam  
primi heredis, est distinctio magi-  
stralis.
- 3 Legatum concernens simpliciter piam  
causam, & non personam nequaquam  
potest effici caducum.  
Idem iuris est, si sit factum persona  
contemplatione animæ, quia fuisse  
alijs persone reliturus.  
Argumentum à verisimili habet locum  
etiam in ultima voluntate.  
Legatum secundum Aliquos confir-  
mari videtur, quando aliquo casu  
euéniente potuit mutari, & non fuit  
mutatum.  
Quod admittunt omnes concorditer in

- legato, scù fideicommisso pio.  
Legatum effectum caducum regulari-  
ter remanet penes heredem sine one-  
re.  
Non sic in legato pio.  
Legatum, quod efficitur quasi caducum,  
primo debetur substituto. ibid. in-  
fin.
- 4 Legata nequaquam debentur heredi-  
tate non adita.  
Fallit in legato reliquo ad piam cau-  
sam.  
Relictum causa pietatis à secundo,  
debetur à primo si is adiuertit secun-  
do excluso.  
Legatum extinguitur regulariter, si cō-  
ditione pendente Legatarius fiat in-  
capax, quamvis deinde restituatur.  
Quod non procedit in legato ad pias  
causas.  
Argumentum rectè ducitur de liber-  
tate ad piam causam, & num. seq.  
Legatum fundi euanevit, non item li-  
bertas, si utrumq; sit factum, cum  
Titius fuerit 30. annorum, qui ante  
dictam etatem fuit è viuis sublatus.

Pro Clericis Regularibus San-  
cti Pauli Maioris Ciui-  
tatis Neap.

## C O N S I L I V M X X I .

- 1  Vcretia Mancusia in suo  
testamento reliquit D.  
Didaco de Orision suo  
viro ducatos triginta  
singulis mensibus, eius  
vita durante, & secuta morte dicti D.  
Didaci quandocunque dicti anni  
duc. 360. spatio duorum annorum  
soluant Reuerendis Patribus Sancti  
Pauli Maioris, pro illis distribuēdis in  
celebratione missarum cum alijs pijs  
opēribus ad electionem dictorum  
Patrum pro anima restatrixis, et si  
tempore mortis dicti D. Didaci vi-  
uerent Patres D. Iacobus, D. Simon  
& D.

& D. Andræas Forni, distributio fieret per eos, vel aliquem ipsorum, prædecessit dictus D. Didacus testatrix, & sic respectu ipsius legatum effectum est caducū, queritur modò an respectu piæ causæ, & distributio nis faciēdæ pro anima testatrixis pro duabus annuis præstationibus, non obstante morte D. Didaci, debeatur.

Et conclusiè procedendo videtur, omnino deberi legatum prædictum pro dictis duobus annis distribuēdū, seruata forma legati ex infrascriptis.

2 Primò, ex quo legatum prædictum pium non est cōditionale, sed purum, simplex, & absolutum, quamvis testatrix diem solutionis apposuit in tempus mortis D. Didaci, proindè debebitur legatū, quāuis deficiat illa dilatio ob mortem mariti ad text. in *l. ex his verbis C. quandò dies legat. sed non enim fuit relicturn sub conditione*, quæ defecisset; sed secuta morte viri voluit, deberi legatum; ideò citrà pri uilegium piæ causæ fuit quēdam demonstratio temporis, non ut legatum pro anima deficiat, & sic ille modus non facit desinere legatum *l. in testamento quidā 27. ff. de condit. & demon strat.* nec grauatur maritus legatarius de restituendo Ecclesiæ, quod sibi legatum est, vel partem; sed post mortem ipsius voluit testatrix, quod duę annuę præstationes soluātur Patribus, p anima ipsius, & sic aliud legatum est, eiusdem summe post mortem viri soluendę ab hærede, non à viro legatario, nec de quantitatē ipsi relicta, licet secūs esset, si legatū esset factū in diem, qui defecisset, nedūm petitio dilata, ut *glos.* posuit soluens contraria in *d.l. ex his verbis, in verbo videtur*, quod fortius procedit in relicto ad piam causam, quoniam si attentis verbis videtur factū legatū simplex, & de per se, secuta tamen morte mariti, dum euenit iam casus à testatrice præuisus simpliciter mortuo viro, pia causa cēsetur absolute vocata, vt per *Dec. in consil. 182.* post *num. 6.* secutum auctori-

tatem *Roman. in auth. similicer C. ad l. falcid.* quāuis aliter dicendum esset, si casus expressus non euenisset; sed alius, ad quē non fieret extensio etiā fauore piæ causæ, vt idem *Dec.* posuit in *consil. 273. num. 2. circa fin. & coh. fin.* vīquè ad fin. reprobando in hoc doctrinā *Roman. in d. auth. similicer in 15. special. Anch. consil. 137. & consil. 266. & Paris. consil. 74. vol. 3. & num. 17.*

3 Secundò, relicturn in casu nostro cōcernit piam causam simpliciter, & fortius si fuisset relicturn personæ pro anima, & persona deficeret, si adhuc relicturn fuisset, debet legatum ad piū vsum conuerti, & caducum non efficitur, de quo *Bars. in l. pater 36. §. Tusculanus ff. de leg. 3. Abb. in cap. nos quidem num. 6. & num. 14. de testam.* mortuo namq; viro, vxore superstité, & non ignorantē mortem, iam poterat voluntatē mutare, & nō mutauit: sed cum eadem voluntate post multos menses decessit, ex quo sequitur, quod interrogata nedūm legatum pium non reuocasset; sed confirmasset; quoniā si grauabat hæredem duplicitonere, scilicet ad vitam mariti: si superuixisset, & deinde pro ipsius anima post mortem viri, sine dubio prædefuncto marito tātò magis credendum est, voluisse legare Ecclesiæ pro ipsius anima, cùm in minùs grauabat hæredem pro vno legato Ecclesiæ, vt supra relicto, ad *glos. vulgatam in l. tale pactum S. fin. ff. de pact. & dū sciēs.* mortē viri nō mutauit voluntatē, cùm potuisset, & mors repentina ipsius testatrixis nō successerit, videtur confirmasse legatum prædictum, vt *glos. docuit in l. tractabatur in verbo nihil. ff. de milit. testam. allegans text. not. in l. 3. C. de inofficio. testam. Dec. consil. 490. num. 7. & 8.* & quamvis secundūm aliam opinionē videretur extinctum legatum secuta morte viri, viua testatrix; quæ aliud non egit, nec mutauit, sciēs fortè legatū defecisse, vt habetur in *d.l. tractabatur*, adhuc prædicta nō

procedunt in legato, seù fideicommisso pio secundum Bald. in l. cam., quam in 7. quæstione in lectura antiqua C. de fideicom. & idem in l. si quis ad declinandum num. 11. C. de Episc. & cleric. Dec. in consil. 181. in causa occurrenti post num. 6. Tiraquell. de priuile. pia cause, priuile. 76. D. de Frâchis decis. 156. num. 8. Sebastian. Medic. in tract. mors omnia soluit, conclus. 44. nu. 113. cum seq. par. 2. qui alios recenset, & sic omni modo pium legatum firmum censemur, voluntate non mutata, cù id agere potuerit, si voluisse; quemadmodum quodlibet legatum caducum remanet penes hæredem sine onere regulariter; sed relicta ad pias causas remanent hæredi cum onere, vt idem Tiraquell. posuit in priuile. 38: igitur in casu nostro aut fuit onus appositorum rei legatæ marito post ipsius morte, & ex prædictis debebitur, aut est substitutio, & similiter, vulg. l. unica S. pro secundo C. de caduc. tollend. aut fuit simplex legatum soluendum in tèpus mortis mariti, vt verba sonant, & ex supradictis substinetur.

4 Tertiò, nihil interest, quòd mari-  
tus, qui testatrixi prædecessit, non ha-  
buerit legatum suum: quia quantitas  
relicta viro non fuit legata Ecclesiæ,  
sed post mortem viri confamilis summa  
legata fuit pro duobus annis de-  
indè decurrentis, quæ soluenda erit  
etiam fauore piaæ causæ, sicut hære-  
ditate non adita legata ad pias causas  
peti possunt, secundum Bart. in l. pe-  
nult. circa fin. ff. si tab. testam. null.  
extab. & in d.l. cam, quam, Bal. in l. fin.  
C. de sacrosanc. Eccles. Roman. in dicta  
Auth. similiter nu. 78. licet regulariter  
secùs sit d.l. cam, quam, & l. si nemo ff.  
de testam. tutel. & pariter legatum ad  
piam causam relictū à secundo gradu,  
intelligitur relictū à primo, si primus  
gradus adiuerit, secundo excluso, vt  
probat Roman. in d. authent. num. 88.  
in 30. special. Mantica de coniect. ult.  
volunt. lib. 8. sit. 2. num. 17: & fortius si  
legatarius pendente conditione fiat

incapax, regulariter evanescit legatū,  
etiamsi deinde restituatur l. intercidit,  
ff. de condit. & demonstrat, secùs tamen  
fauore piaæ causæ l. Aristote. ff. de manu-  
mis. testam. qui text. licet loquatur in  
libertate, procedit similiter in pia causa,  
quia valet argumentum de libertate  
ad piam causam Roman. in ead. auth.  
num. 84. & in consil. 235. num. 5.

5 Deniq; accedendo ad casum, quā-  
uis legatum esset factū in diem mor-  
tis mariti, adhuc debebitur etiam de-  
fecta conditione antè mortem testa-  
tricis, & fauore piaæ causæ non effi-  
cietur caducum: si enim testatrix le-  
gasset seruo libertatem, cùm Titius  
fuerit annor. 30. & insuper quòd ab  
hærede fundus præstaretur, si Titius  
ante annum 30. decesserit, legatum  
fundi evanescit, conditione iam defe-  
cta, libertas autem debebitur, cuius  
fauore tèpus superesse videtur, casus  
est in l. si ita scriptum ff. de manumis.  
testam. cōcordat text. in l. fideicomis-  
saria S. etiam ff. de fideicom. libert. pa-  
riter si eodem modo legatum factum  
fuisset pro causa pia, adhuc in his ter-  
minis substinebitur, vt in indiuiduo  
posuit Greg. Lopez tit. 9. l. 31. glo. 3. par-  
tit. 6. illa ratione, quia quod dicitur in  
libertate, procedit in pia causa; Ex  
quibus videtur dicendum, deberi le-  
gatū prædicatum, & distributionē fieri.

Causa bæc non fuit decisa.

ARGUMENTVM.  
De lege, siue conditione appo-  
sita constructioni, vel vnioni  
Capellæ seruanda.

De remedio possessorio circa  
incorporalia, & præsertim  
circa honores.

De dupli possesso, nuda  
scilicet, & titulata. Nec non  
de priuilegijs amissione.

SVM-

# Consilium XXXII.

283

## SUMMARY.

- 1 Thesis presentis controversiae.
- 2 Capella tempore unionis, vel constructionis potest accipere quamlibet legem, & conditionem suis Oeconomis, Fudatorib. seu Patronis melius visam.
- 3 Translationis contractus quoad qualitates adiectas preponderat ordini antecedentis temporis.
- 4 Qualitates enti adiunctae quid inducent.
- 5 Præcedentia in honoribus competit ex maiori qualitate.
- 6 Vulg. est iuris axioma, à primordio tituli posteriorem formari euentum.
- 7 Unionitas, & religio unum corpus mysticum representat.
- 8 L. de his ff. de transact. in argumentum adducta.
- 9 Scientia, siue notitia ex quibus inducatur.
- 10 Argumentum à communiter accidentibus est in iure validum.
- 11 Contractus notabilis de facili deuenire solet in notitiam cuiuslibet etiam extranei.
- 12 Consensus interdum inducitur ex acquiescentia, ibid. in fin.
- 13 Iudicium, & remedium possessorium competit super materia honoraria.
- 14 Titulus colorat, & iuuat vires possessorij.
- 15 Titulata possessio nudæ prefertur possessioni.
- 16 Contractus est stricti iuris.
- 17 Unionis effectus.
- 18 Causa originalis attenditur iuxta iuris regulam.
- 19 Quæ hic ampliatur.
- 20 Possessio maximè in iuribus incorporalibus ex uno conservatur actu.
- 21 Observantia subsecuta quid operetur, & num. 8.
- 22 Verba quandò sunt clara, non est opus gloss. nequæ alia interpretatione.
- 23 Idquæ fuisse exornatur.
- 24 Titulus nequaquam requiritur ad consuetudinis essentiam.
- 25 Interpretatio contra expressa verba,

- 1 & mentem contrahentium non est admittenda.
- 2 Intentionis defectus nunquam sublatus censetur.
- 3 Argumentum à sufficienti partium enumeratione est in iure validum.
- 4 Titulus, vel priuilegium non debet destrui, vel concuti aliqua presumptione, quæ multiplicem admittit intelligentiam.
- 5 Electio perperam facta ut præiudicium inferat, quæ sint necessaria.
- 6 Priuilegium quomodo, & quando amittatur, si in facti contingentia hic subiecta utaris distinctione, à veritatis semita non declinabis.
- 7 Possessionis actus à titulo presumptio nem assumit.
- 8 In possessionis materia ultimus status, siue actus attenditur.
- 9 Principis proprium est dignitates, & priuilegia conferre. ibid. in fine.

## Pro Natione Catalana.

## CONSILIVM XXXII.



Ontroversia ad præsens excitata inter Nationē Catalanam, & Aragonenses, seu Valentianos circa electionem vnius ex Magistris Ecclesiæ Sancti Iacobi facile resoluti potest, attendendo hoc breve factum, quod subneicitur, ex quo resultant clarissimæ iuris conciusiones pro Natione Catalana, quam defendimus.

In anno 46. Natio prædicta Catalana possidens Capellam in Ecclesia Sancti Petri Martyris, vna cum alijs prædictis Nationibus, comprehensis etiam Sardis, sicut ex libris constat, & fide præsentata conuenit cum Excelletissimo D. Petro à Toleto tunc Prorege, & interueniente vti protectore principali, & defensore Ecclesiæ prædictæ Sancti Iacobi, & alijs in contractu nominatis, vt Capella dictæ Nationis

tionis vniretur, & aggregaretur Ecclesiæ prædictæ, adiectis quibusdam conuentionibus, & signanter, quòd Capella prædicta intitulari debeat *Capella dellî Catalani*, quòd affigatur arma, & insignia dictæ Nationis, quòd quando associatur Corpus Domini nostri Iesu Christi in sepulchro, vñus ex associatoribus sit Cöslul dictæ Nationis; & quòd inter Oeconomos Ecclesiæ prædictæ deputetur vñus ex mercatoribus dictæ Nationis Catalana, quo tempore, quia Berardinus Sarroccus, qui erat de dicta Natione Catalana, vt asserebatur, reperiebatur vñus ex Deputatis Ecclesiæ prædictæ, fuit in eodem Magistratu confirmatus, sicut latius patet ex contractu.

**2** Etenim Capella tempore vñionis, & cōstrūctionis potuit ex conuentione etiam dicatorum Dominorum recipientium assumere quamlibet legem, & conuentione, quæ attendenda est, vt docet *Geminian.* in cap. cùm in *Ecclesia in ultim. nos. de præbend. in 6. & Dec. in cap. edoceri col. 2. de rescript.* & inspiciuntur qualitates adiectæ in hoc cōtractu translationis, omisso ordine temporis antecedentis, *Riminal.* in l. cùm quid num. 8. vers. & per illam glo. ff. si cert. petas. & qualitates prædictæ adiunctæ enti qualificant illud, & ponunt in diuersa specie, vt per glo. in cap. licet canon in verb. parochialis de elect. in 6. & in materia præcedentiç considerat *Purpurat.* in l. 1. num. 22. ff. de usc. eius, facta nāmque translatione ex cōuentione prædicta permutata est prædicta, & noua forma tradita, quæ sequenda est, & ab ea nullo modo recedere licet, cùm à primordio tituli posterior formetur euentus, sicut ex pluribus comprobat *Lapus alleg.* 88. nu. 8. reducendo hanc communitatem, seu mysticum corpus ad vnum caput, cui magis conuenire visum fuit cum prærogatiuis prædictis ex traditis optimè per *Oldrad. consl.* 204. à num. 2. Nec possent aliae

Nationes comprehensæ in Capella prædicta allegare ignorantiam dictæ conuentione, cùm facta translatione de vno loco ad alium, quod succedere non poterat absque medio conuentione prædictæ, sine dubio præsumendū est, illius notitiam habuisse, sine quo Capella vñiri, & transferri nō potuisset, argum. *text. in l. de bis ff. de trāsact. Corn. punctualiter in cons. 250 vol. 4. Alex. cons. 11. num. 13. vol. 2. & Crauet. videndus in cons. 123. num. 4.* quando enim tale factum est, quod solet in notitiam peruenire ex communi consuetudine, præsumitur sciētia, vt prædicti DD. testantur, cùm potuerunt de facili certiorari, *Decius cons. 303. col. 2. Anch. in cap. fin. de elect. in 6. Crauet. cons. 168. num. 5. maximè cùm ageretur de contractu notabili, & principali cōtinente existentiam, & conseruationem Capellæ, de quo Rulan. cons. 19. num. 45. vol. 1. vbi plura cumulat ad materiā, & cùm potuissent contradicere, acquieuerunt, et tacitè, sine dubio sibi præiudicium intulerunt, ad not. per glo. in l. *Caius ff. de pignor. act. de quo latè Isern. in cap. 1. S. bac edictali de prohib. seu. alien. per Lothar. Ioan. Fab. in S. admonendi Ins. quib. mod. ius patr. potest. sol. immo.* quòd inducatur consensus, posuit *Bald. in l. in adoptionibus num. 2. ff. de adoption. gloff. in cap. 1. S. hac autem versi sciente, si de inuest. inter domin. & vasal. lis oriatur, vbi Andr. in fin.**

**4** Hoc præmisso licet hodie aliæ Nationes allegēt, posse aliquem ex ipsis nominari, & eligi in Magistrum Ecclesiæ prædictæ, quòdq; pro honore prædicto competat iudicium, & remediū possessorum cap. licet causam in verb. honore de probation. vbi *Bald.* in specie, nihilominus cū habeamus titulū specificū, & de possessione Nationis Catalanæ nō dubitatur, titulus deseruit, nō vt ferentia feratur super petitorio, sed ad colorādū, & adiuuādū vires possessorij *Bald. in l. ordinarij num. 10. C. de reiuendic.* & in l. post sententiam

sentiam num. 4. C. de sc̄ent. Paris. conf. 107. num. 3. lib. 1. *Felin.* in d. cap. licet causam num. 33. titulata namq; posseffio pr̄fertur nudę possessioni, si apparet; quia ex titulo magis iustificatur l. si à te emero ff. si seruit. vendic. Ios. Fab. in §. retinende nu.... de interd.

5 *Anar. Gayl* latè singul. obseru. obseru. 81. à num. 6. lib. 1. & in tit. de pignorat. lib. singul. obseruat. 22. tanto magis cùm pr̄rogatiua pr̄dicta competat ex contractu, qui nō recipit interpretationem ampliatiuam, sed arctatiuā, *Bal. not.* in conf. 145. casus talis est, in quodam instrumēto colum. penul. lib. 3. *Roland.* à Vall. conf. 58. num. 64. vol. 3.

6 & licet vna res, quæ alteri vnitur, sortiatur naturam principalis, & regatur eisdem legibus, & priuilegijs secundū glo. in cap. 1. n̄e sede vacante, vbi Abb. num. 6. vers. & aduertas, & in cap. translata, vbi *Felin.* de constitutio. Bart. in l. & conuenerit ff. de pignorat. actio. *Andr.* in cap. 1. de capit. *Corrad.* num. 27. & de adiunctis, & aggregatis loquitur *Alexand.* in conf. 178. vol. 3. si vnio fuerit facta ex causa, vbi per ipsum post num. 11. *Nihilominus*, si vnio aliarum Nationum successisset post contractum, possent pr̄dicta procedere, & fuisse quoquè necessarius consensus aliorum Protectorum Ecclesie S. Iacobi, sed quia vnio antecēdebat, & facta trāslatione conuentio inita fuit cum pactis superiùs expressis, dum habemus originem conuentionis, & nouæ constructionis, illa attendendā est l. qui id, quod ff. de donatio. & causa originalis inspicitur, quantūmcunque appareret alterata l. cū filius S. si h̄eres meus ff. de lega. 2. *Purpurat.* in l. imperium num. 95. ff. de iurisd. omni Iud. ultra superiùs allegata.

Ex aduerso opponuntur duo. Primum, quod licet in anno 1546. sub nomine collectiō Nationis Catalanae fuerit conuentum, vt vnu ex dicta Natione eligatur inter Magistros Ecclesie pr̄dictæ, adhuc eodem tē-

pore fuit confirmatus Berardinus Sarroccus, qui erat Sardus, & vti Sardus antea obtinuerat priuilegium Militis Aurati ab Inuictissimo Carolo V. in anno 1535.

Secundum, quod in anno 1582. fuit nominatus, & electus per Suam Excellentiam Nicolaus Sistus, qui pariter erat Sardus, & in anno 84. Petrus de Villanova, qui erat Aragonus, & pluries in eodem Magistratu cōfirmatus, vt ex libris cōstat, & sic diētæ aliae Nationes reperiuntur in possessione exercēdi dictum Magistratū, & clarum est in iure, sufficere vnicū actum, vt conseruētur in possessione maximè in his iuribus incorporali, bus *Innoc.* in c. cùm Ecclesia Suriina, vbi Abb. de caus. posseff. & propriet. Rip. ibid. num. 13. *Bart.* in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. act. priu. *Roma.* conf. 311. *Soci.* conf. 187. num. 19. lib. 2. *Dec.* conf. 117. & 124. in princ. *Couar.* pract. qq. cap. 17. in fi. & *Menoch.* conf. 126. nu. 6. vol. 2. addunt, quod actus possessionis pr̄dictæ inducunt obseruantiam subsecutam, ex qua videtur declarari conuentio, & quod talis fuerit mens ab initio, quia posterius factum declarat prius actum, etiam si repugnat proprietati verborum *Soci.* conf. 145. num. 1. in fi. volu. 1. *Ias.* conf. 128. colum. penult. in princ. vol. 1. quia posseffio declarat priuilegium iuxta vulgatum *conf.* *Bar.* 59. *Comune Spoleti*, & non dicetur obseruantia inductiua, sed interpretatiua actus pr̄cedētis secundū *Paul.* de *Castr.* in conf. 347. num. 4. lib. 1. *Aret.* conf. 11. col. 3. vers. sed tantum, *Decian.* alios referens in conf. 44. nu. 28. lib. 4.

8 Sed pr̄dicta obiecta subsisteret, non possunt in petitorio, & minus in possessorio ex pluribus, ex quib⁹ faciliter diluuntur.

Primò, pr̄dicta procedere possēt, vbi verba contractus, seu priuilegijs essent ambigua, quo casu opus fuisse interpretatione ex facto subsequēti; sed quia verba clara sunt, & illorum signi-

significatio cantat expressè in beneficium Nationis Catalanæ, non est curāda alia interpretatio, neq; glosa  
*ille, aut ille S. cùm in verbis ff. de leg. 3. l. voluntas C. defideicommisſ. & omnis interpretatio in verbis claris dicitur calumniosa Curt. conf. 29. colu. 3. & velle interpretari voluntatem claram contra proprietatem verborum est dicere, quòd potius fieri debuit, & aliter disponi, quām factum sit Castrenſ. conf. 185. colum. fin. vol. 2. Decian. declarat in eodem conf. 44. num. 36. & 37. nec quidem verba recipiunt interpretationem à Consuetudine Dec. consil. 49. colum. 2. vers. sed secundūm, & ab illis nullatenus est discedendum l. quod constitutum, vbi Bart. ff. de milita. testament. Ias. in l. quoties ff. de verborum obligation. & Roland. conf. 79. nu. 55. & seq. vol. 3. cùm enim habeamus titulum specificum conuentioñis, non est recurrendum ad *Consuetudinem*, quæ non requirit titulum pro sui fundamento, & initio Ioa. Andr. in cap. 3. de consuetud. in 6. Abb. in cap. ult. de consuetudin. Menoch. d. conf. 126. num. 4. volum. 2. Idcircò stante titulo legitimo, & claro remanet cessante interpretatione, ut respondeatur actibus possessiuis ex aduerso ponderatis.*

Secundò propterea deueniendo ad actus particulares, quoad electionem Berardini Sarrocchi confirmati in anno 1546. vt in primo obiecto, retorquetur cōtra partem; siquidem in eadem conuentione anni 1546. confirmatur Berardinus Sarroccus in dicto Magistratu, non vti Sardus, nec simpliciter alio non expresso; sed quia expressè asserit, esse de dicta Natione Catalana, sufficiebat enim assertio, ut in exequutionem conuentioñis in beneficium dictæ Nationis quoad electionem prædictam confirmaretur, absq; aliqua inquisitione, an vera esset, vel non assertio prædicta, proinde sequitur, quòd iuxta cōuentia similiter habuerunt intentionē

confirmandi vnum ex dicta Natione Catalana, sicut ibi expressè dicitur, ex quo non potest resultare effectus contrarius, scilicet quòd pro Natione Catalana eligere voluissent Sardum, quod nēdum fuisset contra intentionem contrahentium; sed contra verba expressa; sicq; non permittenda talis intelligentia, vulg. l. non omnis ff. si certum petatur, immò si sciuisserint, verè Berardinum Sarroccum fuisse Sardum, non Catalanum, illum sinè dubio non confirmassent contra intentionem, cū defectus intentionis nunquam censetur sublatus, vt dicit Ioa. Andr. in cap. si motu proprio, vbi Geminia. num. 6. de reſcript. in 6. vel saltem elegissent, aut confirmassent Berardinum pro Natione Catalana, dato quòd fuisset Sardus; at quia fuit cōfirmatus expressè, ex eo quòd erat de dicta Natione Catalana, quòd hoc nēdum nō inducitur præiudicium Nationi prædictæ, sed confirmationis actus, & specificæ conuentioñis prædictæ, quod suadetur ex alio, arguendo à sufficienti partium enumeratione; quoniam aut tempore conuentioñis Deputati, & contrahētes sciebāt, adesse alias Nationes aggregatas, & tunc si voluissent deputare Sardum pro Natione Catalana, id expressissent; sed quia actum est contrarium, exprimendo in specie in confirmatione, quòd erat de Natione Catalana, noluerūt ex hoc admittere alium, quām Catalanum, aut vero ignorabant, adesse inclusas alias Nationes, & non sequitur, quòd voluissent confirmare Sardum, & sic alterius Nationis pro Natione Catalana, prout fuerat conuentum, & sic quoçumque Pars se vertat, succumbere debet.

Tertiò, quoad electionem Petri de Villanova responsio facilis est, siquidem in facto verissimum est, dictum Petrum Aragoneum originē habuisse ex vna Ciuitate ex quinque subiectis Episcopatui Alexij, quæ gaudent, & po-

& poterantur oībus priuilegijs, & prērogatiis Catalanorū, vt est notoriū, ob quod in electione facta per S.E. fuit expressè dictum, quōd interueniret præfatus Petrus pro Natione Catalana; proindē vbi cunquē potest cadere alia ratio, & intelligentia, non debet capi præsumptio contra titulum, & priuilegium cap. cūm super hoc derenunc. Hostiens. Ioa. Andr. & Butr. in cap. accendentibus de priuil. Alexand. conf. 33. num. 10. lib. 5.

Quartò, respectu electionis Nicoli lai Sisti, qui erat Sardus, considerandum est. Primò, quōd nominatio facta ab antecessore potuit ex affectione, vel gratia fieri secretē, vt moris est, in personam dicti Nicolai, & ab eodem pariter tolerari electio subsecuta, quē vt præiudicium inferre potuisset, opus erat, vt illa electione vñus fuisset sciēs vti iure suo contra scientes titulum contrarium, & priuilegium, vt docet Innocentius in d. cap. cūm Ecclesia nu. 4. & 5. infi.

Secundò aduertendum est, quōd aut priuilegium conceditur priuatæ personæ, aut Communitati: Primo casu, si sit actus contrarius priuilegio subdistinguitur, quoniam aut priuilegium continet actum momentaneum, tunc per vnicum actum factum direcēte contra priuilegium, ille priuatus perdit priuilegium, cap. cūm accessiſſet, vbi Abb. num. 6. in fin. de constit. & l. 2. C. de iur. dom. impetr. aut verò priuilegium continet actum successuum, & sic recipit reiterationem, & hoc casu licet sit induqum præiudicium in illo actu, non tamen interfert præiudicium in cæteris l. 1. & 2. C. de his, qui sponte mun. sub. voluntariè C. de excusation. tutor. & ita intelliguntur contraria, in priuilegio continente actum momentaneum, non successuum, declarat solemniter Alexand. in d. conf. 33. a. n. 3. & 8. vol. 5. & hoc attēto, quia titulus Nationis recipit reiterationem in alijs electionibus faciendis, ex illo actu præiudicium non generatur in-

alijs actibus electiōnum faciēdarū, licet hic non agamus de priuilegio concessō priuatæ personæ, quod est fortius. Cūm verò agimus de priuilegio competenti Communitati, tunc ex tolerantia particularium ex uno actu, non perditur priuilegium Communitatis, sed expectatur legitima præscriptio 40:ann. vt Abb. docuit in d. cap. cūm accessiſſent post num. 7. & Lanar. refert conf. 72. num. 9. auctoritate Andr. de Barulo in d. l. 2. C. de his, qui sponte mune. sub. & particulariter in omni casu, quōd per contrariū actum non tollitur priuilegium continens fauorem, vt in casu nostro, si recipit reiterationem, posuit Iser. ex dictis iuribus in c. 1. S. nec dominus post nu. 48. vers. nec præiudicaret de prohib. feu. alien. per Fed. quod rationi conuenit, & æquitati, nè ex cōplacentia vnius aliqua vice tollatur ius quæſitū ex contractu valido, seū priuilegiū in præiudicium Cōmunitatis ignorātis, cessante legitima præscriptione.

Vltimò etiam ex abundanti aduertatur, quōd in similibus casib⁹ fortius attenditur actus possessionis, qui est secundū titulum præcedentem, iuxta quem præsumitur possessio l. quædam mulier ff. de rei vend. Bursat. conf. 119. num. 6. lib. 1. Menoch. de præsumption. præsumpt. 101. num. 10. lib. 3. & conferunt dicta per Capyc. dec. 189. num. 6. Sed vt omnis tollatur dubitatio, recenseri debet, quōd vltimis temporib⁹ defuncto Magistro Catalano, reliqui Gubernatores Ecclesiæ prædictæ habentes veram notitiam dictæ prærogatiæ nominauerūt tres tantummodo ex Catalonia Natione, quorum ab Excellentissimo Prorege electus fuit Ioannes Tottosaus, & nouissimè cūm in locum ipsius fuisset electus Antonius del Coto Aragoneus, contradicentibus Catalanis. Et facta relatione per Dominum Regentem Montoyam, infra tempus fuit amotus ab officio prædicto, & fuit ordine Proregis, ad eu-

tandam notam electus unus ex Magistris tanquam continuus absque nominatione, & sic contradictione Catalorum habuit effectum suum, & hic actus, qui est ultimus, in his possessorijs attenderidus est, sic intelligendo tex. in d. cap. cum Ecclesia Sutrina docuit optimè Oldrad. cons. 312 thema questionis post num. 2. vers. & dato fine praejudicio, de quo Anna alleg. 131. num. 2. de Sardis verò non est tractandum, stante illorum priuilegio obtento à Sua Maiestate, cuius est libera facultas segregare, & pro sua voluntate priuilegia conferre ex Ioa. de Plat. in l. 1. nu. 2. & 3. circa fin. C. de Metropol. Berit. lib. 11.

Et ex his remanet clara iustitia Nationis Catalanae tam in possessione, quam in petitorio.

*Causa non fuit decisa meo tempore, si inde fuerit determinata, ignoro.*

### ARGUMENTVM.

Promissio facta viro contemplatione matrimonij ab aliquo ex suis Collateralibus prodest vxori, & filiis, neminem ipsi donatario. Censeturque facta animo donandi. Ita ut dicti filii nascituri super ea molestari non possint ab eodem promissore, & si sint inuitati cum qualitate hereditaria.

### SUMMARIUM.

- 1 Ex praesenti facti theme tres iuris artituli assumuntur disputandi.
- 2 Verbum protinus adiectum in scriptura prouata, ne dum in instrumento

capitulorum matrimonialium importat stipulationem.

Vxor propter suum interesse agere potest ad obseruantiam promissionis facta per consanguineum viri tempore contracti matrimonij.

Idque recipit ampliationem, de qua infra num. 4.

Quae sane promissio neq; de mariti sensu poterit reuocari, prout sic in specie determinatum reperitur in terminis donationis, & cum ratione, qua recensetur, & num. 10.

Donationis factae contemplatione matrimonij si à marito fiat retrocessio, erit nullius momenti quoad uxoris, & filiorum praejudicium, & num. 10.

Ceterum suum operabitur effectum soluto matrimonio sine labore.

Vxoris duplex interesse consideratur in huiusmodi promissionibus, & n. 10.

Vxor parentes propter huiusmodi promissiones (qua sunt pars matrimonij) penè exhausti proprium patrimonium pro pinguoris dotis constitutione, ad hoc ut ditionibus suas collocent filias.

3 Donatio facta contemplatione matrimonij parat actionem filij nascituri ex illo matrimonio, quamvis non sint contemplati ut filii, sed ut heredes, & num. 4. in fin. & num. 10.

Nec alterius tertij requiritur acceptatio filiorum nomine.

Et pariter ampliatur ut num. seq.

4 Matrimonij contractus efficialiter respicit filios tanquam finem ipsius primarium.

Donatio contemplatione matrimonij quare reuocari non posse, & num. 10.

5 Dotis promissor si non sit debitor, nec sit stipulatus sibi dotem restitui, intelligitur illam promisisse animo donandi.

Idq; à fortiori procedit promissore existente coniuncta persona.

Extraneus promittens dotē promulicare, quando videatur dare animo donandi.

Doti equiparatur promissio facta propter nuptias contrahendas.

Donatio

*Donatio inducitur ex sola descrip-  
tione in astimo in personam coniun-  
cti.*

*Hec bona in astimo posita remanent  
obligata pro dotis restituzione.*

*Donatio facta contemplatione matri-  
monij dicitur ob causam, & sine,  
qua matrimonium alias contractum  
non fuisset.*

¶ *Donatio facta filio matrimonij con-  
templatione fauorem respicit mul-  
torum, nedum ipsius filij donata-  
rij.*

¶ *Donationis coniectura ex sanguinis  
coniunctione oritur etiam inter col-  
laterales.*

*Quod sine controuersia admittunt om-  
nes, quando alia probabilis coniectu-  
ra considerari non potest.*

*Et hoc traditio sic qualificata pro-  
cedit etiam in extraneo secundum  
Dec.*

*Promissio quemvis ita est intelligenda,  
nè sit ocoesa, & elusoria.*

*Donatio respiciens commodum do-  
natarij, & tertij, non dicitur sim-  
plex.*

¶ *Donatio manet extra terminos repeti-  
tionis.*

*Donata res contemplatione matrimo-  
nij acquiritur filijs uti filijs, etiam  
si sit adiecta stipulatio pro bere-  
dibus.*

### Pro Faustina de Ebulo.

### CONSILIVM XXXIII.

¶  *Contracto matrimonio in-  
ter Don Petrum de  
Móribus, & Faustinam  
de Ebulo, in capitulis  
matrimonialibus Don  
Petrus afferuit tunc possidere liberè  
à quolibet onere certos introitus pro  
capitali duc. 11. mil. item alia stabilia  
cum expressione certi valoris, vtrà  
alia mobilia, & illuc præsens Marchio*

*Coriliani frater voluit teneri de pro-  
prio in casu contrarij; compertum est  
autem, introitus liberè tunc non pos-  
sideri, sed cum onere iniuncto per ma-  
trem usque ad certum tempus, quod  
etiam in præsentiarum durat, stabilia  
verò esse satis minoris valoris; cùmq;  
Faustina, & filij dissoluto matrimonio  
egissent contra Marchionem, conti-  
git dubitari de pluribus.*

*Primò, an ex dicta promissione sit  
actio quæsita ipsi Faustinæ, & filijs.*

*Secundò, an intelligatur animo  
donandi.*

*Tertiò, an Marchio accesserit vt  
fideiussor, ità quòd quantitatem ab  
ipso soluendam repetere valeat à filijs  
Don Petri, qui veniunt vti hæredes,  
vel illa assecuratio dicatur ad pom-  
pam.*

2 Ad primum, clarum est, quòd dum  
Marchio de suo reficere promisit in  
instrumento capitulorum matrimonialium, præsumitur interposita sti-  
pulatio, quamuis de ea mentio fa-  
cta non fuerit S. si scriptum Institut.  
de inutil. Stipulat. etiamsi verbum  
promisit, fuerit adiectum in priuata  
scriptura Bald. in l. Tutor condemna-  
tus circa princip. C. de usur. Ias. in l.  
Titia S. penult. num. 6. & 7. ff. de  
verbis. obligat. & communem refert  
Dec. conf. 12. num. 2. libr. 2. Menoch.  
conf. 92. num. 35. libr. 1. & Mantica  
declarat de tacit. & ambig. conuent.  
libr. 14. tit. 10. num. 41. cum sequent.  
Ex qua promissione resultat interef-  
se vxoris, quæ aliter non contraxis-  
set, & omni tempore agere posset ad  
obseruantiam promissionis iuxta tex.  
in l. Stipulatio ista S. si Stipuler cum  
Glos. in verbis fieri potest ff. de verbis  
obligat. & in S. sed & si quis cum Glos.  
in verbo valet Institut. de inutil. Sti-  
pulat. D. de Ponte consil. 80. num. 15.  
quòdque reuocari non possit, etiam  
de cōlensu mariti, prout de dona-  
tione loquitur D. de Franch. decision.  
205. per totam, Guido Papa decision.

147. & cons. 12. latè Tellus Fernand. in l. Tauri 22. num. 17. & in l. 17. num. 16. & sequent. Matienz. tit. 6. l. 1. Glos. 8. num. 3. cum sequent. Nec retrocedi potest à marito, cùm respi- ciat commodum viri, vxoris, & fi- liorum, tradiderunt Tell. in l. Tauri 19. num. 8. & 9. Gutier. practic. qq. lib. 2. quæst. 121. num. 6. Molsef. cons. 11. num. 22. licet contrarium affirma- re videantur ex lege particulari His- spaniæ, & dicitur inanis retrocessio facta à marito quoad vxorem, & fi- lios; verum posset habere effectum soluto matrimonio absque sobole, declarat Sanchez de matrimon. libr. 6. in tit. de donation. inter vir. & uxor. disputat. 32. num. 5. & 6. in fine, sicut fuit iudicatum annis elapsis in Sacr. Consil. in causa Don Marcelli Russi cum Principe Scille tunc Comite Si- nopolis in Bâca Sarri; & prædicta be- nè procedunt, vt super bonis dona- tis consultum sit vxori pro suis do- tibus, & iuribus dotalibus, vt conside- rat Angulo de meliorat. siue ad l. 6. Glos. 4. n. 8. & 10. tit. 6. lib. 5. Pacta enim om- nia adiecta in contractu matrimonij sunt pars essentialis ipsius matrimo- nij, & cum ipso contractu confundū- tur, & concernunt etiam utilitatem mulieris, & illius parentum, qui con- templatione promissionum eneruant patrimonia sua, constituendo maio- rem dotem, vt ditionibus tradant, aliàs non daturi ex traditis per Guid. Pa- pam decision. 145. Roland. à Valle consil. 44. num. 20. cum seq. volum. 4. & latissimè Fontanella de pacit. nup- tial. clausula 4. glos. 1. num. 19. ma- xime si promissio intercessit causa certi, & determinati matrimonij, vt ibi per ipsum num. 22. & num. 35. Item aliud interesse vxoris consideratur, vt honorificentiùs viuat cum viro, & filiis nascituris, vt dicetur in- fierius.

3 Pariter quoque statutum est, vt ex illa donatione queratur etiam actio filiis nascituris ex illo matrimonio ad

tex. not. in l. diui Constantini, ibi, Pa- etis, qua matrimonij tempore super do- tibus, vel ante nuptias donationis rebus subsequuta fuerint, etiam ad ipsorum personas pertinentibus C. de natu. liber. etiam si filij essent contéplati vt hære- des, non vt filij, Berträd. cons. 73. vol. 2. cons. 281. vol. 3. & consil. 276. vol. 1. etiamsi promissio per alium tertium nomine filiorum non fuerit accepta- ta, cùm sufficiat promissio vni facta, tradit Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 14. num. 2. Clarus in S. donatio quæst. 13. circa princip. & latè aliij relati per eun- dem Fontanell. Glos. predicta eadem clausula 4. num. 4.

4 Immò etiamsi in promissione facta contemplatione matrimonij non sit facta expressa mentio vxoris, nihilominus illi statim actio quæritur; quia in contractu matrimonij implicitè in- cluditur vxor, tanquam pars essentia- lis, & sic etiamsi non sit facta mentio filiorum, adhuc tamen statim compe- tit actio filijs ex ipso matrimonio na- scituris, ex quo totus contractus ma- trimonij essentialiter respicit filios, tanquam finem primarium ipsius ma- trimonij, ad quod legatur Thomas Sanchez de matrimon. lib. 6. de donatio- nib. inter coniug. disput. 92. & Molina Iesuita tractat. 2. de maiorat. disputat. 584. num. 3. Anton. Faber in suo Codi- ce l. 8. tit. 36. de reuocand. donation. dif- finit. 1. Vbi reddens rationem, cur donatio contemplatione matrimonij reuocari non possit, subdit, non so- lùm, quia causam onerosam habet, nempe matrimonium, quod aliter contractum non fuisset, sed etiam, quia facta videtur donatio in fau- rem filiorum susceptorum, & susci- piendorum, & ita decisum refert in Senatu Sabaudiæ, expressius docet Tellus in d. l. 22. num. 19. vbi Gomez. nu. 25. Molin. de primogen. cap. 2. nu- 16. & Molina Iesuita loc. cit. & si facta esset mentio filiorum vti hæredum, nulli dubium est, filiis ius quæsitus- esse, licet vti hæredibus, vt Bertrand. posuit

posuit in d. cons. 176. nū. 4. vers. sed superest, de Posse cons. 25. nū. 3. & Sard. doc. 322. latē.

**3** Ad secundum, an promissio intelligatur facta animo donandi, concludenter affirmatur, quod sic, sicut dicimus in dote promissa ab eo, qui non est debitor, & non est stipulatus sibi reddi, ut intelligatur promissa animo donandi. *L. unica S. accedit C. de rei uxo. action.* & de promissione facta ab extraneo, maximè quando supra vires patrimonij, quod in dubio donatio præsumatur, posuit *Bald. consil. 59. tres persona sunt sub num. 1. vol. 3.* intercessit namq; hæc promissio ob nuptias contrahendas, & sic doti equiparatur, dicit *Menoch. in consil. 967 num. 16. volu. 10.* ideò sicut in dote promissio donationem continet cessante alia stipulatione, tanto magis, quia fit intuitu coniunctæ personæ ex traditis per *T. besaur. quæst. forens. q. 79. num. 5. lib. 2.* Si enim sola descriptio in æstimo in personam coniuncti inducit donationem, ut ibi concludit, & habetur in *L. spes C. de don. vbi Bald. qui dicit, illa bona remanere obligata etiā pro restituzione dotis; ibiq; Petr. de Bellapert. in vers. fin. fortius dicendum est in hac promissione contemplatione coniuncti causa matrimonij contrahendi, ut donationem contineat eius, quod ex quætitate asserta deficeret, ut matrimonium subsequutum fuisset.*

Cōsideretur namq; quod similes promissiones cēsentur prius tractare inter consanguineos vtriusque, & propterea, ut dictum est, parentes promittunt amplas dotes pro matrimonio contrahendo, quod alias cōtractum non fuisset, ut idem *Fontan. docet loco proxime citato num. 35. & nos alias comprobauimus in alleg. pro Vittoria Caracciola.*

**6** Et sic illa promissio continet utilitatem vxoris, & parentum, quorum maximè interest, Generum, & Mari-

tum respectuē habere diuitem; sic enim honorificentiū viuent, sic mulier securiorem habebit dōtem, sic filij securiū habebūt, vndē viuant, & alia commoda reportabunt, & è contra, quæ infortunia, si paupertate laborent, quæ cuiquè facile est considerare, ut latē posuit idem *Fontanell. in d. glof. 1. num. 30.* modò licet dubitari possit, an ex sola coniunctione inducatur donatio, de quo in *L. si seruus communis ff. de donat. inter vir. & ux. nihilominus si alia probabilis conjectura considerari non possit in contrarium, tunc inter coniunctos sine dubio præsumitur donatio, quia inter extraneos etiam hoc casu præsumeretur, ita *Des. cōprobat à fortiori in consil. 267. num. 2. ad fin. & num. 3. Mantic. de sacit. conuent. lib. 13. sit. 19. in princ. & propriet. nū. 13. som. 2.* si enim diceremus, si se factam promissionem ad pōpam, scū animo repetendi, & non soluendi, inutiliter promissio intercessisset, & frustatorie, quod non est ferendū, ut per *Menoch. consil. 239. num. 13. vol. 3.* contra omnia, ut supra considerata, & tractata in capitulis, quæ omnino sunt obseruanda; omnium enim intererat habere maritum, & patrem locupletem, qui ferre potuisset pondus matrimonij, & ad id contrahentes principaliter respexerunt, & alias fuisse impossibile contrahi matrimonium iam initum constituta dote respectuē ad promissionem prædictam, ut per *Rolan. d. consil. 44. num. 22. Menoch. consil. 723. num. 21. volum. 8. Dec. consil. 35. nū. 21. lib. 2. Viuium dec. 257. vol. 3.* & *Matieu. in matrimonio contracto cum certa persona in loco superioris citato;* proindè cum alia conjectura, præsumi non possit, nisi donationis, sine dubio est pro donatione iudicandum.*

Vltimus verò articulus ex prædictis remanet resolutus; quoniam promissio adiecta in capitulis non,

potest dici ad p̄pānū, alio non apparet, cūm in contrarium cantēt promissio; cui Marchio contrauenire nō potest, immo esset perius, si h̄ec allēgarer dīrectē contra proprieſta, minus etiam dici poterit fideiſfor, vt locum habeat repetitio, vel excepſio non ſoluendi contra filios h̄eredes D. Petri, ex pluribus.

Primō, quia ſi h̄ec promiſſio fuit facta animo donandi, vt in dubio pr̄sumitur, in pr̄ſentī caſu cefſae repetitio l. quod dictum 34. ff. de part.

Secundō, quia in re promiſſa ſeu donata contemplatione matrimonij dicitur acquiri ius filijs vti filijs, etiam ſi ſit stipulatum pro h̄eredib⁹, quod pr̄ter alios fundauit optimē Devian. confl. 8. m. 20. C. 21. v. 4.

Tertiō, quoniam dūm in hac promiſſione verſatur intereſſe vxoris, & filiorum, vt habeant vnde honorificentiū viuant, vtrā intereſſe do- tium, & iuriū dotalium, ſi daretur repetitio, ita quōd datum ex una manu, ex alia repeteretur, inanis eſſet promiſſio pr̄dicta contra omnia ſupradicta, quæ ſunt indubitabiliā, & proinde iſtę promiſſiones ſunt irreuocabiles, etiam accedente consenſu mariti, & firmā permanent perpetuā abſque contradictione. Ideoq; licet filij venient ut h̄eredes, hoc parūm refert, quia non ex hoc ſequitur, quōd promittens non teneatur, cūm principale intereſſe verſetur, vt promiſſio habeat effectum ſuum, etiam quōd filij habereant bona promiſſia poſt mortem patris, vti h̄eredes, quoniam ex hoc non resultat aliud, niſi vt habeant cum qualitate h̄ereditaria, & teneantur ad onera contracta per patrem, miňus autem vt promiſſio nō habeat effectum, cūm filij etiam h̄eredes conſequi valeant promiſſia in contractu matrimonij, vt ſupra fundauimus, aliás ſequeretur, quōd

ſi vti h̄eredes non poſſent experiri pro obſeruancia promiſſorum, licet ſuifſet patri retrocedere, reuocare, & annullare promiſſiones facias in capitulis, & priuate uxori, & filios principaliter contemplatos, & non decet, circumueniri mulierem hac lege contra h̄ereditatem, eiusq; filios, & deſcendentēs ſaltēm quōd ad asſecuratiōne ſucessiōnis hominum in promiſſione contentorum, quæ promiſſiones irrevocabiles ſunt, etiam in beneficium h̄ereditatis patris, & eius h̄ereditatis, ſiue h̄ereditamenti, vt utar verbiſ eiusdem Fontanelle d. claus. q. glof. 1. num. 71. & 73.

H̄ec ex abundanti dicta fuerunt, cūm ſatis diſcuſſa fuerint in caſa familiis asſecuratiōnis factar̄ per Liuium, & Paulum Caracciolos fratres in contractu matrimonij inito inter Flaminium Caracciolum, & Dominam Laudoniam Ruffam, in qua caſa illud controuertebatur, num filij Flaminij veniant vti filii, vel vti h̄eredes, & ſi vti h̄eredes, quæſtio etiam conſirmabatur, vt quæſitas promiſſa pertineat ad Creditores Flaminij, non autem ad Asſecuratores, ſeu promittentes, ex quibus remaneat firmum, Marchionem teneri ad intereſſe decurſum, & decurrentium capitalium duca torum vndeциm mille, & ad valorem ſtabilium defiſientem ex quantitate in capitulis enarrata.

#### Cauſa non ſufi: deciſa.

Flaminium Caracciolum, & Domi na Laudoniam Ruffam, in caſa familiis asſecuratiōnis factar̄, quæſtio etiam conſirmabatur, vt quæſitas promiſſa pertineat ad Creditores Flaminij, non autem ad Asſecuratores, ſeu promittentes, ex quibus remaneat firmum, Marchionem teneri ad intereſſe decurſum, & decurrentium capitalium duca torum vndeциm mille, & ad valorem ſtabilium defiſientem ex quantitate in capitulis enarrata.

AR-

## ARGUMENTVM.

Releuij liquidationem fieri inspecto reditu vniuersitatis feudi, non rerum singulorum, multifariam, multisque conuincitur modis.

Cæterum subfeudum ab eodem Barone emptum non manere sub eadem consuetudinis censura quoad releuij præstationem, aliquot demonstratur rationibus.

## SUMMARIUM.

1. *Facti species in duos iuris articulos contracta, & num. 9.*

*Releuij solutio fuit ex consuetudine, introducta.*

*... est à feudo extrinseca, & ei non inest.*

*Et sic non est onus feudi.*

*... fit à successore pro inuestitura renouatione.*

*Sed hodie in Regno inest feudo.*

*Et durum est obtainere contrarium.*

*... afficit quemcumq; possessorem tenetem feudum etiam ex titulo oneroso, nèdum lucrativo.*

*... est medietas fructuum illius anni, quo feudatarius moritur.*

*In Releuij liquidatione distingui solent duo casus.*

*Prior erit, quandò in anno, quo moritur feudatarius, nulli ex feudo fructus percipiuntur.*

*Posterior, quandò aliqui, & nu. 3.*

*Feudum dicitur vniuersitas facti, non iuris, habens sub se diuersos agros secundum Andr.*

*At secundum glof. feudum est nomen iuris.*

*2. feudatary obitu denunciato, per Regiam Curiam fit solita inquisitio de-*

*valore feudi propter releuium.*

*Releuium non soluitur distinctè ex singulis corporibus feudi, sed ex ipso feudo in uniuersum, & num. 5. & 6.*

4. *Releuij præstatio non concurred cum adobz solutione, & cum ratione.*  
*Et soluitur releuium, si est maius, siue pinguis.*

*Cum electio sit Domini.*

5. *Adoba est seruitium debitum pro feudo, & respicit vniuersitatem feudi, non illius res singulares.*

6. *Releuium duplex in uno, eodemq; anno non potest deberi, & cum ratione.*  
*Commemoratur absurdum, quod proficeretur, si pro releuio attenderetur reditus rerum singularium, & non ipsius feudi in vniuerso.*

7. *Inuestiturae solemnia, quæ in prima feud. concessione interueniebant, in Regno sunt sublata.*

*Inuestitura nil aliud est, quam posses-*

*sia.*  
*Releuij solutio successit loco inuestitu-*

*ræ insuccessore in hoc Rezno.*  
*Et est confirmatio veteris inuestitu-*

*rae.*  
*Feudatarius intrando unum, & idetur habere omnium possessionem.*

8. *Releuium in effectu ad quid soluat.*  
*Ecclesia Romana habet directum do-*

*minium.*  
*Et ciuilem possessionem vniuersitatis huius Regni.*

*Regnum dicitur unum feudum in vniuerso.*

*Comitatus diuersimode consideratus pot dici res particularis, nec nō vniuersitas.*

*Inuictissimus Rex noster in toto hoc Regno habet utile dominium, & dominium directum quod ad particula- ria Regni feuda, non autem quod ad singulas res feudi, quarum feudatarius habet directum dominium.*

*Releuij liquidationem fieri inspectis fructibus vniuersitatis feudi, non rerum singularium, conuincitur satis egregia ratione, quæ subnectitur ibi. in fs.*

- 9 Subfeudum emptum ab eodem Barone  
subinfeudante non manet sub eadem  
consuetudinis censura circa releuij  
præstationem,  
10 Deciso.

### Pro Duce Magdaloni in liqui- datione Releuij.

#### CONSILIVM XXXIV.

**N** liquidatione releuij ob mortem D. Diomedis Carafæ Ducis Magdaloni de duobus dubitari contingit, capta jam informatione consueta de redditibus feudorum. Primo, an quia ex introibus particularibus oliuarum in anno mortis Ducis fructus percepti non sint, vel modici, sit soluendum. releuium iuxta fructus perceperos ex arboribus oliuarum alterius anni ad electionem Regiae Cameræ, cuius resolutio conclusiæ loquendo dependet ex infra scriptis.

Etenim releuium ex consuetudine soluitur, & dicitur præstatio extrinseca à feudo, quæ non inest feudo secundum Andr. in cap. 1. S. sed & res num. 11. per quos fiat inuesti, vbi Loffred. & Affl. & in cap. 1. num. 21. vers. de impositis de capit. Corrad. & mos introduxit, successorem in feudo pro obtinenda renouatione inuestituræ releuium soluere, de quo Frecc. de subfeud. lib. 2. 3. author. num. 4. & sic non esse onus feudi; sed à succedente deberi pro honore domini, qui iubet, feudatarium in possessionem feudi immitti, aut inveteri conseruari, vt ibidem Frecc. posuit num. 6. & post num. 21. ex quo videbatur dicendum, quod cum releuium non debeatur ex natura feudi, sicut lege feudali, non sit onus in rem; sed personæ succedere volenti impositum, & ex eo non inferatur præiudicium tertio possessori; sed hodie quasi inest feudo, & passim admittitur sub-

eadem lege, & durum esset obtinere propter consuetudinem exigendi, & obtemerantiam Regiae Cameræ, cum præleuio fiat executio contra quemcumque possessorem tenentem feudum siue ex titulo lucrativo, siue oneroso, testatur Frecc. ead. 3. author. num. 4. in f. & nu. 16. & D. de Franch. dec. 121. num. 11. Hæc autem consuetudo introduxit, ut pro releuio soluantur medietas fructuum illius anni, quo feudatarius moritur, testantur Andr. & Affl. in cap. 1. S. similiter de capit. Corrad. licet Andr. dicat, medietas fructuum, non expresso cuius anni, sed id clarius dixit in Constit. post mortem col. 2. vers. & quidem secundum usum Curiae, Frecc. d. author. 3. num. 5. D. de Franch. dec. 121. & Rouit. in pragm. 4. de feud. num. 91. & quamvis Loffred. in d. S. sed & res dicat, vidisse in quodam Codice notatum, deberi pro releuio medietatem fructuum unius anni, & quod illa verba Andr. illius anni sint posita ex errore Impressoris, ita quod supponi possent fructus alterius anni, & etiam Vrsill. ad decis. Affl. 265. nu. 93. id tamen receptum non est secundum Frecc. loco citato, & tandem iudicata extat, quod si nulli fructus percipiuntur ex feudo in anno mortis feudatarij, tunc successor releuium solueretur pro medietate fructuum alterius anni, & Regia Curia eligit unum ex tribus mortem feudatarij praecedentibus, sicut decisum fuit in causa Comitis Palenæ cū voto Sac. Cösilij, si verò aliqui fructus percipiuntur ex feudo in anno mortis feudatarij, debetur medietas fructuum illius anni, sic determinatum fuit per Reg. Cameræ in causa Io. Bernardini Carboni Marchionis Paduli, vtrunque refert D. de Franch. dec. 121. & Frecc. d. author. 3. num. 28.

Hoc autem sine dubio intelligendum est, si nulli fructus percepti fuerint ex toto feudo, & ipsius uniuersitate, non ex singulis corporibus feudi separatis, quæ corpora

pora non considerantur singula de-  
per se , sed tanquam sub feudo com-  
prehensa, quod dicitur vniuersitas fa-  
eti, non iuris , habens sub se diuersos  
agros, vt dicit *Andr. in cap. 1. in verbo*  
*traditionibus vers. item si effet verum,*  
*usque ad num. 5. quid sit inuest. & in-*  
*cap. Imperialem S. præterea si inter duos*  
*num. 73. in fin. de prohib. feud. alien. per*  
*Feder. vbi Camerar. fol. 38. lit. B. quam-*  
*uis glof. dicat , quod feudum est no-*  
*men iuris in Constitu. consuetudinem .*  
*prauam bac̄tēnus in verb. quantumcunq;*  
*benè verum est , quod facta denun-*  
*ciatione mortis fit inquisitio iuxta so-*  
litum de valore feudi propter rele-  
uium dicit *Andr. in cap. 1. post num. 6.*  
*vers. patet in Regno Siciliae de feud. co-*  
*cognit. & in cap. 1. S. sancimus num. 10.*  
*quo tempore miles, quod interpretatur*  
*de redditibus feudi , & tunc inspicitur*  
*reditus cuiuslibet corporis feudi , vt*  
*dignoscatur quantitas soluenda pro*  
*releuio pro medietate fructuum illius*  
*anni , non autem quod releuium sol-*  
*uatur distincte pro singulis corpori-*  
*bus feudi.*

Et p̄ confirmatione affertur pun-  
ctualis doctrina Bartholomei de Capua  
*in Constitu. minoribus vers. & est rele-*  
*uium, per hæc verba, & est releuium*  
*medietas valoris anni Terræ, quam*  
*feudatarius tenet secundum consuetu-*  
*dinem approbatam, & sic agitur de an-*  
*nno valore cōcernente reditus; & de*  
*releuio Terræ, quā feudatarius tenet,*  
*considerando ipsum feudum in vni-*  
*uerso , non singula corpora feudi se-*  
*paratim; proindē si illo anno fructus*  
*ex toto feudo percipiuntur , minus*  
*autem ex aliquo particulari corpore*  
*feudi, non debetur releuium respectu*  
*corporis prædicti iuxta fructus alte-*  
*rius anni , & quod ad restantem redituū*  
*feudi inspecto tempore mortis , & si*  
*difformiter liquidando introitus duo-*  
*rum annorum; sed consideratur rota-*  
*litas feudi in vniuerso , & illius fructus*  
*in anno mortis feudatarij iuxta di-*  
*stinctionem supradictam.*

- 4 Amplius in illo anno mortis sol-  
uitur releuium, sed non adoha , etiam  
si illo anno imponeretur , cūm aliās  
succedens non haberet vnde viuere,  
& ad vnum tātū tenetur ad electio-  
nē Fisci, & adoha , & releuium cōfun-  
duntur, dicit *Loffred. in d. S. sed & res*  
*in vers. contingit dubitari in 5. & ult.*  
*argumento, & in cap. 1. in verb. ibi fru-*  
*ctus hic finit lex , vbi quod soluitur*  
*releuium, quatenus est maius adoha ,*  
*& Loffred. sequitur Frecc. d. author. 3.*  
*num. 26. Si modò adoha , quod est ser-*  
uitū debitum pro feudo, non respicit  
res singulas feudi, sed inhæret vni-  
uersitati illius secundum glof. magi-  
stralem in d. Constitut. consuetudinem  
*prauam bac̄tēnus in verb. de quibus,*  
*Frecc. lib. 2. author. 5. num. 13. infi. Luc.*  
*de Penn. in l. 2. num. 6. C. de omn. agr.*  
*deser. lib. 11. & Lanar. conf. 30. num. 16.*  
*conf. 40. num. 2. & conf. 92. num. 13.*  
pariter releuium , quod confunditur  
cum adoha , & ei quodammodo sub-  
rogatur, deberi non potest ex singulis  
corporibus feudi separati de per se,  
sed ex corpore , & vniuersitate feudi,  
licet inspiciantur reditus omnium re-  
rum feudi ad sciendum quantitatē  
introitum feudi in illo anno mortis  
feudatarij.
- 6 Confirmātur prædicta ex alio, quo-  
niā medietas fructuum soluitur Re-  
giæ Curiae pro releuio, siue adoha , &  
reliqua medietas remanet successori,  
vnde possit viuere , vt dicit *Loffred. in*  
*locis citatis , & ideo si vno anno mo-*  
*riatur pater feudatarius, & eodem, an-*  
*no filius successor , non debetur du-*  
*plex releuium, quia grauaretur succe-*  
*dens dupli onere , & feudum rema-*  
*neret inutile, licet diuersæ sint perso-*  
*næ defunctæ, testatur Frecc. d. author. 3.*  
*num. 6. nunc si ex vna re particulari*  
*feudi nulli fructus in anno mortis*  
*perciperentur , & illius respectu de-*  
*beretur pro releuio medietas fructuū*  
*anni præcedentis, grauaretur succe-*  
*sor dupli onere , & parum, aut nihil*  
*remaneret, vnde viuere posset, quo-*  
*niā*

niam in anno mortis solueretur medietas pro releuio, praestaretur etia n vita, & militia fratribus secundo, & tertigenitis, qui in aliquo non contribuerent iuxta *decis. Afflct. 252.* & ibi *Addens.* & de restantibus fructibus solueretur alia medietas respectu corporis in illo anno sterilis iuxta introitus anni precedentis, quos succedens non percepit, & absque deductione adhuc stante solutione facta in eodem anno præcedeti, ideò quia successor duplice onere grauari non potest, & feudum in illo anno non debet esse inutile succedenti, atten ditur redditus feudi in vniuerso, non singularum rerum de per se, ad dignoscendum, si nulli fructus, aut aliqui percepti fuerint in anno mortis feudatarij.

*7 Succedit alia consideratio non contemnenda, siquidem in prima concessione feudi solemnitates inuestituræ in Regno sunt sublatæ, dixit Andr. in d. cap. 1. §. sciendum post nu. 3. vers. ad quid oportet dici, quib. mod. feud. consti. poss. & ibid. circa fin. quod inuestitura nihil aliud est, quam possessio, & similiter in Regno in successione loco inuestituræ successit solutio releuij, docuit idem Andr. in dict. c. 1. post num. 6. vers. nec postea fit alia inuestitura de feud. cogni. Capyc. in cap. Imperiale fol. 55. limit. 14. de prohib. feud. alien. per Feder. Regens Rouitus in tit. de feud. pragm. 4. nu. 90. & est confirmationis veteris inuestituræ iuxta verba eiusdem Andr. in d. c. 1. de feud. cogn. post dictum num. 6. vers. item est dominus, inuestitura vero non concernit res singulares, quandò sumus in vniuersalibus, vt in feudo, & sufficit, quod feudatarius intret vnum, & sic videtur habere omnium possessionem, tradit idem Andr. in cap. 1. post nu. 4. vers. audiui magnos peritos quid sit inuestitura, eodem modo releuium, quod loco inuestituræ successit, non soluitur particulariter de singulis rebus feudi, sed pro corpore feudi in-*

vniuerso, quod omnia comprehendit, recognitis tamen fructibus totius pro liquidatione medietatis debitæ, sicut inuestitura non fieret singulatum rerum, & proinde sufficit, aliquos fructus perceptos fuisse ex feudo, non distinguendo sigillatim res feudi particulares, quoniam quod debetur ex vniuersitate feudi, non est ad singula corpora referendum, ut paulo inferiorius dicitur.

*8 Denique releuium in effectu soluitur pro confirmatione, seu renouatione inuestiture, si necessaria esset, & rectius in recognitionem superioritatis, & dominij dicit Loffred. in d. §. sed & res, D. de Franch. d. dec. 121. num. 7. modò clarum est, Ecclesiam Romanam habere direatum dominium, & ciuilem possessionem vniuersitatis Regni, quod est speciale patrimoniu Beati Petri cap. ad Apostolicæ de re iud. in 6. Afflct. decis. 77. num. 2. verum hoc intelligitur respectu totalis corporis, seu quotarum partium, non autem singularum corporum, seu partium singularum, ex quibus vniuersitas Regni constat, & Regnum dicitur vnum feudum in vniuerso, non plura feuda, quamvis plura sint corpora, vnde habendo r. specum ad vniuersitatem Regni, sine dubio Papa est superior dominus, & in singularibus Regni corporibus apud Ecclesiam nihil remansit quoad dominium, nec quod ad possessionem; sed singula corpora in Regem translata fuerunt, & solus Rex est dominus superior, & sic Comitatus, & feudum quantum ad Regnum dicitur res singularis, & quantum ad res singulares ipsius, in quibus consistit, dicitur vniuersitas, & quicquid in vniuersitate constituitur, non est ad singula corpora referendum l. 1. §. quod diximus ff. te dot. præiez. vt latè comprobat Glossator Constitutionum Regni in pragm. col. 7. & 8. à vers. & ultra procedimus, & eadem ratione, vt mox supra diximus, Rex habet dominium in feudo, seu Baronia, & successione*

cessit in singulis feudis Regni, sed ius, quod habet in totali feudo, non habet in singulis rebus illius rotulis, & uniuersitatis, nec in dominio, nec in possessione, & in singularibus rebus feudi non intelligitur esse aliqua pars docet Andr. in cap. Imperiale in 1. addit. post num. 9. vers. quod Baro non posset dare de probib. feud. alien. per Feder. & allegat glos. in dicto procam. Constitut. ex quibus de Ponte de potest. Proreg. in titul. de assens. Reg. S. 1. num. 13. dicit, Regem in toto Regno habere vtile dominium, & esse dominum directum quoad particula-ria Regni feuda, & totalem Baroniam, non autem respectu rerum singularium, quarum feudatarius habet directum dominium, & subinfeudando retinet directum, & transfert vtile, si ergo relevium soluitur in recognitio- nem dominij, & Rex in singulis rebus feudi dominium aliquod non habet, ex necessaria consequentia se-quitur, relevium, quod soluitur ex to- li corporis feudi, in quo Rex directum dominium retinet, non posse referri ad res singulas feudi, quarum domini- um non est Regis, sed Baronis, & proinde sunt inspiciendi fructus uni-uersitatis feudi, non rerum singularium, quod ex predictis redditur indubita- bili.

Secundò, alia dubitatio insurrexit respectu subfeudi nuncupati della Montani, pro quo subfeudatarius re- spondebat de adhoā uniformi Duci Magdaloni, hoc subfeudum fuit em- ptum ab eodem Duce, qua defuncto per Ducem hæredem subfeudum predictum venditum fuit Mario Con- sellæ, nunc in solutione zelenij contra Ducem hæredem pretendit Regius Fiscus pro relevio medietatem fru- ctuum subfeudi predicti, inspecco illo anno mortis Duci, quo tempore subfeudum reperiebatur annexum, & incorporatum cum feudo princi- pali Terræ Magdaloni ex empione predicta, sed pro Duce hærede reso-

lutio clarissima redditur, utero quod subfeudum predictum non fuit Duci deuolutum ex lege feudi ob delictū, vel lineam finitam, sed illud habuit ri- tulo empionis tanquam quilibet, no- vt Baro, & illud possedit vt privatus, sicut ad quilibet alium eadem titulo peruenire potuisse iuxta doctrinam Andr. in cap. 1. S. ille tamen num. 1. In fin. de controversi. feudi apud Par. serm- nand. & in cap. 1. S. buius autem gene- ris num. 12. circa fin. vers. vel dicas per successionem non singulari titulo ex qui- bus casis feud. amitt. & latius declarat Capyc. in inuest. feud. in verb. feudorum executiones colum. ultim. & idem Dux successor subfeudum predictum ven- didit, non vt Baro, sed vt privatus, nec Regis assensus requirebatur in ven- ditione subfeudi predicti, idcirca re- spectu istius corporis non computa- tur fructus ex illo percepti à Duce, non vti Barone, sed tanquam alia priuata persona, verum inter fructus computabitur adhoā solitu solui per prius à subfeudatario.

10 In vir. que capite fuit iudicatum pro Duce.

## ARGUMENTVM.

Lecti viduialis tam brevis, quam dilucida explicatio.

S V M M A R I V M.

- 1 Lecti viduialis articulus facti loco di- sputandus proponitur,  
Funerum appellatione an veniant ve- stes lugubres.  
Et quid stante consuetudine.  
Funeris impensa que consumantur.  
Lecti viduialis prestatio pertinet ad hæredem secundum consuetudinem, bus Regni,
- 2 Vestes lugubres quare, & quando de- bean-

- beantur, & an aliquando decur ipsorum repetitio.  
 Heres nō tenetur alere Defuncti uxorem viduam, quando dos consistit in immobilibus, & cum ratione.
- 3 Vestium lugubrium impensa primariò spectat ad heredem institutum, secundariò, siue in subsidium ad heredem sanguinis.  
 Huiusmodi impensa semper est de hereditate deducenda.
- 4 Ad quam donatarius non tenetur.
- 5 Dic̄tio super importat hypothecam.  
 Hypotheca non competit pro leto vitali.
- Donatio facta cum debitis contratis usque ad illum diem manebit exempta à postea contrabendis, siue à futuris.
- 6 Creditor conditionalis secundum opinionem communiter receptam non est creditor.  
 Nisi ante diem, vel conditionem matura sit obligatio, licet obsec excep̄tio.  
 Creditor dici non potest deficiente stipulatione, vel promissione, ib. circ. si.

Pro codem Duce Magdaloni.

### CONSILIVM XXXV.

**P**etitio leui vidualis, & vestium lugubrium instituta per Ducissam Magdaloni optimo iure dirigitur contra Sacrum Hospitale Sanctissimæ Annuntiatæ heredem quondam Duci Martij Carafa viri, minusq; ad instantiam Sacri Hospitalis Dux Magdaloni filius ex causa predicta poterit molestatari.

In quo articulo prætermittenda est illa disputatio, quæ ponitur à DD. an vestes lugubres veniant appellatione funerum, cuius partem affirmatiuam cenuit glof. in l. si illud quæstum

ffide stipulat. seruor. vbi in specie in vxore posuit Angel. quoniam licet multi dissenserint, eò quod funeris impensa continet ea, quæ necessaria sunt ad funus, & humationem corporis defuncti, vt per Cassan. in Consue Burgund. rubr. 4. S. 9. vers. Bald. in l. quod in uxorem num. 9. fol. mihi 124. de quo latissime Garſia in tract. de expens. lib. 1. cap. 8. post num. 16. nihilominus omnes concordant in hoc, quod st̄te consuetudine vestes praedictæ debentur vxori sumptibus heredum, & hoc casu vigente consuetudine recte procedit opinio Angel. in d. S. illud quæstum, & quod veniant appellatione funerum, vt testatur Tellus Ferdinand. in l. 30. Tauri num. 4. Matien. tit. 6. lib. 13. glof. 1. num. 11. & Surd. in decis. 255. num. 28. & quod sit onus heredis, vbi viget consuetudo, testantur omnes sine contradictione, vt per eundem Angel. in l. decreto, vbi Bald. C. ex quib. caus. infam. irroga. idem Angel. in l. si usus fructus. S. si dus legata ff. ad leg. Falcid. Angel. Aretin. in S. fuerat num. 38. Institu. de action. Guido Pap. decis. 541. num. 3. Capyc. decis. 26. qui dicit, onus esse heredum docere de contraria consuetudine. D. de Fräcb. dec. 413. cōcor. Bal. in sua margarita in verb. maritus, Quar. in epit. de sponsal. par. 2. c. 3. S. 9. num. 21. Simon. de Præt. lib. 3. fol. 4. inserpr. 3. dubit. 5. fol. mihi 353. à num. 4. Roland. à Valle. conf. 10. num. 18. volu. 1. Cassan. d. S. 6. in verb. & quia dictum est num. 12. fol. mihi 151. à terg. & alijs, quos reflect Garſi. in d. tract. num. 39. Capn. in conf. 139. num. 12. Et si mulier se vestiat de propria pecunia, repetit ab hę redibus viri in illo casu, quo heredes tenebantur eam vestire, attenta consuetudine, de qua in hac Ciuitate non dubitatur, vt tradit Campeg. de doce par. 2. q. 56. in fin. facit Grasian. discept. forens. cap. 986. num. 17. Nec obserit, si dicatur, quod hereses deferuntur potius pro honore mariti, & heredum, & quod debeantur ab

ab' hærede eo casu , quo hæres alimenta vxori præstare tenetur , de quo Alex. in l. si is , qui quadringenta \$ . dos legata num. 5. ff. ad l. falcid. quoniam quandò vxori debentur alimenta , tunc videtur obligatus hæres præstare vestes viduale , quas deinde non repetit , etiam si vxor secundò nupserit , quia dum alimenta debentur , vestes veniūt appellatione victus , cessante verò alimentorum præstatione debentur vestes ab heredibus , sed deinde repetuntur cum distinctione , si sunt viles , aut preciosæ , vel magni momenti , ut posuit Imol. in l. penult. \$ . 1. num. 13. ff. sol. matr. Rom. in aushen. ex testamento nu. 27. C. de culation. & existente consuetudine cefsat obiectum , vt idem Alex. docuit in d. \$ . dos legata , Bald. in conf. 428. vol. 5. & clarius quod vestes prædictæ debeatur ab hæredibus , & si vxorem alere non teneantur , veluti quia dos consistit in immobilibus , quæ statim restituuntur , stante consuetudine comprobat Surd. in tract. de alim. tit. 4. q. 2. à num. 13. cum seq. & post nu. 23. Cordub. in l. 1. \$ . si quis ex his à nu. 125 ff. de lib. agnosc. & tenentur hæredes ad vestes etiam magni valoris etiam pro tota familia , de quo latè per Sebastia. Medic. in tit. de sepult. par. 2. q. 5. nu. 19. & si vxor secundò nubat non restitueret , attēta consuetudine , Vitalian. de claus. in penult. claus. post nu. 7. vers. sed quid in vestibus vidualibus , quæ conclusio confirmatione non eget , cùm in hac Ciuitate indistinctè habētēns hæc consuetudo sit obseruata , & absque contradictione vnu recepta .

3 Et quamvis videretur dici posse nedum teneri ad impensam funeris , & vestiu lugubrium hæredem institutum , sed etiam hæredem sanguinis , cum , vt supra dictum est , erogentur expensæ prædictæ pro honore defuncti , illud tamen erit intelligendum in subsidium , sed si defunctus alium habuit hæredē , successor institutus pri-

mò tenetur , dicit text. clarus in l. si filius familias ff. de religio. & sumpt. fun. ibi. puto successore eius ante teneri , deinde ad patrem veniri , qua ratione nō tenebitur filius pro impensa patris , si pater aliud instituit hæredem , quia regula est , vt semper hæc impensa de hæreditate deducatur , docuit videntus Abb. notabiliter in q. 3. num. 1. ex text. in l fin. \$ . in computatione C. de iur. de liber.

4 Minus etiam Sacrum Hospitale prætendere poterit contributionem à Duce filio ratione bonorum feudaliū , & burgenfaticorum donatorum in vita , vel ex eo , quod assūperit onus soluendi debita quæcunq; ex pluribus.

Primò , quia bona prædicta non possidet titulo hæreditario , sed titulo donationis factæ irrevocabiliter inter viuos , & burgenfatica per eundem donatorem fuerunt supposita oneri fideicommissi , propterea non tenebitur aliter contribuere , cùm onus sit hæredis simpliciter , vt fundatum est .

5 Secundò , quia bona donantur cùm oneribus , & debitibus contractis super eisdem bonis , quæ dictio super importat hypothecam l. codicillis \$ . instituto ff. de leg. 2. per Napod. in coniug. Si qua mulier num. 22. inter quæ onera hypothecaria non potest computari debitum lecti vidualis , pro quo non competit hypotheca .

Vltimò , vt cœlet omnis controueria , bona prædicta fuerunt donata . Duci filio cum omnibus oneribus , & debitibus contractis per Ducem patrem , & prædecessores usque ad illum diem donationis , ob quod nullo modo tenebitur ad onera futura , & quæ post donationem superuenientur , vt in casu nostro , quia sic specialiter in donatione conuentum fuit .

6 Et si dicatur , quod onus prædictum videbatur etiam tunc deberi , sed sub conditione , si Dux prædecesserit ,

sisset, quo casu adhuc Ducissa creditrix dici poterat, quavis sub conditione iux. tradita per *DD. in l. 1. ff. si cert. pet.* respondetur, omisso pro nunc disputatione, an creditor conditionalis dicatur creditor, in qua communis opinio est, quod non, assumptum predictum procedere posse, quando ante diem, vel conditionem nata est obligatio, licet obster exceptio pendi *l. centesimis in prin. ff. de verb. obl.* quia praesens obligatio est in diem, aut dilata solutio dicit ibi *tex.* & habetur in *l. certi condicō in princ. ubi glo. ff. si cert. pet. in verb. agere,* & ante die tunc iura competere dicuntur, si tamen orta est obligatio ante die, ut per *Alex.* in *l. si stipulatus fuerim §. cum stipulamur nu. 1. & 2. ff. de ver. obl.* qui loquitur in cessione omnium iuriū, & actionum, & *Afsl.* sequitur in dec. 359. nu. 9. at in casu nostro nulla quidem obligatio orta erat tempore donationis, sed mortuo Duce viro tunc obligatio ex consuetudine incipit ab herede, quæ ante mortem, & donationē initam non erat in esse producta, proinde si non præcessit stipulatio, vel aliqua promissio neque pura, neque conditionalis; creditrix dici non potest ad *tex. in l. is, cui ff. de act. & oblig.* & non dicitur venisse, nec cessisse diem non existente promissione, insuper pendebat à futuro euentu, si Dux prædecessisset, & ideo ante non poterat dici obligatio nata, ut latissime declarat *Cyn. in l. 1. C. vi actio. ab hered.* & contra heredes, immo si dici potuisset creditrix conditionalis, nec ex propria significacione, nec ex usu loquendi creditrix dicebatur secundum *Ias. in d. l. 1. nu. 48. ff. si cert. petat.* sicuti debtor conditionalis non dicitur debtor *Aret. cons. 107. vers. secundò principaliter, Alberic. in l. creditor in ff. ff. de verbis. signif.* & quæ sunt in conditione non sunt in obligatione *l. cedere diem ff. de verbis. signif.* & successivè nulla ratione fundari poterit, teneri Ducem filium ad onus predictum, cum ad solutionē

debitorum usque tunc contractorum se adstrinxerit, & successivè absolutus erit.

*Causa non fuit decisa, quia Sacr. Hospitalis se concordauit cum Ducissa.*

### ARGUMENTVM.

Assensum post debitoris decorationem recte impetrari.

Indemnitatis stipulationem cū clausula *ante damnnum passum* committi per solam cōdemnationem.

Cuius vim, & effectum representari per Creditorum graduationem non indiligerter, nec minus docte hic demonstratur.

### SUMMARIUM.

- 1 *Facti serie enunciata duplex quæstio disputanda proponitur.*
- 2 *Assensus post venditoris obitum impetrari nequit, & cum ratione, & num. 10.*  
*Sed quid si mortis loco succedat alienantis debitoris decölio, & num. seqq. iuncto etiam num. 10. infi.*
- 3 *Contractus paulò ante debitoris decorationem facti presumuntur fraudulentī; & ideo manent obnoxii redijs reuocatorijs.*  
*Assensus non validat contractum nullum ex alia causa, quam ex assensu defectu.*  
*Contractus super feudo nequaquam subiacet omnimoda nullitatī; sed manet in suspenso ob spem conualicationis superuenientis ex Domini assensu.*
- 4 *Domini interesse quomodo consideratur.*

# Consilium XXXVI.

301

- tur in materia assensus.
- Constit. Cōstitutionem diuæ memoræ intellectus.
- Imolæ distinctio commendatur.
- Assensus retrotrahitur ad tempus contractus, preterquam quod nisi inferatur prejudicium termino habenti assensum, & num.
- ..... poterit impetrari etiam postquam venditor furere cœpit.
- Furor an impediat ratificationem distinctione hic relata resolutur quæstio.
- 5 Assensus descriptio ex Bald. sensilla.
- Et alia eandem materiam concenerentia.
- 6 Debitor decoctus non perdit dominium, quod non amittitur, nisi alteri queratur.
- Dominium non potest stare in pendenti.
- Debitor cedendo bonis, adhuc remanset dominus ante illorum distractionem.
- Hinc creditores hypothecarij non possunt sibi illa adiudicare, sed vendere.
- Quo sane euentu datur curator bonis pro illorum distractione.
- 7 Debitor decoctus quando proprij patrimonij amittas administracionem.
- 8 Primum, & secundum decretum, quomodo inter se differant.
- Primum decretum, siue sequentrum ex sola debitoris latitatione conceditur, & etiam absque assensu super feudalibus.
- Cum per illud non auferatur neque dominium, neque possessio à debitore.
- Contrarium ius viget in secundo decreto.
- 9 Assensus explicatur inter emporrem, & Dominum assentientem,
- venditoris persona amplius non attenta.
- .... potest præcedere, & subsequi contractum.
- Rex assentiendo non dicitur donare feudum.
- Assensus impetrari potest pro emptore, absente venditore, & ignorantie.
- Cuius nomine possunt etiam porrigit preces pro illo obtinendo.
- Assensus est gratia.
- Imperatori quis loquatur non attenditur, sed in quem beneficij effectus conferatur.
- Assensus impetratus censetur ab emptore illum presentante.
- 10 Exempla amplissimi Senatus S.C. in similibus disceptationibus alias facta commemorantur num. II. in fin.
- 11 Indemnitas promissa non operatur, ut ex ea agi possit ante solutionem.
- Fallit, si ad sit clausula, ante damnum passum.
- Quo euentu satis erit condemnatio.
- 13 Debitoris decoctio, & Creditorum graduatio operantur contractum rescissionem, nec non eris alieni in eisdem contenti exactionem sine alia condemnatione.
- Disceptationis enunciate finis fuit tenuis transactio. ibid. in fin.



Cc

Pro

Pro Principe Roccæ  
Romanæ.

## CONSILIVM XXXVI.

**1** Rinceps Roccæ Romanæ petij gradua-  
ri primo loco inter Creditorum Octauij  
Catanei respectu Ter-  
ræ Summontis, & feudorum de  
Mastrilis, & Carmignani pro sum-  
ma capi. a'is duc. 2500. cum tertii,  
& intellectu, stante assensu impetra-  
to à Sua Cath. Maest. quæ feuda  
cæteris obligata nō sunt ex defec-  
tu Regij absclus, ex quo Octauius erat  
exterus: verū quia Octauius fece-  
rat venditionem ad contemplatio-  
nem Caroli, qui promisit indemni-  
tatem etiam ante damnum passum,  
& continuauit tām ipse, quām Christo-  
farus Spinola hæres soluere  
tertias Principi, in eodem processu  
Deputati patrimonij Octauij prædi-  
cti insteterūt, condēnari Christofa-  
rum hæredem Caroli ad solutionē  
omnium quantitatū prædictarū.  
Cūm patrimonium debeat in omni  
casu seruari indemne à credito præ-  
dicto. Et proindè duo sunt arti-  
culi decidendi.

Prior, an assensu Principis in-  
telligatur validè impetratus.

Posterior, an Deputati vigore  
indemnitatis obtinere possint, vt  
liberentur ab hac obligatione.

**2** Quod primū obijcitur pro parte  
Christofari de inualiditate assensus  
tāquām impetrati sub die 12. Martij  
1602. post decoctionem Octauij, &  
sicut post mortem vendentis impe-  
tratio assensus non subsistit, vt dicit  
Andr. in cap. Imperiale in 2. addit.  
de prohib. feu. alien. per Fed. quia bona  
eo tempore sunt aliena, pariter  
sequuta iam decoctione debitoris  
alienantis, quo casu videtur, quod  
bona defierunt esse debitoris, & il-

la absque dilatione distrahuntur in  
beneficium creditorum, quod im-  
pedit assensu. impetrationem in  
præjudicium Creditorum.

Sed aduertatur ad infra scripta,  
quæ tollūt omnem difficultatem in  
præsenti quæstione. Etenim Rinceps à Sua Cath. Maest. impetravit  
assensum sub dicto die 12. Martij  
1602. Octauius verò porrexit sup-  
plicationem in S. C. instando pro  
venditione suorum honorū sub die  
26. Febr. eiusdem anni, vt ex suppli-  
catione ab eodem porrecta colligi-  
tur, & sic à die supplicationis obla-  
tæ usq; ad diem assensus impetrati  
erat decursi tantummodo 13. dies.  
Igitur patet, Principem supplicasse  
Suam Maestatem pro obtinendo  
assensu fatis arte absentiam Octauij,  
cūm non sit verisimile, nec possibi-  
le, quod infrà spatium 13. dierum  
potuisset Princeps mittere Curso-  
rem Hispaniam, & assensum impe-  
trare. Nec obseruit, si dicatur, quod  
assensus reddatur inualidus, ex eo  
quod fuerit obtentus post absen-  
tiā Octauij debitoris, porrecta  
iam supplicatione in S. C. ex cuius  
impetratione nedum fraus induci  
poterit, sed censendus est inuali-  
dus sequuta iam absentia, seu de-  
coctione, quoniam responsio clা-  
rè patet ex his, quæ inferius di-  
cemus in casu fortiori. Et ideo  
**3** aduertatur, quod etiam si assen-  
sus fuisset obtentus post decoctionem,  
adhuc validus censendus erit.  
Siquidem in materia decoctorum  
non inspicitur, quo tempore sic  
impetratus assensus, sed quo tem-  
pore fuerit contractus celebra-  
tus. Namque si debitor paulò an-  
te decoctionem per aliquos dies,  
vel alio breui tempore contra-  
xerit, præsumitur contractus frau-  
dulentus causa fraudandi alios  
credidores, & talia gesta tan-  
quam fraudulenta reuocantur  
iuxta

iuxta text. in l. ait pretor S. si cùm in diem, & l. omnes S. final. ff. de bis, que in fraudem creditor. Paulus de Castro in l. summa cum ratione num. 6. ff. de pecul. Bald. in consil. 400. volum. 1. de quò latè Benvenut. Stracc. in titulo de decoctior. parte tertia à num. 26. cum duobus sequentibus. Et super huiusmodi contractu nullo modo potuisset assensus impetrari, vel si fuisset obtentus, non prodesset, cùm contractus de per se non subsistat, & pariter assensus, qui adhæret contractui, & tanquam qualitas censetur præstitus secundùm virtutem, & ius contractus, & sui subiecti, per quem facta est alienatio iuxta sext. in l. si pupillorum S. si pupillus ff. de rebus eorum, Paris de reinsegrat. cap. 236. incipien. & circa iam dicta numero 2. fol. mihi 1236. D. de Franchis decis. 153. nu. 23. & proindè dicimus, quòd assensus non validat contractum nullum ex alia causa, quam ex defectu assensus, sed conualidat contractum titè, & rectè gestum, vt idem D. de Franchis posuit decis. 302. num. 11. & hoc non habet dubium. At quandò contractus celebratus est tempore habili, & suspitione celsante, nulli dubium est, quòd potest assensus impetrari à Rege, ex quo in præsenti materia consideranda est habilitas personæ contrahentis tempore celebrati contractus, non assensus impetrati, dummodo tempore assensus dominium rei feudalis fuerit penè debitorem, & non sit in aliud translatum cum legitimo titulo, quia contractus super feudo non est omnino nullus, sed est in pendentib[us] sub spe conualidationis ex assensu Domini, vt Camerar. posuit in cap. Imperiale, fol. 27. lit. S. cum seq. & fol. 89. lit. S.

4 Et quòd Dominum requiritur assensus, vt sciat, in quem transferatur feendum, & quem habeat in-

vasallum, ne sit odiosus, vel alio modo non admittendus, vt Isern. docuit in codem cap. Imperiale in S. firmiter, & Camerar. latè loco citato versic. primo, & Constitut. Regni Constitutionem diuæ memorie non annullat contractum omnino, & indistinctè, sed tunc demum si dominus declarauerit nolle assentire, vt posuit Camerar. fol. 28. litera A. vt in dicta Constitut. 161. nisi de speciali nostra licentia confirmetur, ob quod cùm non sit omnino nullus ex confirmatione Domini validabitur iuxta doctrinam Imole in distinctione, quam facit in l. cùm vir post num. 6. ff. de usucap. versic. aut actus non fuit omnino nullus. Et proindè Doctor. communiter dixerunt, assensum retrotrahi ad tempus contractus, cùm requiratur vt quid extrinsecum, dependens à voluntate Principis, de quo Camerar. fol. 89. litera R. Affictus decis. 286. facit doctrina Ioan. Fabr. in S. non solum Institut. de leg. in fin. quem sequitur D. de Poët Marchio Murconi in consil. 86. num. 6. ex quo succedit, si contrahens post contractum initum tempore habili furere cœperit, adhuc super illo contractu legitimè poterit assensus impetrari, colligitur ex text. in l. bonorum ff. rem ratam haber. vbi furor superueniens in personam ratum habentis, ratificationem impedit, secùs autem si superuenerit in personam gerentis, sicut in casu nostro, quoniam inhabilitas, seù decoctio subsequuta fuit in personam Octauij, qui gessit actum tempore habili obligando. Ideò non potest impedire actum ratum habentis, scilicet Domini assensum præstantis.

Duo nanque præcipue inspicenda sunt in ista materia assensus. Primum, an contractus fuerit legitimè initius tempore habili. Secundum, an tempore assensus res obligata sit in-

dominio debitoris. Primum enim confirmatur vltra superius allegata, ex eo quod assensus, qui præstatutus à Domino non dicitur alienatua dispositio, sed quadam confirmatio si inuenit confirmabile, dixit Bald. not. in l. final. in fin. ff. de suis, & legitimis, & confirmabile erit omnne, quod gestum est tempore habili, ut sic attendatur actus celebratus absque suspitione, vel fraude, cum assensus non sit dispositio de per se subsistens, sed tantummodo remouet obstaculum, quo vasallus impeditetur de feudo disponere ad text. in l. si pater S. final. ff. de manumiss. vind. per Bald. in l. se ut proponis C. de ser. pignor. dat. manumiss. Iferniam in cap. Imperiale column. 5. versic. dicunt quidam de probibit. feud. alien. per Federic. Et est ratio, quia non est dominus, qui transfert feudum, sed vasallus, & dominus tollit impedimentum. Ideò inspicitur, quo tempore contractus à vasallo fuerit celebratus. Et proinde dicimus, quod assensus regulatur à contractu secundum Iferniam in cap. 1. num. 7. qui succcess. tene. latè Camerar. in dicto cap. Imperiale litera G. fol. 44. Bald. in cap. 1. num. 2. quid iuris sit, Frecc. in lib. 2. sui operis quæst. 2. num. 14. Ita quidem ut assensus assumat naturam actus, super quo interponitur, & potius assensus reguletur à contractu, quam contractus ab assensu, ut idem Camerar. posuit fol. 52. litera F. & Frecc. lib. 2. quæst. 10. num. 6. Secundum verò requisitum est, quod principaliter attenditur, ut tempore assensus impetrati dominium rei feudalnis fuerit penes debitorem, & in alium minimè translatum, non quod ab eo requiratur aliis contractus, seu dispositio, cum illa satis ante intercesserit absque fraude, sicut in casu nostro.

6 Decoctus enim dominium non amittit illa potissimum ratione, quia dominium non abscedit, nisi alteri queratur l. nec utilem, ubi glos. ff. ex quibus causis maior. Ifern. in cap. primo post num. 9. versic. in contrarium est de milit. vasall. qui contum. est, Bald. in auth. in successione in fine C. de suis, & legitimis, Ioan. Fab. in S. rursus nu. 11. Instit. de action. latè D. de Franch. in dec. 540. num. 60. & cum non possit dici alteri queritum, minus potest esse in pendentia, sed omnino penes unum, vel alium, probat text. in l. si ex duobus S. sed & Marcellus ff. de in diem adiect. glos. & Doctor. in l. si ego ff. de solution. & in l. final. ff. commun. predior. Et successiuè necessariò fate ri debemus, quod remanserit adhuc penes Octavianum, sicut in fortioribus terminis dicimus in eo, qui cef sit bonis, qui adhuc remanet dominus bonorum suorum ante illo rum distractionem, text. est clarus in l. 3. ff. de cessione bonorum, probat etiam textus in l. 2. Cod. eodem titulo, & habetur in decisione Capell. Tholosan. 134. Et propterea Creditores, qui habent ius hypothecæ, non possunt sibi bona debitoris adjudicare, sed uti remedio venditionis l. pro debito, ubi glos. C. de bon. auth. iudic. possid. & tunc datur Curator bonis pro distractio ne bonorum l. 2. ff. de cur. bon. dand. & quoisque bona distracta non fuerint, remanet dominium penes debitorem; nisi sequuta decoctione fuissent electæ personæ pro exactione, & conseruatione bonorum decocti pro creditoribus, tunc enim decoctus aliquam administrationem non haberet, sed omnia geruntur per Administratores, & ita vtimur in Regno, ut docet D. de Franch. decis. 55. num. 30. cum sequentibus, ubi ait, quod potest esse quis decoctus, & non cedere bonis, sufficit namque, quod

quod dominium non sit abdicatum subsistente causa vera, non simulata, nec in fraudem; nec decreta interdictione per Iudicem, nec creditoribus missis in possessionem bonorum, aut aliter curatoribus datis, ut habetur in l. 1. s. sui bonis ff. de verbis obligas. in d. l. pro debito, & in l. 1. & 2. C. de curat. bon. dand.

Nec obstat sequestrum fortè ordinatum eo tempore, nam illius vi-gore dominium non fuit translatum in credores, sicuti per decotionem plus iuris non acquisuerunt. Sequestrum enim nihil tribuit, sicut nec per primum decretum creditoribus concessum in subsidium super feudalibus aliquid fuisset acquisitum, cum primum decretum dominium non transferat, nec possessionem, nec creditor immisso facit fructus suos. Et ob id ex sola latitatione debitoris conceditur absque assensu, ut in Constitut. Regn. Contumacem, vbi Afficit. num. 4. & 5. Per secundum enim decretum benè transfertur, ut Bald. posuit in l. final. num. 7. C. de iur. dom. impetr. in cuius interpositione ob dominij translationem requiritur assensus, ut habetur in Constitut. Si quis post litem, vbi Andr. & in cap. 1. S. quid ergo de inuestit. de re alien. fact. Ideòq; cum per sequestrum maius ius creditoribus non tribuatur; sed remaneat adhuc dominium penes debitorem, licito iure potuit assensus impetrari super contractu inito absque fraude, vel aliqua suspicione. Etenim iste actus impetrationis assensus explicatur inter emptorem, & Regem assentientem, & à venditore, qui iam distractxit aliud non desideratur ad rex. in l. perfundum ff. de seruitut. rustic. prædior. & l. ff. commun. præd. Proprietas nequè considerabile erit, quod debitor se absentauerit, quia quoad se sufficit contractus celebratus tempore congruo, & suspicione cessante, quæ in impetratione assensus non gadit, cum dependeat à sola voluntate

Regis, de cuius præjudicio trahatur, & ideo cessante impedimento per concessionem beneplaciti cefsat effectus impedimenti, dixit Isra. in d. cap. Imperiale post num. 14. & successuè remanet contractus validus, remoto impedimento per assensum, qui dum tangit tantummodo interesse Regis, potest præcedere contractum, & sublequi, ut ibidem Isra. notat, & Rex assentiendo non dicitur donare feudum, sed magis exequitur voluntatem contrahentium, & declarat animum suum, ut ille contractus perficiatur, quod fieri potest parte absente, & ignorante, docuit late Freco. lib. 2. q. 29. num. 3. Et sic fraus aliqua ex parte Octauij venditoris considerari non potest ex memoriali porrecto Regi nostro, à quo non ipse Octauius vedor, sed Princeps emptor assensum obtinuit, licet sub nomine Octauij venditoris. Parum enim interest, quod preces porrigitur sub nomine venditoris, vel emptoris pro impetratione assensus, quia ex hoc non augetur, vel diminuitur ius creditoris, cum sit gratia, quæ cōsistit in solo beneplacito Regis assentientis. Quartò, nec inspicitur, q.s Imperatori loquatur, sed in quem effectus beneficij conferatur, Freco. ead. q. 29. post num. 3. & illam fine dubio sub nomine alterius cōcessisset, immò sicut onus impetradi assensum iuris præsumptione emptor videtur in se assumpsisse, ut Lanarius posuit in conf. 30. num. 2. ita pariter censemur obtentus à Principe emptore, qui illum præsentauit, docet idem Lanarius in eod. confil. nu. 3. de quo dubitari non oportet, & Octauius eo tempore nihil minus cogitabat, quam assensum impetrare pro Principi. Cum igitur pro impetratione Octauius venditor nihil operari, aut conferre debebat, sufficit Principem obtinuisse assensum à Rege tempore, quo dominium erat penes Octauium venditorem, ut fundauimus.

10 Non obstat modò assumptum ex  
Cc 3 ad-

aduerso prōpositum circa nullitatem assensus, arguendo ab assensu imperato post mortem, qui pro nihilo reputatur, quoniam in casu p̄dicto assensus impetratus post mortem non potest validate contractum in vita alienatis initum, quoniam eo tempore dominium rei feudaloris ex legis, vel Regis prouidentia in alium translatum est, ut idem *Isern.* docuit in cap. I. S. donare post num. 8. vers. unde non sumit vires, & post nu. 12. qual. olim feu. pos. alien. & inducta est revocatio à legge, dominio in alium translatu, dixit *Frecc. lib. 2. quest. 30. num. 10.* & ideo assensus tunc confirmare non poterat contractum tēpore, quo res erat aliena, scilicet hæredis: Et non interest, quod hæres habeat feudum cū qualitate hereditaria, quoniam illa qualitas non constituit ius in re, ita ut non teat obseruare obligationem realē causatam super re, quæ nulla est, sed obligat tantummodo ipsum hæredem in actione personali ad id, quod defunctus se obligauit, p̄ter illam realem, ut per *Camerar. d. cap. Imperialem* fol. '88. lis. H. cum duab. seqq. At quando dominium tempore assensus est penēs debitorem, licet decoctum, Rex assentiendo transfert quod est in dominio obligantis, & non alterius.

**¶ 1.** Nec denique obstat, quod licet assensus retrotrahatur ad tempus contractus, illa retrotractio non operatur in p̄iudicium tertij, ut idem *Camer.* posuit in eodem *capit. fol. 87. lit. S.* ex mente *Isern. Afflēt. decif. 286. num. 2.* & *Frecc. dicta quest. 30. in princ.* ut sic nocere non possit ceteris creditoribus, qui medio tempore contraxerunt, quoniam ultra quod ex hoc non sequitur, quod non sit concedendus assensus, vel quod non valeat, verum est, quod non operatur in p̄iudiciū illorum, quibus medio tempore fuit feudum alienatum, vel obligatum cū assensu, quia non potest assensus producere effectum contra alios, qui ius

validē super feudo acquisierunt, ex quo tempore impetrationis res non erat debitoris, vel erat alteri legitimè obligata. Sed non potest intelligi limitatio p̄dicta in beneficium tertij non habentis assensum, nisi tantummodo actionē personalem, ut sūt creditores Octauij respectu feudorum p̄dictorum, & ita hāc regulam cum limitatione declarat *Lanar. in cons. 17. num. 10.* & modernus *Liparibus in addit. ad Andr. in d. cap. Imperialem sub nu. 14. in verb. inter dilectos vers. iste notabis.* Etenim de personali actione non curamus in feudis, & proinde quia assensus semper operatur contra creditores in actione personali, isti creditores non poterant assensum impedire, nec allegare possunt, quod Rex assentiendo, eis non fecit p̄iudicium, cūm hoc allegare neq; possēt, si ante decoctionem concessus fuisset assensus, quoniam creditores in actione personali impedire non possunt expeditionem assensus petiti ad instatiā alterius creditoris, licet posterioris sub p̄textu, quod eis fieret iniuria, sed sibi imputent, si in contrario non adhibuerint diligētiā, & iuris solemnitatem, & assensum non impetraverint; & proinde de interesse creditorum sine assensu non est curandum, qui in allodialibus tantum anteriores tempore p̄ferentur, sed tantummodo de interesse formato, & iure cōstituto super feudo legitimè cū assensu, quo impetrato feudum iudicatur ut allodium secundū *Frecc.* ex mente *Andrea in differ. feu. ex p̄att.* & *prouid. & hered. diff. 2. D. de Franch. dec. 540. num. 19.* His denique accidunt exempla clarissima decisionum alias factarum in specie, quam agimus. Et primo loco fuit hic articulus decisus per quond. Regentem Lanarium in anno 1580. delegatum in causis creditorum Germani Rauascherij qui declarauit, assensum expeditū post decoctionem Germani super obligatione honorum feudalium facta ante deco-

decoctionem esse validè imperatum, & proindè esse satisfaciendum super introitibus feudalibus repertis tempore decoctionis. Et iterum in anno 1595. per Sacrum Consilium iunctis Aulis referente Consiliario Guiros in causa Creditorum Antonij Spinolæ, ut in facto notatur, & successiuè ex hoc primo capite decernendum erit in fauorem Principis.

22. Quòad secundum articulum licet regula sit, quòd ante solutionē vigore indemnitatis agi non possit, vt in *I. Lutius Titius in fin. ff. mand.* Tamen quando adest clausula *ante damnum passum* non requiritur effectualis solutione; sed sufficit condemnatio absque solutione ad *tex. in l. s. p. e. C. mand.* & per *Afflct. decis. 241.* Hic autem

13 censetur intercessisse condemnationē, quia sequuta decoctione, & facta graduatione creditorum contractus habentur pro rescissis, quorum vigore fit exactio absque alia condēnatione. Ideòque tum ex capite validitatis assensus Principis, ex quo cæteris præfertur in feudis prædictis, tum etiam ex eo, quòd interest patrimonij non habere Principem creditorem, Christofarus Spinola hæres Caroli virtute indemnitatis cogendus erit ad exigendum, & liberandum patrimonium à prædicta obligatione.

*Fuit inita transactio, relicta parua quantitate Christoph. ducat sercentum.*

#### ARGUMENTVM.

Assensum ipso iure resolui, si omnia in eo contenta infra præscriptū tempus nō adimplentur, præcipuè existente clausula nullatiua, nec per Regis dispensationem obtinam post factam ab alienan-

te reuocationem conualidari exemplo assecurationis vaſallorum, & debitæ fidelitatis extra tempus factæ contra ordinem expressè datum, tam compendiosè, & luculètè, quam doctè, & ingeniosè demonstratur in præsenti diſceptatione, quam deciden- do approbauit Amplissimus Senatus Neapolit.

#### SUMMARYM.

- 1 *Facti vicem obtinet duorum iuris articulorum illicè facta propositio.*
- 2 *Ablatiuus. absoluens interpretat conditionem.*  
*Præsertim quando stat in vim conditionis, & habeat vim argumenti à contrario sensu.*  
*Dictio alias, siue alioquin maxima est virtutis.*  
*Conditio denotat, & inducit formam.*  
*Quæ si nō sit absoluta ex omib[us] suis partibus non est forma.*  
*Quæ est indivisiibilis, & num. 5.*
- 3 *Forma pariter inducitur ex aliquo requisito cum temporis præfinitione, & cum clausula decreti nullatiui.*  
*Et ea non seruata, ipso iure corrumpit quantumcumque fauorabilis.*  
*Maxime si sit ab homine apposita.*  
*Nec poterit per equipollens adimpleri.*  
*Solemnitates distinguuntur in substanciales, formales, & effectuales.*  
*Quæ ultime declarationem recipiunt, ut hic in fine eiusd. num. & num. 5.*  
*Tempus non ponitur ad bene esse, sed pro substancialia, & forma. ibid. & num. 5.*  
*Solemnitates etiam si sint extrinsecæ, siunt nibilominus substanciales ex clausula nullatiua.*
- 4 *Conditionis defectus operatur nullatenus*

- zatem actus ab initio.  
Modus, & conditio pariscantur in exitu, id est defectu quoad annullandum actum.
- 5 Princeps potest facere de forma, & ordine substantiali ea, que per prius non erant.  
Forma defectus facit utile vitiari, neminem inutile.  
Individualum resultat ex hominis voluntate, ibid. in fin.
- 6 Clausula annullativa non operatur actus nullitatem ipso iure.  
Sed est opus sententia.  
Cuius contrarium ponitur num. seq.  
Assensus in euentu, quo redditur nullus ipso iure, intelligitur si concedens ita voluerit, sed hoc sublimatur, ut infra num. 11.
- 7 Verbum habeatur est late sententia.  
Sententia declaratoria requiritur ad auocandam possessionem amissi feudi, ibid. in fin.
- 8 L. 2. S. quod si actor C. de iuram. column. intellectus.
- 9 Assensus quando est nullus, tunc utriusque contrabentis vertitur interesse.  
Venditor, & emptor uti correlativa non debent ad imparia iudicari.
- 10 Forma non à ratione; sed à voluntate statuentis regulatur.  
Conditio non dicitur continere leuem solemnitatem.  
Actus in uniuersum corruit, quando aliquid de requisitis omittitur.
- 11 Fidelitatis iuramentum quamuis remitti posse, non tamen est leuis solennitatis, cum sit requisitum necessarium.  
Forma non obseruata, sed neglecta inducit defectum consensus in concidente.
- 12 Feudi alienatio quando ob Regis assensum est nulla, ab eodem alienante poteris reuocari.  
Assensus dicitur perfectus, etiam si sit praeditus per verbum fiat, & ideo impedit reuocationem.  
Assensus si infra iepus à lege munici-

pali prescriptum non sit redactus in formam Regia Cancellaria est omnibus prouersus viribus exhaustus, ita ut adhibita reuocatione non possit amplius recuadiscere.  
Actus, quem lex nullum pronuncia, habetur, ac si nunquam fuisse in rerum natura.  
Actum non esse factum, vel nulliter factum, paria sunt.  
Ex assensu nullitate resultat reuocationis permissio.  
Temporis praeinitio facta à Rege est omnino seruanda, quamvis illius non concernat interesse.  
Mora quando purgari non possit etiam re integra.  
Dispensatio re non integra impetrata nullum operatur effectum, & cum ratione, ibid. in fin.

13 Feudi alienatio adhuc non robora sit regio assensu uti sit iudicanda.

14 Assensus post reuocati, nem obtentus nullius est momenti, etiam si sit concessus ex certa scientia, & cum ratione.  
Actus non existens, vel iam extinctus confirmari nequit.  
Confirmari potest vitium rei, si sit purgabile, re tamen integra, & non alter.

Assensus ut post factam reuocationem possit impetrari, qua requirantur.  
Fidelitatis iuramentum ut possit per alium prestari, speciale requiritur mandatum num. 15. in fin.

Sic etiam ad illud recipiendum, & cum ratione.  
Dominus, & vasallus, uti correlativa non debent ad imparia iudicari.

16 Iuramentum praestatur in manibus Domini.  
Commissarius destinatus pro receptione huiusmodi iuramenti non debet excedere fines mandati secundum Andr.  
Scripturarum pluralitas non presumpitur.

17 Earumdem custodia pertinet ad pertinentem

- piensem illarum compendium.  
Falsitatis presumptio quo pacto eli-  
denda.  
Eius imago, immò perfecta probatio  
vnde inducatur.  
18. Exemplum non probat, nisi in casu in-  
fra posito.  
Quomodo autem fiat secundum Con-  
suetudinem Neapolitanam.  
Scriptura originalis est produvenda,  
quando aduersarius intendit illam  
redarguere de falso.  
19. Decisio presentis disceptationis.

### Pro Marchione Turris Fran- colisij.

#### CONSILIVM XXXVII I.

 Opiosè, & elegantè  
iäm fuit allegatum pro  
Marchione Turris Frá-  
colisij per viros peri-  
tissimos, quorum di-  
ctis neq; addi, neq; detrahi posse, fa-  
cile existimo; Egoq; nouissimus mi-  
nimè ad scribendum intenderem;  
nisi voluntati, & imperio Marchioni satis-  
facturus. Articulus verò præci-  
puè decidendus vertitur circa nulli-  
tatem assensu impetrati per Paulu-  
tium, quę ex duobus apertissimè fun-  
dabitur.

Primò, ex iuramento non præstito  
infrà annum, ex quo assensu fuit ipso  
iure resolutus, non obstante dispensa-  
tione obtenta.

Secundò, ex deductis nouissimè in  
facto, stante prætenso iuramēto præ-  
stito in manibus recipientis absque  
speciali mandato, ex quo adhuc ho-  
die censendum erit iuramentum non  
præstitum.

2. Ad primum deueniendo, nullitas  
assensu impetrati resultat ex illis ver-  
bis in eodem assensu positis, dum  
iniungitur, ut infrà annum expediri  
debuissent Rogie litera affecuationis

vafallorū, & prestari ligiti homagium,  
debita fidelitatis iuramētum, ac omnia,  
& singula in litteris prædictis consensa  
adimpleri avnguē, &c. alias prædictis  
non adimpleatis, presens aſſesus habeatur  
pro nō præstito, ex quibus verbis claris-  
simè colligitur, implementum iura-  
menti præstandi, & literarum affec-  
uationis fuisse in eodem assensu ap-  
positum pro forma substantiali, quod  
demonstratur. Primò, quoniam clau-  
ſula continens omnia prædicta inser-  
ta est cum ablativo absoluto, ibi: Præ-  
dictis non adimpleatis, &c. qui condi-  
tionem importat ad sex. in l. à testato-  
re ff. de condit. & demonstr. quod pro-  
cedit sine scrupulo, quandò ablativus  
absolutus stat in vim conditionis, &  
habet vim argumēti à contrario sen-  
su, ut in casu nostro (si non adimple-  
antur) secundum Bald. in l. i. post nu-  
m. 1. & in vers. sed illud obstaculum C.  
quand. non pet. part. Secundò, idem  
deducitur ex alia dictione alias, quæ  
tantā vim habet, quod non solùm fa-  
cit orationem conditionalem, sed in  
se ipsa orationem continet, & inducit  
conditionem contrariam præcedenti  
dispositioni, sicut dictio *alioquin*, vt  
per plura docet Bart. in l. i. num. 11.  
& seq. ff. de condit. & demonstr. idem  
in l. de bis num. 3. vers. praterēa ff. de  
transact. Dec. consil. 528. num. 11. Ex  
conditione autem inducitur forma  
secundum Bald. in authent. matri, &  
auie colum. 2. num. 3. C. quand. mul-  
tit. offic. fung. pot. Dec. optimè viden-  
dus in consil. 1. num. 9. & consil. 532.  
post num. 4. Goz ad. consil. 73. num. 13.  
Berous consil. 24. in princ. & denique  
Affitt. decis. 355. nu. 5. cum seq. immò  
conditio denotat formam, quæ debet  
esse perfecta. ex omnibus suis parti-  
bus, alias non esset forma, iuxta text.  
in l. sis, qui quadringenta S. quadam  
ff. ad leg. Falicit. & ex vniuerso sumi-  
tur, non ex aliquo, & propterea conditio  
hæc adimpleatur per modū indi-  
uisibilis formæ, verba sunt Bal. in t. pro  
hereditarijs num. 4. C. de biered. action.  
quod

quod similiter aperte colligitur ex verbis assensus ibi, ac omnia, & singula in literis predictis concreta adimplere ad unguem, alias predictis, &c. Et sequitur *Paris. conf. 47. num. 44. & seq. vol. 1.* Quod pariter ex alia conclusione confirmatur. Siquidem dum aliquid requiritur cum præfinitione temporis, & cum clausula Decreti nullatui (sicut in casu nostro) illud dicitur esse de forma *Bal. & ceteri in l. ff. de liber. & postbu. Doc. conf. 10. nū. 2. in conf. 110. post num. 6. & consil. 466. num. 12.* cum alijs latissimè relatis in primis allegationibus. Cum itaque forma in assensu requisita seruata non fuerit, ipso iure corruit actus sine dubio *glos. in cap. cùm dilecta de rescript. Doct. in l. cùm bi. S. si prætor per illum tex. ff. de transact. Bal. not. in d. l. prò bæreditarÿs, & omissione formæ viat actum quanruncunque fauorabile, Bald.* pariter dixit in *l. fin. C. s. mancip. ita fuer. alien. maximè si est apposita ab homine cap. Pisanis, ubi Innoc. in fin. de resti. spol. nec poterit adimpleri per equipollens Angel. Alex. Ias. & ceteri Doct. in d. l. 1. ff. de lib. & postbu. sed specificè *l. Maius, & l. qui bæredi ff. de cond. & dem. L bæredes palam S. fin. ff. de testamen.* & particulariter quādō tempus est præfinitum cum clausula nullatua, quod reddatur actus omnino nullus, posuerunt *Alex.* qui loquitur in materia registrationis in *l. ambiguities in ver. per istam glos. C. de testam. Bald. in l. fin. col. 3. num. 5. C. de temp. appell. & in l. juris ignorantia verf. 3. quero C. qui admitti, glos. in clem. 1. in ver. prò infectis de immun. Eccles. ubi Panorm. Déc. optimè in *confil. 252. post num. 7. verf. postremo considerandum est, Feder. de Sen. confil. 281. & Curt. iun. confil. 141. col. fin.* quę procedunt secundum præcitos Doctores, quandò solemnitas post actum esset adhibenda, quia præfinitio temporis, & clausula nullatua efficiunt, ut transacto tempore actus ipso iure reddatur nul-**

lus secundum *Ang. in not. conf. 36. post nu. 5.* quem sequuntur ceteri Doctores, quos longo examine posuerunt viri petitissimi in dictis allegationibus, ex quibus colligitur, quod in casu nostro non sunt applicabiles termini, qui deducuntur per *Doct. ex glos. in l. uniuersa C. de precib. Imp. offer.* faciendo distinctionem inter solemnitates substantiales, formales, & effectuales, quę nouissimè præstantur post actum perfectum, ex quarum omissione non redditur nullus, siquidem distinctio procedit, non data temporis præfinitione, ac deficiente clausula nullatua, quoniam eo casu etiā ea, quę requiruntur post actū, dicuntur de forma substanciali secundū *Felin. in cap. dilecta de rescript. Angel. in d. confil. 36. Bal. & alij in d. l. 1. ff. de liber. & postbu.* quia tempus non ponitur ad bene esse, sed pro substantia, & forma, dixit Camer. in *cap. Imperiale fol. 54. lit. Q.* & ex clausula nullatua etiam quod sint extrinsecę, dicuntur tamen solemnitates substantiales, ut *Bal.* posuit in *confil. 283. iuri publico volum. 4.* vt etiam optimè fundatum in primis allegationibus, & quandò solemnitas non requiritur per modum conditionis.

4 Et propterea vltiū ad confirmationem supra scriptorum consideretur, ut in principio diximus, in specie, quam agimus, hanc solemnitatem iumenti prestandi apposita fuisse in assensu per modum conditionis, quę conditio operatur propter ipsius defectum, ut actus ab initio in iritū revocetur, & ita intelligendus sit, quasi nec scriptus, nec penitus fuerit celebratus, *text.* est expressus omnino vidēsus in *l. fin. S. fin autē sub cōditione verf. fin autē auaritię C. commu. de lega.* qui *tex.* procedit nedū in vltima voluntate, sed fortius in contractu, ut per *Io. Crot. in cōfil. 49. nu. 28. cum seq.* & ideo non mirum si verissima est illa regula, quod modus, & conditio partia sunt in egressu, idest defectu quod-

ad annullandum actum, de qua loquitur *Isern.* in cap. 1. §. sed nec alia iustior num. 40. quæ sit prim. cau. benef. amitt. & in cap. præterea in fin. quib. mod. feud. amitt.

5 Præterea potest Princeps facere, quod ea, quæ non sunt ordinis, sint ordinis substancialis, & sufficit, quod ita Principi placeat; quicquid enim Principi placet, quod sit ordo, est ordo, & forma substancialis, & ideo semper quod sit contra ordinem datum à Principe, est ipso iure nullum *Bald.* not. qui dixit esse menti tenendum in *l. prolatam num. 12. vers. & nota,* quod Princeps *C. de sent.* & *interlocu. omn. iud.* propterea quamuis hæc solemnitas potuisset subsequi actum, quia à concedente fuit apposita in vim ordinis, & formæ, ex omissione redditur actus ipso iure nullus, stante præfinitione temporis, ut supra, quia tempus non ponitur ad bene esse, sed pro substantia, & forma, dicit *Camerar.* in cap. *imperialm* fol. 54. litera *F.* & litera *H.* vbi, quæfo, legatur. Etenim solemnitates possunt esse intrinsecæ, & pariter extrinsecæ, sed substanciales, ad *tex. in l. sancimus C. de donat.* & dicuntur de forma substanciali, quia necessariò requiruntur pro esse rei, seu conseruatione rei, cum ex ipsarum destructione, & esse rei destruatur ex clausula annullativa, ut in casu nostro posuit latè *Bald.* in consil. 283. *iuri publico* vol. 4. ratio omnium prædictorū est apertissima, quoniam dum solēntas ista fuit pro forma requisita in assensu (ut supra fundauimus) forma facit censi aliquid indiuiduum, & sic utile per inutile viatiatur *Io. Crot.* latè posuit, comprobando etiam suprascripta ratione clausulæ annullatiæ in consil. 76. post nu. 23. cum seq. Et insuper forma, seu conditio sine scrupulo est indiuidua, quando apponitur super aliquo indiuiduo ad *tex. in l. 2. S. item si in facto ff. de verb. oblig.* & est optimus *tex. in l. si ita fuerit ff. de manuam. testa.* Sicut in spe-

cie, quā agimus in assensu impetrato, qui tanquam indiuiduu non sufficit impleri pro parte. Rex siquidem dum assensum concessit, voluit, iuramentum præstari infra certum tempus, & sic cogitauit hoc totū fieri debere, idcirco attēta ipsius mente consideratur totum id vti indiuiduum iux. *tex. in l. eum, qui S. pro parte ff. de his, quib. ut indign. & l. Pedius ff. de recept. arbitr.* Et quia actus per omissionem peccat in forma, redditur nullus ipso iure, & utile (vt diximus) per inutile viatiatur, de quo latè per *Camer.* in d. cap. *imperialm* litera *B.* & seq. fol. 33.

6 Ex aduerso contra prædicta (ut audio) duo allegantur. Primum, clausulam prædictam annullatiuam non operari nullitatem actus ipso iure, sed ita demùm, si sententia sequatur, allegando *Matthesil.* in sing. 114. post *Bar.* in *l. 2. S. quod si actor. C. de iuram. calum.* qui loquuntur de clausula apposita, quod quis habeatur pro confessu. Secundum, quod quamvis assensus redderetur nullus ipso iure, hoc intelligitur, si concedēs ipse voluerit, ut per *Doct.* in *l. 2. C. de iur. empht.* & *glos. in l. 2. ff. si ager vel ligal.* per *tex. in l. 2. & 3. ff. de leg. commiss. de quo latissimè Tiraq.* in *l. si unquam in ver. reuertatur nu. 10. cum seq. C. de reuoc. dona.* dicitur enim actus purus resoluendus sub conditione, si Dominus voluerit secundum *glos. in l. 2. ff. de in diem adiect.* & quia agitur tantummodo de interesse Regis, potuit ista nullitas remitti per dispensationem obtentam, quæ oppositiones similiter facillimè resoluuntur.

Primum enim apertissimè confutatur ex doctrina *Archid.* in cap. fin. super ver. *haberi de confess.* in 6. vbi ex illis verbis habeatur pro confessu, inquit *hoc ipso iure fieri post Hostiens.* ab eo relatum, & ibi quoque *Io. Andr. Anchar. & Gemin.* & quod sint verba latæ sententiæ tradit *Abb.* in cap. final. ante nu. 12. vers. nam aut vult *Bar. de iuram. calum.* Et quamvis

uis *Bart.* videatur sententiam requiri re in d. S. quod si actor, firmat tamen, eum pro confessio ipso iure haberet, & sententiam requiri pro declaratione facti, ita *Bart.* declarat *Gemin.* in d. cap. fin. num. 20. de confess. in 6. immò *Abb.* loco proximè citato nu. 11. vers. sed ego dubito inquit, *Bart.* opinionem esse contra text. in d. l. 2. S. fin autem reus, vbi dicitur, reum pro confessio haberi, & licere Iudicis sententiam proferre, & sic innuit text. posse incontinenti sententiam super principali absque aliqua declaratione proferri, quod clarè exprimit *Bald.* in d. S. quod si actor in 2. not. & subdit *Abb.* Näm et vult *Bart.* pœna, ut habeatur pro confessio, ipso iure committitur, quia sufficit sola declaratio consummatio, quod satis, inquit, probari ex verbo habeatur, quod est latæ sententiae, ut ipse probat respondendo ad text. in l. eius, qui delatorem ff. de iur. ffo. Ex quibus in nihilo potest obesse assumptum Partis ex doctrina *Bart.* & *Matthei.* in casu eorum quæstionis propositæ, cùm negari non possit, pœnam ipso iure incurri, ob quod sententia, quæ requiritur ad declarandum delictum fuisse commissum, nihil noui inducit, sicut dicimus de feudo deperdito, quod requiratur sententia declaratoria ad auocandam possessionem ad text. in l. ex diuerso S. 1. ff. de rei uend. l. sicuti S. sed si queratur ff. si seru. vendic. optimè declarat *Andr.* in cap. fin. nu. 9. & seq. quo temp. mil. & in cap. 1. S. ex quo non seruit Dominino de feud. sine culp. non amitt. & *Alex.* in l. 1. num. 4. ff. de his, quib. et indign.

¶ Pariter *Bart.* & alij post cum loquuntur in terminis d. S. quod si actor, vbi verba ad Iudicem referuntur, quo casu sententia declaratoria requiritur, vt declarat *Bald.* ibi in princ. in vers. quod autem glos. alias secus esset iuxta doctrinam *Arebid.* & aliorum. Insuper non loquuntur *Bart.* & alij, quando certus terminus est statutus,

& ulterius proceditur, annullando. actum, vt patet ex eius lectura num. 4 nec similiter tractant de clausula apposita in ym conditionis, quæ omnia reddunt actum ipso iure nullum, vt fundauimus, ex quibus tolluntur omnia contraria, quæ opponi possent, eum loquantur extia hos terminos, idcirco hoc assumptum non meretur ad propositionem allegari.

Secundum assumptum s' militer obesse non potest ex multis.

9 Primò, omitta subreptione eiusdem dispensationis, in qua nulla mentio facta reperitur litis motæ, ac reuocationis. Subsecutè, quæ dispensationem nullam ipso iure constituunt, vt latè scriptum, in casu præsenti nedum consideratur interesse. Regis, sed Partium. Siquidem data nullitate assensus, potuisset emptor (si sibi cognouisset expedire) non impetrare dispensationem, & contractum venditionis reuocare in damnum vendoris, idcirco vt contractus feudalis suam vndique habeat firmitatem, vestitur in hoc interesse vendentis, cùm non debeat ad imparia iudicari tanquam correlativa l. fin. C. de cupress. lib. 12. & successiuè ex nullitate assensus causatur ius quoq; in beneficium vendoris, qui iure legitimo potuit reuocare.

10 Secundò, nám cùm aliquid pro forma requiritur, nō atteditur ratio, quæ statuentem mouit, sed forma legis, ita *Bald.* in l. 1. circa fin. ibi, & dico, quod magis ff. de liber. & posthum. & inspicitur tantummodo ordo datus à Principe, vt diximus suprà, & quia assensus loquitur conditionaliter, oportet, quod conditio existat, nec vñquam conditio dicitur continete leuem solemnitatem, vt idem *Bald.* posuit in d. auth. matri, & auiæ num. 3. in fin. C. quan. mul. iut. offi. fung. pot. Ideò totum habet pro irrito, cùm aliquid defaciendis omittitur glos. in d. l. cùm hi S. si prator in ver. irritam ff. de trans. iura-

11 Et non leuis solemnitas dici potest.

juramentum fidelitatis, quod licet remitti potest, si non remittatur, nec essariò requiritur cap. i. S. nulla per quos fiat inuest. & in rubr. quid preced. deb. inuest. an fidel. quod tanto magis est affirmandum, cum Rex id expressè mādauerit infra tēpus p̄finitum cum clausula annullatiua.

Tertiò dato, & non concessio, quòd nullitas inducta tolli posset Domino volente, tamen interim nullitas est inducta ipso iure, nec erat expectanda alia declaratio; quia forma, & ordo datus declarat voluntatem concedētis, ita velle, & non aliter Bald. in l. non codicillum num. 3. C. de testam. & in casu contrario ex clausula annullatiua ex illis verbis, alias habeatur pro non p̄stito, cessare voluntatem, & non obseruantia formæ inducere defectum consensus in concedente, ita ex mēte Bart. Alex. & aliorum latè posuit Paris. in d. consil. 47. post nu. 53. cum seq. vol. 1. & si voluntatem quærimus, quia dispensatio ex subreptione, vel obreptione processit, Princeps deindè certioratus reduxit dispositionem ad ius, & iustitiam, instantie Marchione, & sic potius constat de contraria voluntate, quoniam si voluisset, decreuisset, dispositionem remanere firmam. Verū vt cumque sit, quoūque non appetit contraria voluntas, superueniens tamen re integra, remanet interim actus ipso iure nullus.

¶ 2 Postremò ex his succedit clarissima resolutio omnium obiectionum, constat enim, defectum registrationis assensus tantummodo respicere Regis interesse, & nihilominus patet ex non registratione induci nullitatem ipso iure, & permisum esse contrahentibus contractum reuocare, vt per Affl. in sua decis. 335. similiter assensus dicitur p̄stitus per verbum Fiat, & ex hoc tantum dicitur perfectus, quòd impedit reuocationem, vt per Affl. in alia decis. 253. reducio verò in formam Cancellariæ in-

terest tantummodo Regis, & nihilominus si assensus non reducitur in formam Cácellariæ, est nullius roboris, & momenti, & datur reuocatio, nec amplius interposita reuocatione restauratur, vt passim obseruari videsmus, & allegatione non eget, quod absque dubio procedit in casu nostro ex his, quæ diximus; data enim nullitate, assensus habetur, ac si nunquam fuisse expeditus, nām dum lex annullat actum, perindè est, ac si nunquam fuisse in rerum natura Affl. post Andr. in cap. si quis fecerit quo temp. mil. & paria sunt non expedire, vel nulliter Andr. latè videndus in cap. i. 3. col. in fin. num. 13. vbi etiam Affl. que sit prim. cau. ben. amit. & data nullitate assensus, quòd detur reuocatio, posuit Camerar. in cap. imperiale littera A. fol. 57. ex mente Andr. in eod. cap. in 2. addit. in princ. sufficit enim quòd assensus sit resolutus, nec est querēdum de interesse Regis, qui se fundauit in limitatione temporis, non in interesse, vt idem Camer. posuit in eod. cap. imperiale fo. 54. lit. H. Et ideò per lapsū anni ex clausula in assensu posita quæsitum est ius Marchioni auocandi feudum, & aduersarius nullo iure potuit moram purgare etiam re integra in præjudicium Marchionis, cui est deuoluta potestas exercendi actum, scilicet reuocationis secundum Geminia. in consil. 23. in fin. vers. & ratio est, & loquitur Gemin. quando terminus non est statutus, quod est fortius, & quia iam intercessit reuocatio, dispensatio deindè obtenta nullum potuit sortiri effectum, ex quo re non integra superuenit, quòd considerat potissimum Affl. in alleg. decis. ac etiam Regia Pragmatica anni 1585. dum in ea dicitur, quòd dispensatio sortiatur effectum, quando re integra hoc fiat.

Etenim stante nullitate assensus, & reuocatione interposita, dispensatio deindè superueniens non potest va-

Dd lida-

lidare actum, quia reuocatio statim traxit effectum suum, & suam habuit exequitionem, & perfectionem iux.

13 verba Bald. in l. ab emptione in l. col. vers. 3. & ult. perfectio ff. de pact. Cùm enim alienatio rei feudal, cui nondum accessit Regis benefacitum, sic nulla, vel omnino, vel pendeat sub spe confirmationis, si Regis assensus accesserit secundum Isern. in cap. 1. in princ. in 1. addit. prop̄ finem, & in 2. addit. de prohi. seu. atie. per Feder. confirmatur, cùm assensus fuerit legitimè interpositus, ac reuocatio nō præcesserit, vt per Camerar. litera S. cum seq. fol. 27. Vndē statim reuocatio suam habuit perfectionem, neque ex actu subsequenti dispensationis annullari potuit, quia eius effectus in primo instanti, & in primo momento iam est consumatus, per ea, quæ Bal. not. in l. generaliter la 2. num. 6. vers. or modò C. de Episc. & cleri. Crauer. videndus in confil. 102. num. 2. proinde re non integra, cùm actus reuocationis traxerit secum exequitionē annullando contractum, ideò quia actus cecidit à sua subsistentia, perpetuò non reintegratur Bald. not. in cap. 1. post num. 2. quid juris sit, & videri poterit idem Bald. in l. s. cùm docem. s. si eo tempore col. 2. vers. adde tria sunt ff. solu. matr. glo. sing. in cap. si sibi absenti in ver. terminum, & in ver. eo elapsio de præben. in 6. & Camer. quoquè in d. cap. imperialem lit. O fol. 33.

14 Et proindè assensus impetratus post reuocationem non tenet, etiam si fuisset concessus ex certa scientia, non obstante reuocatione, quia superuenit, re ad pristinum reducta, & non inuenit habilitatem subiecti, scilicet alienationis, quia extincta est, & propterea non potest habilitare, & confirmare id, quod non est, ex reg. sex. in l. qui res S. aream ff. de solution. ita posuit eleganter Paris de reintegr. feud. in cap. 298. incip. an si vasallus alienauit fol. mihi 288. Capyc. decis. 100. Dicit tamen Bald. in d. cap. 1.

quid juris sit, securus esse, si vitium rei sit purgabile, quod est intelligendum re integra ex prædictis, & etiam iux. sex. quem allegat in l. sequitur S. idem Labeo ff. de usucap. Et propterea facta reuocatione, vt deinde possit impetrari assensus, requiritur nouus actus dispositius, reuocata reuocatione, & super novo actu dispositivo assensus nouus, vt per Frecc. lib. 2. q. 20. nu. 8. cum seq. & in vers. pluribus autem modis limit. 28. num. 86. Albert. Brun. confil. 92. contra sententiam num. 1. & 2. Ex quibus luce clarissima patet, dispositionem obtentam in nihil proficere Parti stante reuocatione interposita antè dispensationem, cuius aduersarius notitiam habuit per item motam, licet in hoc nulla requiratur scientia alterius contrahentis, quod sine dubio resolutis omnibus oppositiones, quæ ex aduerso excogitari possent.

15 Ad alterum articulum deueniendo, infra scripta breuiter sunt aduertenda ex facto. Primo, quod commissio pro recipiendo iuramento fuerit expedita per Albertinum ad instantiam Bonifacij Paulutij in personam Honorati de Maio, quod controverti non potest, quia cùm accessisset ad Terram Roccę Romanę pro recipiendo iuramento, lecta fuit commissio cum inscriptione nominis ipsius. Secundo, aliam commissionem expeditam non fuisse stante iuramento præstito vigore commissionis expeditæ ad instantiam Bonifacij Paulutij, iuxta memoriale porrectum per Pompeium hæredem, quod deducitur; tūm quia Bonifacio opus non erat duas commissiones expediti facere; tūm etiam, quia Actuarius Albertini fidem facit, iuramentum fuisse præstitum per Pompeium Paulutium filium cum commissionibus primo loco expeditis per Albertinum. Et denique constat ex confessione Honorati de Maio cōmissarij suppositi, qui post iuramentum receptum aduer-

aduertit, in commissione adfuisse rasuram, & id denunciasse Innocentio Paulutio. Modò quamvis iuramentum præstitum sit in manibus Horatij de Maio ex defectu cōmissionis stante rasura, & falsitate in commissione expedita per Honoratum, ita habetur, ac si iuramentum nunquam præstitum fuisset.

Quemadmodūm. n. ex parte vasalli speciale mādatum requiritur ad præstandum fidelitatis iuramentum, vt per Bald. in c. 1. §. nulla num. 2. vers. vel dic per quos fiat inuest. Iacobi. in ver. qui quidēm inuestiti n. 10. vers. & secundūm; ita pariter speciale mandatum requiritur ad illud recipiendum, cūm Dominus, & vasallus ad paria 16 iudicantur, tanquam corelatiuā l. fin. C. de indict. vid. v. l. Iuramentum enim præstatur in manibus Domini, secundūm Isern. in c. 1. §. omnem utilitatem nu. 6. vers. homagium de nou. form. fidel. propterea destinātur Cōmissarij, qui nō debent facere plus, vel aliud, quā mandatum est; idem Isern. in c. 1. num. 3. quo temp. mil. Nec refragatur (vt Pars tueri conatur) duplēcē commissiōnēm fuisse expeditam per Bonifacium, aut expediti potuisse ad euitandam falsitatem, & quod stante solutione dirictum cessabat causa, ob quā falsitas machinari potuisset, quoniam (vt dictum est ex superiū annētatis) constat, uticam fuisse expeditā commissiōnēm, in qua per rasuram. fuit positum nomen Horatij in locum Honorati, & de iure duplicitas scripturāe non præsumitur, ita ex mente glos. in l. omnium de testam. posuit Dec. conf. 11. num. 8. vers. & instrumentum, latē Crauett. in conf. 198. in prima col. ob quod Parti incūbit onus probandi contrarium, & producendi vērā commissiōnēm in personā Horatij, & nedūm non cessabat causa machinandæ falsitatis, immō maximē vrgebat, quoniam stante commissione in persona Honorati, qui erat absens à Rocca Romana, non poterat Pars aliā com-

missionem obtinere ab Albertino ob inhibitōnē factam de non expediēdo aliam commissiōnē: Ideoq; neccessariō credendum est, commissiōnē vnicam fuisse expeditam, & viatam cum rasura.

17 Hæc veritas poterat facillimē apparere ex inspectione scripturæ originalis, prò cuius exhibitione fuit sepiùs instatum, accessitq; Notarius ordine Sacri Consilij, qui (vt datur intelligi) confessus fuit, scripturas omnes Parti consignasse; hæc nāmque scriptura Pompeio Paulutio incumbebat, & eius intererat conseruari, igitur præsumendum est, omnia gesta ipsius ordine, & scripturas fuisse factas, & consignatas de ipsius mando, ad quem commoditas pertinebat, iuxta text. in l. si quis ex argenterys §. pertinere ff. de edend. per Bal. in cap. ex parte lo 3. colum. ultim. num. 19. circa fin. de rescript. & Loffred. quoquè in confil. 37. num. 2. Poterat enim Pompeius declarare, penēs quem scriptura reperiebatur, postquam præsentauit copiam illius; cūmq; id tacuerit, & falsitas manifestè colligitur ex prædictis, ipsi incumbebat demonstrare scripturę Conseruatorem, iuxta tex. in l. maiorem cum glos. in vers. exhibet C. ad legem Cornel. de fals. vbi Salyc. nu. 2. & ideo cūm omnia, quæ ex aduerso allegantur inuerisimilia sint, inducitur sine dubio nedūm falsitatis imago, vt Bald. posuit in l. 1. C. de seru. fugit. Dec. conf. 23. post num. 3. conf. 94. col. 2. & conf. 399. num. 8. sed falsitas ineuitabilis.

18 Deniquè, ceteris prætermissis, Paulutius succumbere debet ex hoc tantummodò, quod originalis commissiō non producitur, cuius exhibitio semper petita fuit, vt de falso redargueretur. Siquidēm & si in instrumento iuramenti prætensi adfuit insertus tenor commissionis, quia originalis nō producitur, in qua adeſt, vel potest esse falsitas, & copia non est facta iudicis authoritate, exemplum produ-

etum non probat *glos.* notab. *in cap.*  
*Abbate Sancti Siluani in vers. fiat fides de verbor. signif.* vbi *Innocent.* post  
*num. 4. vers. alijs dicunt,* & *Afficit.* qui  
 loquitur in mandato Procuratoris in  
*decis. 273.* & propriè *num. 4. in fin.* & li-  
 cèt in Ciuitate Neapol. posse fieri  
 exemplum cum subscriptione trium  
 Curialium, quandò totus tenor inse-  
 ritur, vt in *Consuet. instrumenta conse-.*  
*ta,* adhuc *Napodan.* ibi *num. 56.* in  
*verb. tenorem* dicit, non sufficere,  
 quia possunt esse in originali cancella-  
 tiones, & rasuræ, & ideò (dicit ipse)  
 debet addi, quòd viderunt originale  
 non abolidum, nec abrasum, nec can-  
 cellatum, nè consuetudo sit occasio  
 fraudis. Sed quid vlrà moror è ca-  
 sus noster vertitur in exemplo sum-  
 pto, non solemniter, nec authore  
 prætore, nec ex scriptura originali,  
 quæ fuisset confecta ab eodem No-  
 tario; quo casu exemplum cum teno-  
 re, subscriptione, & collatione facta  
 cum matrice, seu originali probaret,  
 licet adhuc dum Aduersarius intendit  
 redarguere de falso; scriptura origi-  
 nalis esset producenda, ad *text. l. fin.*  
*C. de fid. instrum.* Sed est copia sum-  
 pta (vt prætenditur) à commissione  
 originali facta ab alio, quam à Nota-  
 rio, cuius exhibitio fuit petita, & non  
 producitur, nec reperitur. Modò  
 Notarius nihil aliud agit, nisi inserere  
 scripturam, sed ex hoc constare non  
 potest de fide, & de veritate originalis  
 ab alio factæ, in qua possunt esse  
 vitiatæ, & cancellationes, prout  
 præsumitur, si non exhibetur, & for-  
 tiùs in indiuiduo, si originalis scrip-  
 tura fuisset deperdita, & allegaretur,  
 non sufficit, nec propterea potest da-  
 ri robur copiæ, quæ de per se non  
 probat, nisi probetur plenè casualis  
 amissio, totus tenor, & quòd non  
 aderat falsitas, vel vitium aliquod  
 secundum *glos. fin.* & *not. in cap. cùm*  
 olin il primu de priuileg. quæ loqui-  
 tur propriè in commissione, & hoc  
 casu his omnibus, & alijs requisitis

benè probatis, non inducitur, nisi  
 semiplena tantum probatio; Ideòq;  
 cùm originalis scriptura sit funda-  
 mentum intentionis Partis, & non  
 exhibeat, Paulutius obtinere non  
 debet, remanet firmum, iuramentum  
 adhuc non esse præstitum, quod am-  
 plius præstari non potest.

Et ex his omnibus patet, fuisse  
 pro Marchione sententiam iustissimè  
 latam in Collaterali Consilio, quæ si-  
 cut in Regno facit ius inter omnes,  
 & illius occasione meritò ius publi-  
 cum per *Pragmaticam sanctionem*  
 fuit eo tempore emanatum, pariter  
 reor etiam ex nouiter deductis ean-  
 dem sententiam à Peritissimis Iudici-  
 bus fore confirmandam, imponendo  
 Parti perpetuum silentium.

Die 10. Januarij 1600.

*Relata causa in Collaterali Consilio fuis-*  
*confirmata sententia lata in favorem*  
*Murchionis, fuitque impositum perpe-*  
*tuum silentium. Iudices fuerunt de-*  
*cem, videlicet, duo Regentes Martbos,*  
 & Castellet, *Præsidens Sacri Consilij*  
*Don Petrus de Vera ab Aragonia;*  
*Scipio de Curte, Fabius Riccardus,*  
*Felix de Ianuario, Nicolaus Anto-*  
*nius Gizzarellus causa Commissarius,*  
*Octavianus Cæsar, Alonsus Ximenez,*  
 & *Carolus Tapia Marchio Belmontis*  
 tunc *Regius Consiliarius*, qui de bac  
 causa decisionem fecit, vt in *decis. 3.*  
*Sacr. Conf.* *Actuarius Carolus de Ale-*  
*xio, nunc de Scacciauento.*



AR

# Concilium XXXVIII.

317

## ARGUMENTVM.

Releuium ex causa refutatio-  
nis an, quando, & qualiter  
prestandū.

## S V M M A R I V M .

2 *Facti loco statim subiectur iuris que-  
stio disceptanda in materia præsta-  
tionis duplicati releuiū.*

*Fisci mortua in primis adducuntur.*

*Et primò post Andr. ponderatur S.  
Lucius l.oēs ff. quē in fraudē cred.*

*Cui pluribus respondetur modis, ut  
inf. num. 2. cum seqq.*

*Affertur pariter in exemplum decisio.  
Saer. Consil. relata per Ayell.*

*Cui bifariam occurritur infra num. II.  
Ann. sen. traditio etiam adnectitur.*

*Qua tamen repellitur eod. num. II.*

*Releuitū solvitur ab herede, & successo-  
re uniuersali, non autem à donato-  
rio, vel emperore.*

*Nisi uniuersalis omnium feudorum  
intercedat refutatio ob præsumptam  
fraudem.*

*Resusatarius uniuersalis babetur loco  
heredis.*

*Actuum proximitas, eorumque diuer-  
sitas quid inducat.*

*Donatio potest esse vera; sed facta in  
fraudem, præsertim si donator sit  
infirmus.*

*.... adiecta in contractu venditionis  
dicitur colorata.*

2 *Fraus præsumitur ex omnium bono-  
rum donatione, vel alienatione, si  
aliqua extirpata suggerat causa.*

*Cuius fraudis coniectura aliquot re-  
censentur ibidem in fin. & nu. II.*

*In qua materia non modica interce-  
dit differentia inter Creditorem pre-  
sentem, & futurum.*

*Præsumptio iuris, & de iure distin-  
guitur à præsumptione iuris tan-  
tum.*

*Donatio in dubio non præsumitur si  
mulata, neque fraudulenta.*

*Nisi adsit causa id præsumendi.*

*Fiscus ratione releuiū non est creditor  
præsens; sed futurus in spe.*

3 *Præsumptio descendens ex d. S. Lutius  
est leuis.*

*.... Vna tollit aliam.*

*.... Validior infirmorem.*

*.... Plures unicam.*

4 *Donationem omnium bonorum subsi-  
stere, est iuris satis indubitati.*

*Per eam veniunt præsentia; non  
autem futura.*

*Refutatio omnium feudorum in proxi-  
mum successorem est etiam permis-  
sa de iure Constitut. huius Regni,  
nedum communi feudorum.*

*Fraudem committere non dicitur vtens  
iure suo, & faciens quod à lege sibi  
permittitur.*

*Idque ampliatur.*

5 *Fraudis suscipio quævis tollitur in  
actu indifferenti, id est qui potest  
se habere ad bonum, & malum, si  
is palam, & publicè fiat.*

*Quinimò hoc producitur etiam in pro-  
hibitis.*

6 *Fraudis præsumptio resultans ex d. S.  
Lutius duo exposcit requisita.*

*Donatio quando sit præsumenda fra-  
 dulenta, & num. 7.*

*Donatarius omnium bonorum quando  
teneatur ad onera.*

7 *Fraus respectu futurorum creditorum  
quomodo consideretur.*

8 *.... Cessat ob causam præsumptam,  
nedum expressam.*

*Disponendi facultas est latior per a-  
ctum inter viuos, quam ultime vo-  
luntatis secundum Consuet. Neap.*

*Donatio omnium bonorum facta à so-  
rore in beneficium fratris, exclusa  
alia sorore masculata fuit per Sa-  
crum Consilium iudicata valida in  
serminis eiusdem Cōsuetud. ex præ-  
sumpta causa, que recensetur.*

*Filius adhuc patre viuente dicitur De-  
minus.*

Dd 3 9 Frans

9 *Fraus quodad exclusonem Fisci à releuio quomodo evitetur in patre donante.*

*Fraudulenter factum dici nequit, quod sine fraude fieri posuit, ibidem in fine.*

10 *Refutationis tempore, vel post incontinenti subesse debet causa præsumendi fraudem.*

*Qua cessat, si refutatio sit facta filio unico immediate successuro.*

*Pietatis opera exercens præsumitur alius ab omni dolo, & fraude.*

*Nec pro minimo filij commodo quicquam ficeret aduersus animæ suæ salutem.*

*Refutatio, siue donatio feudalium dicitur in Fisci fraudem facta, si statim post eam sequatur patris testamentum in beneficium eiusdem filij refutatory conditum.*

11 *Præsumptio supponit, veritatem posse aliter se habere.*

*Refutatio uniuersalis omnium feudorum ex quavis causa ultrà eam matrimoniū, ita quod cesset fraus, excludit Fiscum à releuū præstatione, & ita pluries iudicatum, & n. 12. in fine.*

*Successor uniuersalis nequaque te-  
netur ad releuū solutionem, quando certum est, refutationem non fuisse factam in fraudem.*

*Divisio inter filios facta per patrem babet vim ultimæ voluntatis, & supremi iudicij.*

12 *Refutatio fieri potest in qualibet etate.*

*Infirmitas cùm sit facta, est probanda.*

*... Debet esse gravis, ut fraudem inducat.*

*Donationis facta tempus attenditur, & non casus superueniens, qui refuteret facienda.*

*L. filiæ meæ communis intellectus.*

*Donatio facta à continuo infirmo, qui communiter existimabatur citò moriturus quomodo fuit iudicata per*

*S.C. Afficto reluctantē.*

*Et quid in caju posito per Dom. de Franchis in marito existente infirmo.*

*Nullitas aëtus quando de iure com-  
muni insurgat ob obitum infra se-  
xaginta dies superuenientem.*

*Regula Cancellariæ de infirmis resi-  
gnantibus quando fauceat resigna-  
tario circa tempus mortis resignan-  
tis.*

*Refutatio omnium bonorum ex causa  
matrimonij adhuc dicitur facta ex  
causa impulsua, & non finali.*

13 *Decisio questionis.*

*Pro Duce Magdaloni,  
In causa releuij.*

### CONSILIVUM XXXVIII.

I  Vx Magdaloni conuen-  
tus à Regio Fisco su-  
per solutione dupli-  
cati releuij non obstan-  
te refutatione in quin-  
ternionibus insinuata-  
infra quindecim dies cum subscrip-  
tione tunc Fisci patroni, ex in-  
frascriptis clarissime ostendit, præ-  
tensionem Regij Fisci non subsiste-  
re.

Pro Regio Fisco allegatur, refuta-  
tionem initam sub die tertia Augu-  
sti 1604. continere donationem  
omnium bonorum feudalium quoniam  
Ducis Patris refutantis, & ob  
id licet alijs refutatio simplex ex-  
cludat Fiscum à petitione releuij,  
quod exigitur tantummodo ab ha-  
rede, & successore, non à donato-  
rio, vel empreore, quando refutan-  
tur omnia bona feudalia, releuuum  
soluitur ob fraudem, quæ præsumi-  
tur adhibita, & excogitata in præ-  
iudicium Fisci, ex doctrina Andr.

# Consilium XXXVIII.

319

*n cap. i. S. sed & res num. 7. & 8. per quos fiat inuestitura, motus argu- mēto text. in l. omnes S. Lutius ff. que in fraud. creditor. qui post nu. 10. sub- dit, quōd quando omnia donat pos- set dici, quōd præsumatur fraus, & sol- uatur releuium, & Andr. sequitur Ca- mer. sub paucis verbis in repetitio. Cap. Imperiale car. 69. litera T. pa- riter Frecc. lib. 2. autoritate 3. nu. 17. fol. 319. dicit, quōd si erit refutatio vniuersalis, reputaretur in fraudem facta, & refutarius haberetur pro hærede, Capyc. pariter posuit in cap. Imperiale S. præterea si quis infeudatus fol. 53. dicens, quōd posset poni exemplum fraudis, quādo omnia do- narentur, Iac. de Ayello in tracta. de iu- re adhoꝝ nu. 74. referens causam Du- cis Ariani, qui diuiserat feuda inter fi- lios, & nouissimè Anna in repetit. c. 1. de vasal. decrepit. gta. num. 225. vbi simpliciter dicit, quōd facta refuta- tione, cùm habeat vim ultimæ volun- tatis, debet ut vita militia, & soluitur releuium, & in effeſtu DD. prædicti sequuntur doctrinam Andreꝝ ex illa tantummodo consideratione, quōd præsumatur fraus, quæ resultat ex di- positione text. in d. S. Lutius.*

Et ad confirmationem fortè addu- citur, quōd post refutationem Dux Pater fecerit testamentum, instituen- do hæredem vniuersalem Sacrum Hos- pitale Sanctissimæ Annuntiatæ, & Ducem filium hæredem particula- rem in bonis donatis, quasi quōd potiūs voluerit testari, quam donare ex illa vicinitate actuum, & illorum di- versitate arg. text. in l. ff. ventri S. in bo- nis ff. de priuileg. creditor. Corn. consil. 57. num. 17. vol. 1. & donatio potuit esse vera, sed in fraudem Fisci pro solutione releuij iuxta tradita per Corn. consil. 29. col. penult. volum. 3. Surdus, qui comprobat ex pluribus exemplis in consil. 382. à num. 51. volum. 3. & proinde donatio quoque in contractu venditionis dicitur co- lorata, vt per Bald. in l. ab Anastasio

*in q. not. C. manda. & in l. non dubium num. 10. ff. de legib. maximè quando sit ab infirmo, & in dies morituro, cùm Dux refutans decesserit post annos duos, & menses quatuor, ad tex. in l. filia mea emancipatę ff. solu. matr.*

2 At pro defensione notoriæ iusti- tiæ Ducis notandum est, refutatio- nem hanc initam fuisse circa quam- libet fraudis maculam, & prævia il- lius manifestatione Excellentissimo D. Proregi, Officialibus ferè omni- bus, & cæteris amicis, & consanguineis Ducis refutantis, & vasallis om- nibus publicè, & palam cum om- nium approbatione, & acclamatio- ne, quod vti notorium probatione non indigebat, & post aliquot dies si- militer donationis titulo largitus fuit filiis Principis Auellini nepotibus ex filia, & ipsimet Principi ducatos duo- decim mille pecunia tunc præsentè existente in banco, retinuit verò pe- nes se diuersos introitus capitalium pro summa ducatorum centum mil- le, in quibus denique moriens hære- dē vniuersalem instituit supradictum Sacrum Hosptiale, vt in faſo dedu- etum est.

Quo stante, dum ex refutatione omnium bonorum feudalium con- cludunt Andr. & cæteri, deberi releuium argum. text. in d. l. omnes S. Lu- tius, arguūt ex eo attēta dispositione illius tex. quōd ex dicta vniuersali re- futatione dici posset, quōd præsuma- tur fraus, prout de iure cōmuni præ- sumi videtur fraus, cùm omnia bona donauerit, vel alienauerit, de quo la- tè Bart. & cæteri in vulgata l. post con- tractū ff. de donatio. & in l. nomen S. fi- lio ff. de leg. 3. per Ias. & alios in S. item si quis in fraud. Instit. de actio. Verū est aduertendum, quōd præsumptio, quæ oritur ex illo text. respectu cre- ditorum præsentium dicetur præsum- ptio iuris, & de iure, cùm quis omnia sua bona alienauerit cum declaratio- ne, de qua infrā, respectu verò futu- rorum dicetur iuris tantū, refert D.

de

*de Francis decis. 69. num. 8. allegans Salycket. in Authentica sed iam necesse C. de donatio ante nuptias post num. 2. & quod text. in d. S. Lutius procedat respectu creditorum praesentium, non illorum, qui non habent ius de praesenti, vel spem, posuit Gaspar de Leo in addit. ad Napod. in Cœsuctud. Esse testator in ver. Aduertas sub nu. 19. Et insuper quodad futuros creditores alia indicia, & conieeturæ requiruntur, per quas posset cōiecturari, quod futuros creditores voluerit fraudare, vt ibidem Salycket. sic intelligendo glsf. in illo tex. alias non dicitur in fraudem donatio, etiam quod sit facta de omnibus bonis, nisi subsit aliqua causa fraudem presumendi, posuit optimè Bellamer a declarando tex. in d. S. Lutius in decis. 715. infi. ex mente Bar. in suo consilio incip. Petrus Nicolæ, quod est 65. vol. 1. ubi post num. 5. dicit, quod est necesse, vt appareat causa, propter quam facta donatio presumatur, & in finalibus verbis propter eandem rationem cōcludit, quod nō potest dici in fraudem, licet fuerit omnium bonorum Corn. inter cons. Socin. cons. 108. num. 12. vol. 1. de quo infra, quod requiratur alia extrinseca conieatura, sequitur Paris. consil. 13. num. 65. vol. 1. & latè Ludouic. Peguera in decis. criminal. Catalonia cap. 49. num. 6. ubi allegat text. in l. sed si mari- tuis in fine ff. qui, & à quib. exempla esse possēt, donatio clām celebrata in prēiudicium aliorum, vel grauis infirmitas, delictum incontinenti subsequens, moles creditorum, seū debita paulò post cōtracta, si aliud nō haberet in bonis, retentio possessionis; contractus incontinenti in contrarium celebrati, & similia, de quibus inferius, simpliciter autem loquendo sola alienatio omniū bonorum, quæ non prohibetur, si aliud non apparet, non dicitur fraudulentia, & in casu nostro Fiscus ratione relevij nō dicitur creditor praesens, sed futurus, secura morte, immo in spe, cūm pos-*

*sit fieri refutatio, vel alienatio, quæ non sunt prohibita, & nēdum non adest cauta præsumendi fraudem, sed plures, vt infra, quæ omnem fraudem excludunt.*

*3 Amplius & secundò attendendo sex. in dicto S. Lutius, & illius requi- sita, iuxta text. in cap. 1. de feud. co- gni. postquam de iure feudorum potius contrarium est dispositum, vt in- frà, illa præsumptio, quæ oritur ex di- stractione omnium bonorum, alio non apparēte, leuis est, & ex alijs ad- miniculis remouebitur, & sic illa præ- sumptio, quæ oritur ex d. S. Lutiu per aliā tollitur, vt per Soc. in d. consil. 108. post num. 12. post medium vers. Ex quibus omnibus videtur satis posse dici vol. 1. & ibidem testatur in sub- scriptione ciudem Consilij Balionus de Monte Vbiano in fine allegas Bar. in consil. 27. quod in meo volumine est consil. 194. & ex dicta subscriptione patet, consilium prædictum non esse Soc. sed Corneli, vt ibi, vna enim præ- sumptio tollit aliam l. diuus ff. de re- stitut. in integr. l. non solum ff. de ritu nuptial. & fortior debiliorem cap. transmissa, ubi glsf. & Abb. quifl. sint legit. Curt. iun. consil. 35. num. 6. lib. 1. autoritate glsf. in d. l. diuus, & plures tollunt vnam contrariam au- thentica itaque C. communia de succe- sio. Crau. consil. 149. num. 17. & consil. 282. num. 6. latè Decian. consil. 24. num. 31. & 34. vol. 1. his præmissis considerentur, quæso, infraccripta, quæ tollunt omnē fraudis suspicionē.*

*4 Etenim in casu nostro sumus in materia nēdum non prohibita: sed permitta omni iure, refutauit nanquē Dux bona feudalia, quæ eo tempore possidebat, in eodem contractu par- ticulariter expressa; donatio enim omnium bonorum attēto iure com- muni Romanorum valida est ad text. in l. si quis argentum S. sed & si C. de donat. Rom. consil. 95. quia de præsentib- us intelligitur, & futura non com- prehenduntur l. si mandauero S. i. cuius*

# Consilium XXXVIII.

321

cuius ff. manda. l. si ita, & l. Plautius ff. de aur. & arg. lega. glos. in l. final. in verbo accommodauerit C. de pact. vbi Petrus, Bald. Angel. Curt. iun. & alijs Dec. consil. 225. num. 4. in fin. Bertrand. consil. 224. nu. 1. vol. 3. par. 2. Iul. Clar. in S. donatio q. 19. vers. secundò principali, & Thesau. dec. 168. nu. 8. & decis. 199. per totam, & similiter quòd ad feudalia in proximè successorum substinetur de iure communi feudorum cap. 1. de eo, qui fin. sec. agna. cap. 1. S. & si libellum de alienatio. feud. patern. c. 1. de vasal. decrep. etat. cum concordantibus, & per Constitutionem Const. diu. mem. non sunt correcta iura prædicta permittētia alienationem in proximè successorum, vt ibidem Afflct. num. 17. & ante ipsum Andr. Cannet. in cap. volentes in verb. & quatènus num. 1. fol. 84. Anna in d. cap. 1. de vasall. decrep. etat. num. 308. Propterea à qui suo iure vititur, & facit quod sibi à lege permittitur, nō dicitur in fraudem facere l. nullus videtur ff. de regul. iur. Paris. d. consil. 13. nu. 59. vol. 1. & disponens de re sua fraudem committere non dicitur; quamuis ex dispositione in consequentiam alter damno afficeretur ad tex. in l. 1. S. denique ff. de aqua plu. arcend. Crauett. consil. 6. num. 120. Ruin. consil. 213. nu. 10. lib. 1. Menuch. consil. 226. num. 55. vol. 3. Franc. Beccius consil. 52. nu. 25. Cessante igitur causa, quæ posset inducere fraudis præsumptionem, remanet dispositio valida, cùm omni iure sit permissa, & ideo Andr. dubitanter asserit, quòd posset dici, quòd præsumatur fraus.

5 Amplius fuit facta refutatio omnibus declarata, & patefacta publicè, & palam, auditio Fisco, registrata in quincunionibus in tempore, seruata forma. Pragmaticæ, ex quo tollitur omnis suspicio fraudis l. cùm ipse C. de contrah. emptio. l. palam ff. de ritu nuptiar. l. non existimo ff. de admir. nistr. ruto. Bald. in consil. 472. 4. dubio, & consil. 347. vol. 4. in his, quæ possunt

se habere ad bonum, & ad malum, si palam fiunt, excluditur omnissuspicatio fraudis, notant DD. in l. nemo clericus C. de summa Trinita. & Fid. Cathol. Alex. consil. 31. in fin. vol. 7. vbi, quòd quando sumus in his, que non sunt omnino de genere prohibitum, tunc si sit palam, & publicè, non præsumitur fraus, sequitur latè Decian. consil. 2. nu. 92. cum/eq. vol. 1. Immò quod palam, & bona fide celebratur, etiam in prohibitis tollit omnem præsumptionem fraudis. Bald. in cap. vlt. de appellatio. Dec. consil. 189. col. 8. vers. item dicitur, & latissimè ad satietatem, etiam in casibus non permissis docuit Andr. in cap. 1. S. si verò Castaldi per totum de feud. guard.

6 Consideretur ulterius & fortius, quòd ad hoc, vt inducatur præsūptio fraudis ex dispositione text. in d. S. Lutius, quæ ad præsentes creditores, requiruntur duo, quòd alienans, vel donans omnia bona sciat se habere creditores, & bona sua non sufficere, ad text. in l. si quis cùm haberet ff. cod. tit. quæ in fraud. creditor. Aret. in d. S. item si quis in fraudem num. 11. circa fin. probat etiam tex. in l. in fraudem la 1. ff. qui, & à quib. vbi in fraudem creditorum manumittere videtur, qui eo tempore soluendo non est, vel datis libertatibus desiturus est soluendo esse, concordat tex. in S. in fraudem, vbi glos. Instit. quib. ex caus. ma. num. non licet, per Bar. in l. 1. num. 8. C de iure Fisci lib. 10. Et proindè dicit Alex. quòd reuocatur alienatio; quia non habebat aliud in bonis in consil. 55. num. 5. vol. 1: & in terminis ditti S. Lutius dum de donatione loquimur, suspectus est ille, qui omnia donat, & nihil sibi reseruat, vt optimè docuit Corn. inter consil. Soc. in d. consil. 108. post num. 12. vers. & negari nequit in terminis d. S. Lutius, proindè donatio imensa omnium bonorum præsumitur fraudulentia, cùm non sit verisimile, donatorem voluisse omnia sua bona donare absque reseruatione

tione vsusfructus, & illis se priuare, & sic se ipsum tunc diuitem in necessitate constitueret *Franc. Becc. in consil. 52. nu. 59.* sequitur *Honde. consil. 46. num. 17. vol. 1.* Et propterea donatarius omnium bonorum, donatore existente non soluendo, vel nullo dato hærede, tenetur ad onera, cùm loco hæredis habeatur iuxta glof. in l. aris alieni *C. de dona. Guid. Pap. decis. 103. & 460. in fin. Vincentius Carrocius decis. 125. num. 2. & 3. Austrer. ad decis. Capel. Tholosan. 386. & Gutier. præt. quæst. lib. 2. q. 58. num. 7. & 8.*

7 Et si loquimur respectu futurorum creditorum, tunc demum fraus potuisse excogitari, si post donationem incontinenti debita contraxisset in fraudem, & actus contrarios fecisset l. si ventri §. fin. ff. de priuile. cred. I. af. in d. S. item si quis in fraudem num. 62. & 63. Aret. num. 30. Io. Fab. num. 5. & Salyc. in d. auth. sed iam necesse. Ignitur tunc demum fraus præsumi posset ex donatione omnium bonorum, quādō nihil aliud remanet penēs donantem, quoniam ex hoc resultat fraudis præsumptio, alio non reseruato per donatorem, cùm non sit verisimile, quòd omnia voluerit donare, & se spoliare, aut si post donationem incontinenti donator alios actus gesserit fraudulentos.

At in casu nostro Dux refutavit filio feuda, retentis penēs se duc. centum mille capitalis, non vsumfructū tantum ultra mobilia argentea, & alia, ita quòd à filio aliquid subministrari non debebat, immò sine dubio alium Ducem creare potuisse, nec alios deinde contractus celebrauit fraudulentos, sed potius apertè confirmantes, & declarantes veram, & puram refutationem, & donationē, & propterea *Andr. arguendo ex tex. in dicto S. Lutius* inducit præsumptionem, si filio pater donaret omnia bona sua, non distinguendo feudalia tantum ab allodialibus magni valoris, vt apertè posuit in *Constitut. Post*

*mortem col. 2. vers. undē & filius, procederet igitur assumptum, si pater habens feudalia tantum, illa integrè refutasset, vel omnia bona sua tantum feudalia, quām burgensatica, vel si deinde fecisset alios contractus bonorum reseruatorum in beneficium filij, ex quibus potuisse fraus allegari, vel præsumi, vt inferius quoque dicetur iuxta terminos *tex. in d. S. Lutius*, in quo *Andr. & casteri* se fundant.*

8 Accedat insuper, quòd quælibet causa etiam non expressa, sed præsumpta tantum facit cessare fraudis præsumptionem, etiam in donatione omnium bonorum, etenim de iure consuetudinario permittitur dispositio pro medietate iuxta *Consuetudinem*. Et si testator, in vita autem dispositio permittitur in totum, si modò fieret donatio omnium bonorum, videtur, quòd posset plumi fraus ex dispositione d. S. *Lutius*, vt in d. *Consuet.* dicit *Napo. in ver. disponere à nu. 18. cum seq.* Verùm si posset considerari causa verę donationis, licet à donante non exprimatur, substatetur donatione, & excluditur fraus, vt benè p. *Capyc. decis. 85. per totam*, vbi refert fuisse iudicatum, validam esse donationem factam à sorore omnium bonorum in beneficium fratris, exclusa sorore masculiata, quæ cum fratre succedebat, ex eo tātummodò, quòd videbatur illam fecisse fratri ob conseruationem familiæ, & honorem agnitionis, & sic causa etiam leuis non allegata, sed præsumpta facit cessare fraudem in donatione omnium bonorum in præiudicium alterius.

In casu verò nostro Dux quoad se, considerans onus gubernandi vasallos, vt se ab his curis liberaret, libenter refutavit, & hoc, quia cognovit filium sagacem, in quem conueniens erat post multa liberalitatem, exercere, & gubernationem vasalorum, & Status dominium conferre, ob conseruationem, & honorem dominus

mus suæ, & duorum tantummodo filiorum eiusdem filij refutarij, quorum primogenitus maior erat, & de proximo matrimonio copuladus pro amplianda, seu propaganda domo, & familia retentis duc. centum mille, cum quibus & viuere, & sustinere se poterat, & disponere pro eius arbitrio, ut conuenire possint viro siquidem insigni, & nobilitate clarissimo, nec aliquid ei deficere poterat, aut desiderare, quæ omnia tollunt omnino quamlibet fraudis suspicionem. circa tam laudabilem refutationem ab omnibus approbatam in beneficium filij vñici, qui adhuc patre viuente dicitur Dominus, & venire ad propria, nec acquirere, sed acquisitum capere secundum glos. finalē, & not. in cap. 1. de feud. cognitio. & latè Hieron. Schurph. inter cons. feud. Brun. 131. num. 7. & 3.

9 Ad prædictorum confirmationem additur, nō esse verisimile, quod Dux vir prudens voluisse simulare refutationem, & se spoliare feudalibus bonis, vt Fiscum tantum à reuelio fraudaret in casu non omnino extituro, cùm potuisset filius præmori, nec præsumendum est, quod sibi voluisse de præsenti præjudicare, si verè donare noluisse, ut considerat in specie Corn. in d. consil. 180. inter cons. Soc. post num. 12. vers. unde non erat prudentis viri, & ideò pro executio ne veræ donationis, & refutationis, fuit illa denunciata Regio Fisco, & admissa cum eius subscriptione registrata in quinternionibus Regiæ Cameræ infra dies quindecim seruata forma Regiæ Pragmatice editæ ad tollendas fraudes, Dux refutarius descriptus in cedulario, fructus percepit, & ideò præstigit seruitia Curiæ cum solutione adhœc, & ita reputatus, & notoriè tractatus, & si deliquisset, aut prædecessisset, non vtiq; Fiscus allegasset fraudem refutationis, idcirco non video, vnde fraus exco-gitari poterit, dum verè pater filio do-

nare deliberauit per actum, quem libebat facere, ad sex. in l. qui autem in princ. ff. que in fraud. credit. Surd. decis. 21. num. 15. & non potest dici factum in fraudem, quod sine fraude fieri potest, vt per Ignem in authentica ex causa num. 56. C. de liber. præter. & per Bart. in l. 1. C. de delator. vbi glos. fin. lib. 10.

10 Succedit ex hoc alia validissima consideratio, namque causa præsumendi fraudem debuisse subesse tempore refutationis Aret. consil. 65. col. 3. vers. in contrarium arguitur, Crau. consil. 8. num. 19. ex mente Bart. in d. consil. 65. vel post incontinenti, ut dictum est, modò si considerentur actus gesti eo tempore, vel post, manifestè demonstrant veritatem refutationis, etenim facta refutatione Duci filio, mox donauit Principi Auellini, & eius filijs duc. duodecim mille in banco existentes, dum igitur donauit Principi, & filijs, qui respectu filij extranei dicuntur, igitur quomodo illa iudicanda est vera donatio? Et donatio facta filio simulata, vel in fraudem, cùm vterque fuerit actus uniformis liberalitatis, & donatio facta filio sit potius debitum, quām donatio, & si extraneæ personæ donasset feuda, tunc præsumeretur in fraudem, secus quando donatur filio unigenito successuro glos. not. in cap. 1. S. noui verò in verb. proximiori per quos fiat inuestit. Napod. in d. Consuetud. Es si testator post nu. 19. Alex. consil. 54. num. 19. lib. 7. & Roman. consil. 367. in ff. Et si demum moriens reliquit Hospitali Sanctissimæ Annuntiatæ ducat. 100. mil. qua ratione refutatio facta filio, cui omnia debita erant secundum ius, & equitatem, & votum parentum, censenda erit in fraudem, celsante qualibet alia causa præsumendi fraudem. Certè nullo modo. Dux namque refutans respexit ad salutem animæ suæ priuando filium, & nepotes quantitatibus prædictis excelsius, propterea resultat, omnia ges-

gesisse bono zelo, cùm nō fuerit immemor salutis æternæ, & quòd fuerit alienus ab omni dolo, & fraude, vt latè considerat *Parif. in consil. 13. post num. 67. vol. 1.* nec præsumendum est, quòd dum animæ saluti prospexit in perniciem filij, voluisse refutationem facere in fraudem Fisci pro medietate fructuum bonorum feudalium vnius anni contra salutem animæ suæ pro minimo commodo filij, vt probat *tex. à fortiori in l. fi. vers. & licet neminem C. ad legem Iuliam repetund.* & particularius accedendo ad casum, tūc fortè aliquid fraudis potuisse allegari, quando facta refutatione filio honorum feudalium, pater deinde testamentum fecisset incontinenti in beneficium eiusdem filij quoad bona allodialia, ita quòd per donationem transtulisset feudalia in præiudicium Fisci, & burgensatica per testamentum, ita colligitur ex *not. consil. Bar. 68. proponitur post num. 1.* & optimè *Hieronym. Gabr. in consil. 81. post num. 1. vers. & paulò post, & ante nu. 5. vers. quartò probant vol. 2.* Sed quia facta refutatione donauit Principi Auellini, post annum cum dimidio fecit testamentum in beneficium Sanctissimæ Annuciatae, non filij; ideo fortius ex his deducitur veritas refutationis factæ filio, à quo pariter emit annuos introitus pro summa du. 20. mil. adeò quòd contrahendo etiam manifestauerit veritatem refutationis prædictæ.

**¶ 1** Demùm præsumptio est illa, quæ oritur ex *d. S. Lutius* quoad futuros creditores, & sic præsumptio præsupponit, quòd veritas possit aliter se habere, quam lex præsumat *l. final. in princ. ff. quod met. cauf. l. nuptura in fin. ff. de iur. dot. Aret. consil. 38. col. 2. Surd. consil. 7. num. 61. vol. 1.* & veritas apparet, dum nulla causa fraudis adduci poterit, cùm hic concurrant omnia, quæ demonstrare possent veritatem refutationis prædictæ, vt supra notavimus, & cessant insuper conjecturæ

fraudis, veluti actus non claram celebri, sed manifestatio ferè publica, infirmitas nec grauis, nec leuis, non adest delictum, aut necessitas, minus retentio possessionis, nec actus in con. arium post donationem, qui inducere possent præsumptionem fraudis, quòd si ista donatio simpliciter fraudulenta argueretur, non daretur casus, quo refutatio omnium bonoru verè, & realiter fieri posset, & dicetur semper præsumptio iuris, & de iure, & tamen sèpius iudicatum est, quòd si fit vniuersalis refutatio omniū feudalium ex qualibet causa, citra causam matrimonij, ita quòd cesseret fraus, non soluitur releuium, & comprobatur *Frecc. in d. authorit. 3. sub num. 19.* qui fortè nō allegatur à Fisco, vbi dicit, quòd etiam si esset vniuersalis successor, mīmītē teneretur, quando certum esset, refutationem non esse factam in fraudem, vt in casu nostro, & ex his remanet responsum doctrinæ *Andreae, & aliorum, Anna* verò decipitur in hoc, dum loquendo in simplici refutatione non omnium bonorum, dicit: *Quod est præuentio successionis, quod habeat vim ultime voluntatis, & soluat relatum,* quia hoc modo in qualibet refutatione indistinctè solueretur, quod est manifestè falsum, & decisio causæ Ducis Ariani relata per *Iacobum de Ayello* non obstat.

Primò, quia ignoratur, quid in causa illa afferri potuit fraudis, aut veritatis.

Secundò, termini illius causæ sunt diuersi, quoniam ibi donator diuisebat feuda inter omnes filios suos, quæ diuisio sine dubio vim habet ultimæ voluntatis, & supremi iudicij ad text. in l. ex parte *S. intestato ff. famil. ercif. vbi Bart. & Dec. consil. 254. nu. 1. vers. & ulterius.* Testamentum autem Ducis non obstat, quia non fuit confeatum incontinenti, nec in beneficium Ducis refutatarij, & quamvis in illo reliquerit eum particularem hæredem in.

*in bonis donatis, illud egit ad evitan-  
dam nullitatem ob defectum præteri-  
tionis.*

12 Minus potest allegari infirmitas Du-  
cis refutantis, vel quod de proximo fuisse  
mōriturus, ex quo non probatur,  
nec est verū, quia si hac de causa mo-  
tus fuisset, statim testamētum fecisset,  
& non post annum cum dimidio.

Insuper non constat de ætate, vltra  
quod nō prohibetur refutatio fieri in  
quacumq; ætate, dicit Ann. in d. c. i.  
de vasal. decrep. et a. nu. 53. & 56.

Itē notorium est, tunc fuisse sanum,  
& robustum, & infirmitas, quæ est fa-  
eti, debebat à Fisco probari, & sufficit  
fuisse initiam eo tempore non prohi-  
bito, quamvis deinde sine magno in-  
tervallo casus sequatur, quo donatio  
potuisset infringi. *l. inter eos ff. de donat.*  
*inter vir. & uxo. Ioa. Fab. in d. S. item*  
*ff quis in fraudem nu. 9. circa fin. allegans*  
*alium tex. in l. Seja S. Virginī ff. eod sū.*  
*de dona. inter vir. & uxor.*

Amplius infirmitas, quæ induceret  
fraudem, deber esse grauis, ita quod  
de brevi dubitetur de vita, vel si con-  
tinuò fuisse infirmus, & ita intelligi-  
tur *text. in d. l. filiae meae per glos. Bart.*  
*Alber. Alex. Imol. & Angel. in l. sed*  
*& quæstum ff. de liber. & postbu. Prae-*  
*pos. in cap. Santa col. 5. qui fil. sint legit.*  
*& est text. clarus in c. 2. de renunc. in 6.*  
*& in cap. de bis de sepult. Alexan. in l. si*  
*quis postbumos in prin. nu. 4. in ff. vers.*  
*posset tamen ff. de liber. & postbu. Paris.*  
*conf. 13. num. 72. vol. 1. Dec. conf. 224.*  
*Arot. in l. eius, qui S. ff cui in 1. nos. ff. de*  
*testam. Anctb. conf. 430. & in cap. sicue*  
*nobis de regularib. & ita fuit iudicatum*  
*in S.C. in donatione omnium bono-*  
*rum, quando donans semper fuit in-*  
*firmus diuersis infirmitatibus, & co-*  
*muniter existimabatur citò mori, vt*  
*per Aff. decis. 370. post nam. 14. licet*  
*adhuc ipse fuerit in contraria opinio-*  
*ne, & D. de Francb. decis. 218. in qua*  
*refert, Sacrum Consilium declarasse*  
*nullum instrumētum donationis tan-*  
*quam factum viro existente infirmo,*

alias donatio valueret, vt ibi per ip-  
sum, & proinde de iure communi fuit  
statutum circa annulationem actus,  
quādo intra sexagesimum diem mors  
intercederet, vt in l. prospexit in fin.  
cum l. seq. ff. qui, & à quibus, & emanau-  
it etiam Regula Concellariae de infir-  
mis resignantibus si decelsissent post  
dies 20. vt ibi latè Gomes. quæst. 17.  
col. 2. & Dec. d. conf. 224. Igitur siue  
refutatio omnium bonorum fiat ob  
causam matrimonij, quæ adhuc dici-  
tur impulsua, non finalis, vt per Oldr.  
conf. 5. Bertrand. conf. 1. num. 4. vol. 1. in  
2. par. eiusd. volum. Alex. conf. 14. sub  
num. 1. vol. 1. Surd. latè dec. 322. nu. 84.  
siue alio modo, & alia causa, etiam  
præsumpta, ita quod fraus considera-  
ri non possit, nullo modo tenebitur  
refutarius ad solutionem relevij, vt  
passim seruari videmus, & iudicatu est  
in Reg. Camera. Cūmq; ex omni par-  
te pateat veritas huius refutationis,  
nulla prorsus fraudis præsumptione  
excogitata, absoluendus erit Dux.  
Cetera suppleant Doctissimi, & Re-  
ligiosissimi Iudicantes.

Die .... Nouembris 1609.

Fuit iudicatum, quod Dux soluat me-  
diatatem simplicis relevij. Actuarius  
Franciscus Datus. Iudices fuerunt  
Præsidētes Salutius Cōmissarius, Mor-  
milis, de Vera, Minadous, Montoya, &  
Locumtenens Ioan. Alphonsus Suarez.

Causa, seu ratio decisionis fuit (vt  
percipere potui) quia articulus vide-  
batur dubius, quo casu Præsidentes  
Cameræ inclinat in compositionem  
pro mediatate, vt in his terminis re-  
leuij refert Freo. in allegata author. 3.  
lib. 2. de subfeu. sub nu. 17. vers. Domini  
Præsidentes babuerunt pro dubio.



## ARGUMENTVM.

Plura circa Baliaetus materiam  
vnā cum aliquot suspicionū  
causis merito excludentibus  
quemlibet prætensorem à  
prælibato munere.

## S V M M A R I V M.

1. Præfacti serie duo iuris articuli decidēdi proponuntur.  
*Curator is est eligendus, qui potiorum causam habet in succedendo.*
2. Curator quando legitimus, vel datius dicatur.  
*Pro resolutione adducitur Bart. theo-rica, quæ distinguitur, & declaratur.  
Curator datius interdum legitimo præfertur.*
3. Balias, & Tutor Feudatariorum de iure Constitutionum buius Regni tām ab intestato, quam ex testamento est ipsemet Rex.  
*Quippe qui, vel ipsius Vicarius poterit alteri hoc munus demandare.  
Deinde ex gratia Regis Caroli Secundi, de qua in Cap. Regni permitta fuit patri bec potestas. eligendi Balias in testamento.  
Quo non creto Regia Curia illum eligit de proximis, & cōiunctis Defuncto magis idoneum.  
Et sic potius est attendenda idoneitas, quam proximitas.  
Balias quilibet in hoc Regno au: est testamentarius, vel datius.  
Prodigo, qui pupillo aequiparatur datur Curator, ut pupillo non ut prodigo, & cum ratione.*
4. Rex est Dominus personarum.  
*Ad ipsum spectat feudi custodia etiam vasallo inuito.  
Balias quare Patri, & Au: Matri, & Au: deferatur.  
In præfatis personis maxima cadit af-*

- fectio, fiducia, & charitas erga suam sobolem.*
5. Curator Illustris persona quibus debeat esse decoratus qualitatibus.  
*Presumptio bonitatis, quæ insurgit de iure, quando non sufficiat; sed s̄ in specie probanda qualitas.*
6. Tutor, vel Curator etiā testamentarius ex sola affectatione redditur suspe-ctus.  
*Et insuper si hoc munus uterq; ab initio affectauit, neuter poterit deinde ab eo se excusare, & cum ratione.  
Tutela, vel Curæ ultrò se ingerens redditur suspectus, & num. 9.  
Quod procedit etiam in procuratore, teste, & Ludice.*
7. Suspitionis causa urgens est feudorum refutatio, nēdūm administratio pro-curata, & cum ratione.  
*Suspicio resultat ex substitutione pro-curata blanditijs, & liberalitate.*
8. Tutelam, Curam, vel feudorum refuta-tionem pecunia mediante procurans pœna fit obnoxius, nēdūm suspectus redditur, & non sine ratione.
10. Tutor em, vel Curatorem non redditur suspectum paupertas, siue egestas, sed mali mores, & num. 14.  
*Et quoad primum caput intellige cum gemina limitatione, de qua infra nu. 15.  
Curator Illustris persona debet esse diues.  
Curatoris præfisi vita, & mores nunc describuntur, & num. seq.  
Curam alterius non est is credendus rechè gesturus, qui proprium dilapi-dauit patrimonium, ibidem in fine cum num. seq.*
11. Dives ne in paupertatem incidas quid debeat obseruare.  
*Satisfactione nō mutatur malevolum propositum, ibid. in fin.*
12. Curator, qui debet esse optima, & inte-græ opinionis, non est is eligendus, qui plurium, & enorium criminum Author fuit.
13. Conuincitur nunc fraus eiusdem pre-tensi Balias.

Qua

# Consilium XXXIX.

327

*Quae est legitima causa ad ipsum excludendum à pretenso baliatu, ibid. in fin.*

14 L. 3. S. nunc videamus ff. de susp. tuto, intellectus, & num. 16.

*Tutori, vel Curatori suspecto an, & quando sit dandus adiunctus, & nu. 17. & 19.*

15 *Paupertas potest alicui contingere uno ex duobus modis.*

*Et inter utrumque maxima intercedit differentia.*

*Tutor si in ea sit egestate constitutus, vt in eius administratione pupilli substata periclitetur, quid tunc erit agendum?*

16 *Suspectus ex anteà gestis quis efficitur ita vt à novo tutela munere merito excludatur.*

*Huc vergit illud vulgatum axioma. Turpius eijscitur, quam non admittitur hospes.*

*Actus non debet sumere exordium à casu, qui finem imponere debet.*

17 *Curator prodigi habet plenam, & libera ram administrationem.*

18 *Tutela, vel cura onus nullatenus est deferendum babenti quomodo cum bona pupilli obligata, & cum ratione.*

19. S. i. in auth. vt ij, qui oblig. se hab. &c. intellectus, & num. 19. & 21.

20 *Coniunctionorum, seu propinquorum iudicium, siue consilium sequi debet Index in curatoris electione.*

*Curatori feudalium desertur etiam administratio allodialium.*

22 *Clientis mores, & vires patrimonij describuntur.*

23 *Decisio pralibata controversia.*

Pro D. Iulia Vrsina Marchionissa Fuscaldi.

## CONSILIVUM XXXIX.

I  O N Lælius Vrsinus, & Comes Saponariæ concurrunt, vt alter ipsorum eligatur cura tor Principis Bisiniani, vterque verò allegat proximitatem circa successionem, quæ de iure communi attenditur in datione curato ris, ad tez. in l. 1. ff. de legitim. tut. & l. fin. S. sed cum antiquitas C. de curat. furiosi. Don Lælius siquidèm vti proximior, & nepos ex sorore, & Comes, qui se proximiorem allegat in successione feudorum vigore amplissimæ vinculationis, & fideicommissi.

Marchionissa verò Fuscaldi soror D. Lælij. vtrinque coniuncta, quæ proximam causam habet in successione, saltem quoad burgenstica æquipollentia ferè bonis feudalibus pro suo notorio interesse, & vti proxima in eodem gradu cum D. Lælio ex infra scriptis demonstrat, administrationem non esse deferendam D. Lælio, & minus Comiti Saponariæ, & pro defensione iurum Marchionissæ duo proponuntur articuli decidendi.

Primus erit, an curator nunc eligendus dici possit legitimus, vel re ciùs datius.

Reliquus, si datius erit, an concurrent necessariæ qualitates à iure requisitæ, vel si absint ex abundanti legitimæ causæ suspicionis, ex quibus vterque sit omnino repellendus.

Ad Primum articulum deueniēdo, licet curator furiosi, & prodigi legitimus dicatur, & in ceteris datius, vt Bar. declarat in l. cui eorum S. in curatoribus ff. de postul. per iura ibidē allegata, hoc procedit, simpliciter loquendo, attento iure communi, quo iure inspecto adhuc dicere possumus, non esse locum in casu nostro curatore legitimo, sed. dativo, siquidèm agitur

Eç 2 dunc



nunc de constituendo curatorem in locum Ducus Vetri, qui similiter datius curator est, ideo ad præsens etiam datius creatus est, quamvis existat legitimus, ad *tex. in l. si quis sub conditione §. idem dicimus ff. de testam. tutel. & l. tutela S. quæri ff. de legit. tutor.* *Corn. conf. 175. col. 2. lit. E. vol. 3. ver. rùm nos loquimur in curatore Illustr. personæ, quo casu etiam de iure cōi maxima prædicta non procedit, dādus est .n. in specie nostra curator cū maxima causæ cognitione ex inquisitione, nec sufficit, quod possit esse legitimus, cū nonnulla requirantur, vt infra dicetur, ad *tex. in d. l. fi. §. si quidem, vbi glof. C. de curat. furios.* & clariūs habetur in *l. 1. C. de tuto. & curat. Illustr.**

**3** *person.* Amplius si legem Regni intuemur, cessat hæc disputatio, siquidem de iure Constitutionū specialiter prouisum est, quod Rex sit tutor, & Balius feudatariorum tam ab intestato, quā ex testamento, vt in *Const. Regn. Minoribus in tit. de iure Balij*, vel poterit Rex, siue ipsius Vicarius alteri concedere, vt declarat *Minad. in repet. Cōst.* *In aliquibus in 5. not. superuenit deinde gratia Regis Caroli II. qui permisit patribus in testamento statuere Balium filijs suis, ab intestato vero Rex sibi reseruauit, vt in *cap. Regni feudatarius*, vbi mandat Rex, q ab intestato Curia ipsa eligat Balium de proximis, & defuncto cōiunctis magis idoneum, & sic ille *tex. apertè decidit*, nō esse attendendā successionem, sed idoneitatem, dum vult, q Curia eligat magis idoneum, non magis proximum, imò si rectè ad illum *tex. aduertatur*, nedum de legitimo simpliciter agendum non est, sed quamvis sit idoneus, & proximus, nō sufficit, cū requiratur, vt sit magis idoneus, comparatiuum. n. iuxta illum *tex. præsupponit posituum*, vt l. si adsit proximus idoneus, adhuc talis proximus idoneus nō admittatur, sed elegatur alius magis idoneus existēs cæteris oībus pupillo coniunctis, q iure cōi cōprobatur ex *tex. in d. l. C. de tuto.**

& curat. *Illustr. person.* ibi, quem cætas ille in administrandis negotijs dignissimum iudicauerit, ideoq; mirū est, quomodo Pars audeat dicere, quod sumus in legitimo, nō datiuo, cū in *d. c. ad hoc not. Barth. de Capua* pro absoluto, quod omnis Balius in Regno, aut est testamentarius, aut datius, pariter *glo. in d. Const. minoribus in ver. minor tenet, in princip. notat*, quod indistinctè spectat ad Regem, quantumcūq; consanguinei, & propinqui existant, nec interest, quod non sumus in minore, sed maiore, quoniam idem procedit in maiore prodigo, vel furioso, vt ead. gl. ponit *in fi. allegans tex. in l. Fulcinius §. adeo autē in fi. ff. ex quib. cau. in poss. eat. sequitur ibid. Aſſl. nu. 7.* & hoc transit sine scrupulo, cū prodigus pupillo cōquiparetur *Bal. in l. qui habet n. 3. ff. de tutel.* cui datur curator, vt pupillo, nō vt prodigo, cū discretionem, & consensum non habeat, vt *Bar. declarat in d. l. qui habet n. 3.* & dū 4 de feudatario agimus, Rex est dominus personarum, vt in *Const. quia frequenter*, & ad ipsum spectat rectè custodire feuda, etiam vasallo inuito, *Andr. in cap. Imperialem col. 6. de prohi. feu. alien. per Fed. allegans tex. in l. si ita S. Dominus ff. de vsu, & habit. & alia congerit Capyc. in repet. eiusdem capituli fol. 18. vers. quarta concluso*, quæ ratio militat in omni casu.

Et minus obstat, q Balius deferatur etiā Matri, & Auiæ, Patri, & Auo, quoniā vlt̄rā qualitates, quæ in prædictis etiam requiriuntur, illud non est ppter spem successionis, sed propter affectionem, quam prædictæ personæ habent in filios, & propter fiduciam, quam habent iura de istis personis ob ipsarum pietatem, & charitatem *S. quia vero in Auth. ut sine prohibitione matres*, de quo latè *Dec. confil. 16. post num. 2. & num. 5.* vnde non suffragatur D. Lælio, quod sit proximior, cū requiratur quod sit magis idoneus, causa cognita per Iudices, & sic tractari non potest de

de curatore legitimo, sed datiuo, & attendend<sup>e</sup> sunt qualitates, non proximitas successionis, qua conclusio ne stante, cùm tractari non possit de curatore legitimo, omnes infrascrip<sup>tæ</sup> causæ suspicionum de iure procedunt in casu nostro.

5 Secundus verò articulus resolutur, vt videamus, quæ sint qualitates requisitæ à iure in curatore Illust. Personæ, & quæ sint causæ legitimæ suspicionis, & exclusionis, plures etenim qualitates à iure statutæ sunt in huiusmodi curatore, quæ multò fortius necessariæ sunt in casu nostro, dum agitur de dando curatore Principi Bisiniani primo Regni Baroni, cuius Status Prouinciam efficit proculdubio, opus est enim, quod ultra nobilitatem, & sanguinis parentalam sit curator eligendus idoneus, optimæ, atque integræ opinionis, patiter, quod in eo adsint diligentia in administrando, deuotio, probitas, circumspetio, dilectio erga subditos, vita, ætas, & facultates, & cum magna maturitate inquirendum est, hæ sunt qualitates, & requisita, quæ colliguntur ex text. in d. l. fin. S. sed si quidem C. de curat. furios. ex l. 1. C. de tutor. & curat. Illust. person. & per Anch. & alios in cap. gradi de supplen. neglig. prælat. in 6. Don Lelius verò nihil istorum deduxit, sed tantummodo proximitatem, & quædam alia nouissima infra dicenda, & quia necessaria sunt ex dispositione iuris, non sufficit ipsum esse proximiorem, cùm prædictæ aliæ qualitates non appareant, quoniam licet quilibet præsumatur bonus, si tamen qualitas requiratur à statuto in gradu comparatiuo, aut superlativo, vt sit melior, vel optimus, tunc illa qualitas debet probari, neque à iure præsumitur Ang. in l. 2. S. diem ff. quem admod. testamen. aperian. Alciat. de præsumpt. reg. 3: præsumpt. 2. num. 8. & Molin. de primogen. lib. 2. cap. 6. nu. 30. & quandò qualitas requiritur à legè, vel statuto in persona ad certum

actum, ad quem aliæ non admittentur, tunc illa qualitas debet probari non solùm si requiratur in superlativo, sed etiam in positivo, in specie tradit Couar. in cap. relatum il 1. nu. 6. de testamen. cùm ergo statutum sit, vt eligatur, nedum proximus, sed magis idoneus, non sufficit iuris præsumptio, & cùm Don Lelius defecerit in probatione huius qualitatis, ex hoc solùm succumbere debet, cùm non sufficiat esse coniunctum, nisi sit magis idoneus, et si proximitas sola sufficiens esset, alia causæ cognitio, & requisita introducta non fuissent, ideoque hoc primum assumptum potissimum esset ad ipsum excludendum.

Insuper, vt nulla possit oriri dubietas, attendantur infrascriptæ causæ, ex quibus sine dubio, & vnaquaque ipsarum venit repellendus.

6 Prima causa, quæ deducitur, est affectatio D. Leliij curæ prædictæ, & administrationis, quæ non eget alia probatione, cùm nedum ex instantijs, & petitione colligatur, sed notoriū sit, quot medijs instantissimè Don Lelius nihil aliud egerit continuò, nullo téporis interuallo interieeto, & ex hoc ipso clarissimum est effici suspectum, ad text. in l. vxori S. 1. ff. de fals. Corn. confil. 163. litera D. vers. item concurrexit vol. 4. & aduertatur ad tex. in d. l. vxori, qui loquitur in casu fortiori, quandò tutor fuerat in testamento relictus, qui ex sola affectatione redditur suspectus, aliamque penam patitur, quod excusari non valeat, vt ibi dicitur, nè ex delicto præmium consequatur l. sed & milites S. 1. ff. de excusat. tutor. augetur hæc principalis causa, quia D. Lelius, nedum curam hanc affectauit, sed vt curator se ingessit, dum se opposuit concordiæ initæ inter Principissam, & Principem virum, in qua nedum comparuit, vt quid vtile ageret in beneficium Principis, sed instituit, non procedi, donec de curatore prouideretur in personam ipsius, ex quo tan-

tò magis suspectus efficitur, iura sunt clarissima in l. scire oportet §. fin. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, l. quæ omnia, ff. de procur. vbi Angel. & ceteri idem dicunt procedere in procuratore, & teste, & idem est in Iudice glo. in cap. statutum in verb. copia de rescript. in 6. per Abb. in cap. super literis num. 10. extra de rescriptis, sed particularius legendus est omnino text. in §. quoniam autem in auth. vt ij, qui oblig. se haber. probib. res minor. vbi Iurislator exclamans ait: *Quicunque Dei memoriā habent, difficulter ad curam accedunt*, & proinde suspecti reduntur, vt colligit ibi glo.

7 Secunda causa, quæ adducitur, quia D. Lelius procurauit à Principe habere ex nunc refutationem totius Status, & reliquorum bonorum ultra administrationē, quid est enim hoc, nisi, quod corrupta fide inquisitionis voluit curator constitui, & bona Principis viuentis, vt Dominus possidere, & proinde velut prædo bonis ipsius incūbet, videatur tex. pulcher, rimus in l. tutor quoque §. tutor, qui ff. de suspect. tutor. iaeoque de tali homine, qui suasit Principi ad sibi donandum omnia bona, non potest dari, nisi sinistra suspicio, & quid non adinueniat ad malitiam semel deditus, vt minorum res proprias faciat? dicit tex. not. in §. 1. post princ. in auth. vt ij, qui oblig. pro cuius decisione videatur solemnis doctrina Soci. iun. in consil. 59. à num. 38. cum seq. vol. 3. vbi optimè probat, fuisse reputatum suspectum in administratione eū, qui tantummodo substitutionem quandam procurauit, quanto magis id dicendum est in eo, qui procurauit donationem omnium bonorum prodigi, eo viuente, qui similiter ipsius curam anhelauit, vt facilius prodigum expilare valuisse, & augetur tanto magis hæc suspicio ex blanditijs, & liberalitate D. Lelij erga Principem, vt considerat Crauett. cons. 18. nu. 19. quodque D. Lelius refutationem

prædictam procurauerit, est notorium vbique, & Pars in Aula in exordio litis acceptauit, dum fuit petitus terminus ad prædicta probandum, ultra fidem Principis, de qua paulo inferius dicetur.

8 Accedit prædictis, quod nedum D. Lelius curam hanc, & refutationem simpliciter procurauit, sed mediante pecunia, ob quod nedum suspectus, sed penè obnoxius est, dicit tex. in d. l. scire §. fin. & d. l. tutor quoque §. tutor in fine, & contra similes personas exclamat tex. in l. 1. §. solene ff. de off. Praefect. Vrb. vt ultra suscipcionem grauiori animaduersione sit opus, ex quo arguitur præcisa necessitas ad spoliandum pupillum, & est similis tex. in l. in eos ff. de tutel. hanç facti speciem declarauit Princeps in eius fide præsentata, nec est in aliquo dubitandum ob alias fides contraria per D. Lelium præsentatas, cum omnibus innotescat, quot medijs, & operibus prædicta, & alia consimilia procurauerit, et si per testes non est deductum, quis de negligentia argui poterit, si terminus in specie fuit petitus ad prædicta probandum, & quia aderat fides prædicti Principis præsentata, & benè Iudicibus constabat, fuit denegatus, & concessa facultas tantum scripturas producendi, alias non esset creare curatorem cum inquisitione, vt requiritur.

9 Aduersus prædicta D. Lelius conatur se defendere, quod refutationem procurauit, iudicans rectius esse, quod Status transferatur ex nunc in ipsum successorem, dum regendus est à curatore mercenario, & hoc quisquam facilè credet absque probatione, sed quod ex hoc non sit suspectus in administratione, non sequitur, imò fortissimè demonstratur, circa electionem verò curatoris similiter id egisse, & petiisse sibi deferri ob suum interesse notorium, cum videret patrimonium Principis de breui peritum, quod melius ab ipso gubern-

gubernari potuisset, cùm sit Principis successor proximior, sed responsio facilis erit, lex enim, quæ vocat proximos ad tutelam, & curam, non permittit, vt ipsi se ingerant ut curatores, antequam deferatur, imò id expressè prohibet, & admonet Iudices, nè creent eos, qui se ingerunt, ut creentur, apertè statuit *tex. in d.l. scire s. fin. & Alex.* sequitur *consil. 86. num. 6. in fine val. 2.* datur tamen facultas petendi, vt fiat electio idonei curatoris propter spem successionis, vt dicit *tex. in l. i. S. quoties ff. de ventr. in poss. mitt. nō autem sequitur, quòd qui successionem sperat, valeat se ut curator ingerere in administratione, priusquam eligatur, & tanto magis verissima sunt, si non sumus in curatore legitimo, sed datiuo.*

**10** Succedit quarta potissima causa, suspicionis, quæ deducitur ex notoria egestate, & paupertate Don Lelij, ad quam deuenit ob malam administrationem bonorum ipsius, etenim quāuis paupertas non faciat tutorem, vel curatorem suspectum, sed mores, si fidelis est, & diligens, ad *tex. in l. suspectum ff. de suspect. tutor.* in casu nostro cùm agimus de curatore Illustr. Personæ, in specie lex voluit, vt diues esse debeat, dicit *tex. in d. l. i. ibi, quibus sanè neque testamentarij, neque legitimi vita, etate, & facultatibus suspectunt C. de tutor. Ill. person.* Insuper nos non loquimur de paupertate simpliciter, sed quia Don Lelius male vslus est, & vtitur substantia sua, ob quod ad paupertatem deuenit, habuit enim ex parentum substantia ducat. viginti septem mille iam consumptos, habuit similiter hæreditatem Donnæ Mariæ quoad vnumfrumentum tantum redditus ducat. 8500. licet ære alieno grauatam, & nunc constat in facto, debitum proprium ipsius Don Lelij ascendere summam ducat. 29. mil. ultra alia onera, quæ potuerunt contrahî in Vrbe, dum Clericus esset, nihil possidens, & ra-

tione tertiarum creditoribus Dñæ Mariæ similiter debtor est ducat. nouem mille, & nunc superaddi potest alia annata similis quantitatis. Amplius constat quoad qualitatem onerum, cōtraxisse debita notabilis summa ad cambia ducat. 10.mil.ad vitam ducat. 5066. *alla voce* ducat. 3000. & alia partita gessit, tam pro soluendis tertijs creditoribus, quām vt alios sumptus faceret, & in dies consumearet, nulla consideratione habita, ex hoc colligitur quām male bona propria administraret, cùm totam substantiam consumpscerit, & non valeat tertias soluere, & pro illis soluendis in partem alia debita contraxit sub grauissimis vsluris, pro quarum solutione literæ exequitoriales fuerunt expedītæ, & exequitiones factæ, & clarum est, huius generis debita nō cōtrahi, nisi à personis ferè decoctis, & qui imprudenter viuunt, male vtendo propria substantia, quibus ob id passim curator constituitur, & iuxta liquidationem factam per causę Commissariū, Partibus præsentibus ex omnibus deductis constat, Don Lelium post aditam hæreditatem de mense Maij 96. cepisse sub vsluris duc. 7780. specificè pro soluendis tertijs creditoribus Donnæ Mariæ tempore, quo erat recollectio proxima, & ipse ad soluendum tunc cogi non poterat, quod fuit initium male administrationis, & peioris intentionis, voluit nanque tertias extinguere mediante pecunia accepta sub vsluris, vt fructus hæreditatis in alios suos vslus cōuertere valuisse, insuper debita ipsius propria contracta, antequam Domna Maria ad meliorem vitā migraret, sunt duc. 7350. debita contracta post hæreditatem aditam ( ultra dictam quantitatē duc. 7780. pro extinctione tertiarum ) ascendunt ad summam ducat. 21701. in quibus includuntur duc. 10.mil. quos cœpit ad cambia, & ducat. 5066. ad vitam, percepit fructus hæreditatis per annos

nos duos ascenderentes iuxta appetitum ad ducat. 17. mil. ultra fructus praesentis recollectionis, & sic alterius tertiae annatae, & hec omnia infra biennium consumpta sunt, & remanet debitor tertiarum hereditatis pro summa dictorum ducatorum nouem mille, quos ad præsens soluturus est vna cum alijs ducat. 8000. ex causa propria, nulla data temporis dilatione, pro quibus fuerunt expeditæ literæ exequitoriales, & in dies expediuntur etiam realiter, & personaliter, ob quod Don Lælius respectu ipsius, & quod bona sua furiosum exitum fecisse dicitur iux. *tex. in l. his, qui in fine ff. de tut. & curat. dat. ab his,*, & sic credendum est, quod alterius bonis peius vtetur, & successu suspectus iudicandus est, arg. *tex.* à contrario sensu in d. l. 1. ibi, *ijdem* tuerentur, ne bona dilapidarentur ff. de legit. tut. & ab administratione repellendus ex doctrina Ioa. de Platea in S. libertus Institut. de suspect. tutor. & in individuo loquendo etiam in eo, qui nondum fuerit admissus ad administrandum, quod si imprudenter vtatur facultatibus suis, non debeat admitti ad administrationem, vt posuit Soc. iun. videndus in d. consil. 59. nu. 41. vol. 3.

ii Pro responsione Don Lælius produxit nonnullas fides priuatas ad demonstrandum, quod in Ciuitate Gravine possidet multa bona valoris ducat. 20. mil. in Terra Montis Caueosij alia de nouo empta, & meliorationes similis quantitatis, ultra domum ædificatam, pariter, quod in domo sita Neapolii expendit ducat. 3200. In Rure alios duc. 1500. ultra equos 17. valoris, quos tenet in stabulo, & paramenta serica, quæ confecit. Sed verè ista à Don Lælio producta demonstrant ipsius malam administrationem, & dissipationem, seu aliam peruersam intentionem, quoniam si tot bona possidet, qua ratione pro soluendis tertii debita contrahit? quarè tot notabiles summas ad cam-

bia cœpit, ad vitam, & alla voce, nedum ultra reditus expendendo, sed de nouo debita contrahendo modo prædicto, & si verum non est, quod bona possideat, notorium est, non esse idoneum, cum in egestate sua culpa constitutus similia debita contraxit, similiter contra ipsum retorqueatur, quod alia emerit, quod equos teneat, quod expensas prædictas, si verisimiles esse possunt, & voluptuarias fecerit, & signanter in domo Neap. duc. 3200. quod est incredibile, postquam hac de causa, & nulla necessitate cogente, talia debita contrahere non debebat, immò iuxta facultates tenues sibi expensas, & familiæ subministrare, ceteraque nedum non emere, sed vendere, *tex.* est individualis, qui hoc decidit menti tenendus in S. cum verò Deo amabiles in authentico ut determin. sit num. cleric. ibi, nam se non aliquis ferret libenter eum, qui ultra substantiam suam expendit, qui prodigus est, dicit glo. quomodo non, & de his nobis est cogitandum? Non enim oportet ad mensuram expensarum querere etiam possessiones (hoc enim simul ad auaritiam, impietatemq; perducit) sed ex ijs, quæ sunt, expensas metiri. Et qui hoc seruaret, non esset pauper (dicit ibi glo.) qui *tex.* videndus est pro decisione huius causæ, & hoc tantummodo sufficit, ut ei nedum administratio non deferratur, sed interdicatur, cum sit quoque casus assecurationis non solum (prout in casu nostro) quando certum est expendisse ultra facultates, sed si verisimile esset, eum effici non soluendo, aut si suspicio esset de dilapidatione glo. not. in l. 2. in ver. suspectum ff. solut. matr. Paul. de Castr. in l. se constante num. 4. cod. tit. & latissime Lupus omnino videndus, qui allegat *tex.* prædictum notabile in S. cum verò Deo amabiles, in repetitione capituli per vestras S. 18. in principio, & post num. 29. vers. idem dicendum est deducat. int. vir. & uxor. ideòque individualiter.

bitabile erit (sint, vel non veræ expensæ, quæ per ipsum afferuntur erogatæ, aut alibi destinatæ) quod bona Principis dissipabit non ludendo, sed pro extinctione onerum prædictorum, utque de paupere diues efficiat, & alia non minora subministrare possit, pro quo videri potest. *Affl. decis. 207.* & propterea non sine causa socrus ipsius cauit in capitulis matrimonialibus, vt fructus dotti in emptionem conuertantur, donec summam antefati ascenderent pro securitate, & vna vice Don Lelius procurauit, vt liberè soluerentur, pariter comperto negotio, dum cœpisset ad vitam ducat. 1000. creditor voluit insolidum obligationem Pompei Paganelli ipsius procuratoris, & demum tam Dux Grauinæ, quam Don Hostilius Vrsinus, quorum filij vocati sunt ad hæreditatem Donnæ Mariæ, decadente Don Lelio absque filijs, prædictis omnibus cognitis, quia Don Lelius fructus percipit, tertias non soluit, noua debita contrahit etiam pro foluendis tertijs, & totam substantiam suam duplitter consumpsit; petierunt in Sacro Consilio, sequestrari fructus hæreditatis, & administrationem alteri deferriri, nè vana sit successio in euentum conditionis. Ex his igitur patet, quæ sit integritas, quæ opinio, & quis vsus substantiæ ipsius, & quia timeri potest dilapidatio bonorum. Principis, nullo modo admittendus est ad administrandum *Grat. not. consil. 115. num. 31. vol. 1.* etiam si cautio nem offerret, quia satisfatio non mutat malevolum propositum. *I. quia satisfatio ff. de suspect. tut. S. nouissimè Instit. cod.*

*32.* Alia causa suspicionis quoque adducitur, quia in eo non concurrunt benigni mores à iure requisiti in curatore, ut in d.l. scire S. cum reliquis ff. de tutor. & curat. dat. ab his, nec censi poterit optimæ, & integræ opinionis, ut requirit tex. in d.l. fin. S. sed

*siquidèm C. de curat. furios.* probitatis, & dilectionis erga subditos, si rectè attendantur inquisitiones, criminæ enormia, & grauia delicta per eundem Don Lelium patrata, quæ animos exasperant, si tantummodo leguntur, & quæsio legantur, cum sit copia transmissa.

*13* Accedit alia causa suspicionis, & potissima, dum enim affereret, possidere tot animalia in Terra Montis Cœuosij, replicabatur, animalia predicta remansisse in hæreditate Donnæ Mariæ, imò maiora, sicutque propterea instatum pro exhibitione inuentarij, sed exhibere noluit, quamvis oretenus obtulisset in Aula pluries, maxima tamen deinde diligenter adhibita, inuentū fuit penes Notarium quandam, & in hoc, quæsio, aduertatur (omittendo *siquidèm omnia* in dicto inuentario contenta, pro quorum explicatione folia implerentur) posuit namque in inuentorio prædicto tempore aditionis hæreditatis pecudes tercentum, & assertit fuisse legatas Donnæ Iuliæ Vrsinæ Marchionissæ Fuscaldi sorori, in promptu vero fuit demonstratum, pecudes legatas Marchionissæ fuisse non tercentum, sed mille ex pecudibus gentilibus, ad cuius Marchionissæ instantiam, antequam occuparentur, & ante consignationem per Mag. Cur. Vic. fuit facta sequestratio prævia annotatione per Commissarium destinatum, qui annotauit pecudes gentiles hæreditariis duo mille, quarum mille sequestrauit, & relaxauit Maf-sario cum cautione pro cautela Marchionissæ, ex hoc enim tantummodo constat, quæ sit integritas Don Lelij, dum patet de evidenti fraude, & occupatione animalium, cuius contrarium ipso sciente in promptu apparebat per testamentum, & scripturas, & sic, quid fecerit in cæteris rebus, & animalibus, cuius cōtrarium demonstrari evidenter non poterat, quisque facile iudicabit, ob quod sicuti per malos

malos mores, ità propter fraudem, fortius creari non debet *Bald. in l. in eos per illum tex. ff. de tutel. & probat etiam tex. in l. in postulandis, vbi maximè attenditur, an aliquid fraudulenter geratur C. de suspect. tut.*

**§4** Aduersus prædicta Don Lelius conatur insuper se tueri tribus medijs. Primo, quod licet ad paupertatem deuenerit, ostendit occasiones expensarum erogatarum, & addit, quod paupertas non est legitima causa suspicionis, cum non paupertas, sed mores faciant suspectum tutorem *l. suspectum ff. de suspect. tutor.* quod verò ad diligentiam, & eius integritatem produxit literas Pauli Jordani Vrsini, eiusque filij Don Virginij, in quibus abundè laudatur de gestis per ipsum tempore administrationis, & commendatur Summo Pontifici, quod si malè se gessisset, utique (dicit) contrarium appareret. Secundò presupponit, omnia contra ipsum allegata non militare, vt suspectus iudicetur in administratione, postquam sunt omnia gesta antè cæptam, siue delatam administrationem, quæ non sufficiunt, vt suspectus iudicetur ex dispositione *tex. in l. 3. §. nunc videamus ff. de suspect. tut.*

Deniq; dicit, quod & si aliquo modo militarent, cum simus in coniuncto, remouendus non est, sed administrare deberet cum adiuncto *l. i. §. ostendimus, & l. s. tutor ff. de susp. tuto.* & iam adest adiunctus Regius delegatus, sine quo aliquid agi non potest.

**§5** Sed responsiones facile accomodantur, & quoad primum licet regulariter paupertas non faciat tutorem suspectum, nihilominus cum simus in curatore Ill. personarū, inter alia diuitiæ requruntur in curatore, ad *tex. in l. i. C. de tut. & curat. Ill. person.* Itē secundò procedit, quatènus paupertas procederet ex natura, vel accidenti iux. *tex. in cano. illa cauenda 15. q. i.* Secus quandò quis sua culpa incidit in paupertatem, quo casu, quia

culpa ordinata est ad paupertatem, impedimento erit in administratione *Bal. in cap. quæ in Ecclesiarum nu. 18. de constit. & in cap. sedes de rescript. Lupus quoque in d. cap. per vestras §. 17. in princ.* vbi refert partitam, seu legem Regni Hispaniæ circa dotis assecurationem ex causa prædicta, & pondatur, quæso, *tex.* simpliciter loquendo citra culpam prædictam *in l. pie-tatis C. de suspect. tut.* vbi si quis nihil fraude egere, verum ita egenus est, vt in eius administratione pupilli substantia periclitetur, est adiungendum aliud idoneus facultatibus Iudicis arbitrio, & loquitur in tute iam dato, principaliter enim loquendo, si nihil aliud adesset, paupertas non sufficeret, sed secundariò sic *d. l. in postulandis C. eod. tit.* quanto magis in specie, quam agimus, ex causis expressis, litteræ verò productæ per Don Lelium priuatæ sunt, nullam fidem facientes, neque testantur, quod rectè administraverit, & quod computa fideliter reddiderit, & dato, quod esset verum, dum lex requirit pro forma, vt cura deferatur diuti, quid interest, quod aliam tutelam gesserit tempore, quo finis Don Lelij erat consequēdi Cardinalitiam dignitatem, nunc efficiendi se diuité, ultra quod inspecto præsenti statu, dum constat, quæ sit eius integritas, quæ opinio, quiè mores ex scripturis productis, & quis usus facultatum suarum, non est recurrendum ad alias coniecturas, & pondatur, quod baccas, quas asserebat habere, fructū facientes, iam vēdidit, equos verò num. 17. in stabulo dicit tenere, quæ est optima industria.

**§6** Secundum verò allegari non debet sumptum ex *tex. in d. §. nunc videamus, tex.* enim ille, vel loquitur, dum agitur de remouendo tutore iam dato, qui remoueri non debet ex gestis ante administrationem, & tutelam delatam, vel melius ille sex. correctus est, vt declarat *Alber. in auth. minoris debitor col. 2. vers. utrum per*

*per hanc authenticam C. qui dar. est. poss.*  
*aliás enim dūm in casu nostro dari nō*  
*pōt curator, nisi ex inquisitione, si an-*  
*requam detur nihil eligendo obesset,*  
*ad quid inquisitio necessaria esset?*  
*turpius igitur ei sceretur, quām non*  
*recipitur cap. quemadmodum de iure*  
*jur. ideò actus non debet incipere*  
*à casu, quo finiri debet l. Titio cùm*  
*moreretur ff. de usfr. leg. Grat. cōf. 115.*  
*num. 4. lib. 1. & dūm agitur ciuiliter, vt*  
*remoueatur vt suspectus, vel non*  
*admittatur ad tutelam, ex antea ge-*  
*stis potest vt suspectus remoueri, pro-*  
*bat tex. cum glo. in S. suspectus il 1. In-*  
*stit. de susp. tuto.*

**17** Tertium verò assumptum D. Lælij confirmat hæc omnia contra ipsum, est enim verum, quod datus tutor cōiunctus non remouetur vt suspectus, sed ei datur adiunctus ad tollendam infamiam, si per dolum modicæ rei remoueretur, aliás si per culpam, vel etiam dolum magnum adhuc remouetur, Bart. declarat in d.l. s̄i tutor, & Corne. latè conf. 175. vol. 3. lit. C & D. subdens, quod dum *tex. dicit*, dādum esse adiunctum, est consilium, non p̄ceptū D. de Franch. dec. 8. circa fin. & sic termini p̄dicti obstant D. Lælio, quia non propterea est eligēdus, cùm Iura loquantur in tute **constituto**, qui adhuc remouetur, ob quod nullatenus est ipse creandus, postquam clarum est, curatorem prodigi habere plenam, & liberam administrationem vt Bart. posuit in l. inter bonorum per illū *text. ff. de admin. tut.* & ideo elige-re ab initio curatorem, dato adiūcto esset manifestè curatorem suspectū, vt suspectum cōstituere, quod omni iure prohibetur, delegatus autem nō se intromittit in exactione, non in Iurisdictione, aut alia re ad quæstum destinata; sed decidit causas, interuenit in affl̄tu Terrarum, & prouidet in dies ad petitionem Curatoris, ad instar aliorum Iudicium delegatorum, qui passim conceduntur, & ex hoc nō tolleretur occasio delinquendi, diffi-

pandi, occupandi, & alia peiora fa-ciendi.

**18** Est & alia fortissima causa, siquidem cōtracto matrimonio inter ma-trem Don Lælij, & Ducem Grauinæ patrem fuit conuentum, vt dece-dente hoc moderno Principe Bis-i-niani absque filijs in Statu Basiliatæ succederent descendentes ex dicto matrimonio, egit Dux Grauinæ p̄æ-defunctus frater Don Lælij virtute dictæ capitulationis, & nunc quia modernus Dux non est in gradu suc-cessibili, id p̄tendit Don Lælius, qui hanc scripturam in p̄senti Iudicio p̄äsentauit, hæc namque sola p̄æ-tensio repellit ipsum à cura, cùm suf-ficiat, quod habeat, quomodo cum-que obligata bona pupilli, *tex.* est apertus in d.S.1. in auth. vt y, qui obli-ga. se baber. perhib. & quæso legatur iste *tex.* qui est solemnis, & plenus omni ratione, & inter alia pondera-tur, quia non defensor, sed oppressor esset, occupator rerum pupilli, & Do-minus efficeretur.

**19** Cui propositioni non obstat, quod Don Lælius litem non mouerit, nec aliquid petierit, quoniam dispositio illius *tex.* non procedit ex eo, quod lis fuerit instituta, sed verificatur, si tantummodo tutor eligendus habeat obligatum pupillum, vel eius bona, vt dicitur in *tex. in vers. bac omnia lege corrigere volumus*, quia militat eadem ratio in eod. *tex.* apposita, vt ibi per Angel. num. 6. & sine dubio *tex.* ille procedit in omni iure, quod tutori competit, siue actione, tam generali, quam personali, vel reali, & tam si conueniri possit, quam si qualiter-cunque ius habeat in ipsis rebus pu-pilli, vt optimè ibidem declarat Iacob. de Beluis. qui videatur col. 1. vers. & sic no. cum pluribus seq. imò si post suscep-tam tutelam successerit quavis oc-casione, quod habeat pupillum obli-gatum, tunc incipit non esse fidelem ad curam, & solus administrare nō potest, sed cum adiuncto, nè fiat ad-uersus

uersus adolescentem , aut eius substantiam villa malignitas , dicit lex . ibidem in vers . sed & si quis , & quamvis Don Lelius si superuueret Principi , esset successor in integro Statu , sanè rectius esset habere Statu Basilicarę liberum , stante grauissimo ære alieno , quod in dies augetur , & proinde tanto magis dispositio lex . prædicti verificatur omnimodo in casu nostro , quia interim Don Lelius occuparet scripturas omnes reuocationis , aut Albarana , quæ in contrarium apparere possent , & oppressor esset totius patrimonij Principis .

20 Denique accedit , quod omnes coniuncti , & consanguinei Principis repugnant , nè curator Don Lelius eligatur , vt ex processu patet , & ex fraganti strepitu coram Iudicibus , qui nedum in similibus semper vocandi sunt secundum Bar . in d . l . scire S . fin . per Bald . in l . omnem C . ad Tertullia . & Ias . consil . 149 . nu . 14 . vol . 2 . Sed quia lex multum confidit de iudicio propinquorum , Iudex illorum iudicium sequi debet , ita ex multis posuit Corn . videndum in d . consil . 163 . litera D . circa fin . & lit . seq . vol . 4 . & in specie , quando bona essent peritura , vel immineret graue æs alienum , quod debeat dari curator de consilio propinquorum dixit Bald . in cap . 1 . post num . 20 . vers . dicit Bar . de milit . vasal . qui contum . est , inter quos coniuctos adsunt Marchionissa , & Episcopus Auersanus fratres , ad quos ratione successionis in burgenfaticis pertinet curare , vt idoneus eligatur , quod inficiari non poterit iuxta lex . in d . l . 1 . S . quoties ff . de vetr . in poss . mittend . pro ipsorum notorio interesse ratione burgenfaticorum , quorum administratio annexa defertur curatori Status feudalis , vt Afficit posuit in Constitut . minoribus , & refert Io . Ant . Niger . in d . cap . feudatarius num . 14 . & Marchionissa etiam respectu feudalium bonorum habet particulare interesse , postquam Don Le-

lius tatus non est , an Princeps predecedat , de interesse vero creditorum non loquor , quorum damnum esset irreparabile , & hæc quod ad D . Lelium .

21 Comes vero Saponariae similiter admittendus non est , & resolutio facilis erit ex suprascriptis , etenim ipse quoq ; curā hāc nedum affectauit , sed in iudicio petij sibi deferri , ideoquæ suspectus habetur iuxta superius allegata , similiter egit vigore fideicommissi , & vinculationis pro declaratione , quod integer Status feudalis ad ipsū spectet secuta morte Principis , propterea contra ipsum fortius , & indubitanter vrget text . in d . S . 1 . auth . vt y , qui oblig . se hab . perhib . nec potest dari congrua responsio . Item & tertio dū Comes prædit curam vi proximus virtute dicti fideicommissi , causa hec est prius decidenda in Reg . Camera vbi pendet auditio Fisco , & Creditoribus , ob quod hodie Sacrum Consil . non potest apponere manus in præiudicium Fisci , si pro illius decisione Iudex est Regia Camera , & denique si ad instantiam Comitis est decidenda causa prædicta fideicommissi , quomodo poterit dari curator , qui omnia bona feudalia prætendit , & esset tandem alias curator respectu cause fideicommissi , quod nemo iudicare posset Principi expediens , ultra quod ex deducatis , & deducendis in Regia Camera patebit , Comitem nullum ius fouere ratione prædicti fideicommissi , & aduertatur ad vñū , quod maximè interest , siquidē inter alias scripturas Comes respectu fideicommissi produxit vnam , & in fide dicitur extracta ab Archivio Principis Calabriae , si modò Comes , antequam curator eligatur , occupat scripturas Principis , quanto facilius occuparet scripturas omnes , quæ fideicommissio obesse possent , & ideo nedum militat ; sed practicatur dispositio text . in d . S . 1 . auth . vt y , qui obligat . se hab . perhib . nec obstat replicatio Comitis dicētis aduersus

aduersus prædicta, ipsum non mouisse  
item ratione fideicōmissi, sed tātum-  
modò cōparuisse ad infringendū iura  
circa donationē factā Duci Grauinæ  
Status Basilicatæ, de quo supra dixi-  
mus, quoniā Comes tam modernus,  
quām eius Genitor, non solūm cōpa-  
ruerūt aduersus dictā donationē, sed  
insuper petierunt exp̄ressē declarari,  
integrū Statū ad se pertinere in euen-  
tu cōditionis, ob quod causa remissa  
est ad R. C. & hēc lis instituta est ad-  
uersus Principem Bisiniani, quæ po-  
tissima est ad excludēdum Comitem.  
Demum essent aliqua dicenda p̄ in-  
teresse Reg. Fisci, sed quia notoriū est,  
quoad prædictos prædicta sufficiant.  
22 Quoad debita Marchionis Fuscaldi,  
qui reperitur introductus in causa in-  
stante D. Lælio, qui debita Marchionis  
p̄sentauit ad vindictā, dum in iudicio  
nō esset; dieam breuiter ascendere ad  
sumam duc. 124500. pro quibus cor-  
respondet ad rationem 7. pro singulis  
centū in fine anni, nunc verò fuerunt  
reempti propria pecunia duc. 2000.  
verū nullo dato termino fuit deductū  
per partitas Bāci habuisse introitus in  
anno 96. duc. 18000. in anno sequēti  
20700. & clarū est, & verisimile, ne dū  
per mediū Bāci, sed quotidie pecunia  
currenti in domo expēsas erogari, ve-  
rūm experientia oīa clarificat, soluit  
n. Marchio tertias singulis annis, nec  
nūmus quidem augetur tertiarum, pe-  
cūniā nō accipit ad v̄suram, domus  
sua, & familia nota est, igitur procedit  
quia habet in ære, non loquendo de  
litibus maximi momenti, sed amplius  
de prædictis non loquor, cūm omnia  
respectu Marchionis notoria sint, vñū  
tñ non omittam, q̄ es alienum est hē-  
reditariū cōtractū à Marchione pa-  
tre pro Regis seruitio pr̄stito in tot  
bēlis Regni, & extra Regnum, quorū  
seruitiorū relatio ad pr̄sens cōmissa  
est Ill. & Excel. nostro Proregi facien-  
da S. M. vltra quōd potuisset demon-  
strare alias expēsas maximi momēti  
erogatas pro D. Lælio; sed Marchio

æquo animo more solito procedens  
scripturas producere noluit, alīx verò  
quantitates Mutij, & Marij Spinelli  
fratrum, & sororum satis aperte cor-  
stāt, cū alijs erogatis in Capella orna-  
tissima D. Francisci de Paula; quæ ex-  
pensæ, & quantitates solutæ aīcendū t  
summā duc. 70. mil. adeò q̄ si non ad-  
fuisset bona administratio Marchio-  
nis, & si substantia defecisset, procūl-  
dubio subsistere nō potuisset, & si de  
administratione alienorum bonorum  
querimus, nota est administratio Sta-  
tus Principis Scillæ, dū ab Excel. Co-  
mite Mirandæ fuit Balius electus, cui  
benè nota est qualitas Marchionis  
circa administrationem prædictam,  
quamvis D. Lælius somniatur circa  
plurima, qui rēctiūs ageret, si ab ad-  
ministratione desisteret.

23 In hac causa Iudices numero duode-  
cim cū Collaterali fuerūt in paritate vo-  
torum, & quia vota erāt transmittēda  
ad S. premium Italiae Consilium, & ne-  
gotium requirebat celere expeditionem  
non aliter dati fuerunt Adiuncti, &  
Supremum Consilium prædictum decre-  
uit, curam esse decernendā in personam  
D. Lælii, sed cum tot conditionibus adie-  
ctis etiam circa exactiōnē introituum,  
& solutiones faciendas Creditoribus, ve-  
tātummodo nudus Minister diceretur.

## ARGUMENTVM.

Dispositio vulg. l. quoties C. de  
rei vend. Nec non litigiosi  
vitium. Et amplius constitu-  
ti virtus quando cessent.

## S V M M A R I V M.

Profacti serie

Succincta notula præmittitur.

Clausula constituti, & precarij vēdi-  
tionis cōtractui adiecta transfert in  
emptorē dominium, & possessionem.

Quo cœntu cessat dispositio l. quoties  
C. de rei vend.

Ff

Quæ

- Qua** pariter conquiescit, quando cum dicta clausula adest vniuersalis hypotheca omnium bonorum.
- Nec** etiam procedit, data scientia secundi emptoris, scilicet factam fuisse primam emptionem, sed declara, ut infra num. 4.
- Et** pariter litigiosi, si eiusdē rei si: prius in iudicio petit relaxatio, ibid. in fin.
- Constituens**, si constituti tempore non possidet, nullam in alium transfert possessionem.
- Nisi** constitutum comitem habeat hypothecam omnium bonorum, nam tunc extenditur etiam ad bona in posterū acquirenda.
- Et** pro perfectiori declaratione indicatur hic magistralis Affl. distinctio. Cui subneicitur alia, & notab. Tiraq. declaratio, ibid. in fin.
- 3** **Litigiosi** vitium cessat,  
Et constitutum suum non operatur effectum, si vēditio fiat ex causa antecedenti necessaria, & nu. 5.
- Vendor** si expressè promittat alteri non vēdere sub obligatione bonorum pro obseruatione, adhuc secundò vendendo, transfert dominium, quamuis ad interesse teneatur.
- Fallit** secundū Iser. si pactum fuerit appositi in vim cōditionis, vel modi.
- 4** **Creditor** non prohibetur ut quilibet tertius palam, & sub hasta emere.
- 5** **Decisio** questionis.

### Pro Nicolao Iacobo Ciāfrotta.

#### CONSILIVM XL.

**D**onna Catharina Brisegna egit contra Nicolaum Iacobū Cianfrottam Capuanum pro relaxatione territorij, q̄ ipfa D. Catharina per prius emerat à q. D. Iulio Cæsare de Paschale Ciuitatis Capuae mediante quodam albarano, vt præreditur, verificato, in quo ad est obligatio omniū bonorū, & signanter territorij prædicti cum clausula cōstituti, & precarij, & ex infra scriptis præ-

tendit esse præferendā dicto Cianfrottæ possessori.

Primò, ex conclusione illa, q̄ licet secundo emptori tradita fuerit possessio, adhuc primus emptor p̄ferri debat, si facta fuerit vēditio cum clausula cōstituti, & precarij, per quod dominiū, & possessio trāsfertur ad tex. in l. quod meo, & l. interdum ff. de acquir. poss. ita cōiter DD. & præcipue Alber. Aret. & Ias. in l. quoties C. de rei vend. Oldr. in cōs. 114. Bal. in rub. C. de cōstrah. empt. q. 16. & alij innumeris relati motre solito p̄ Tiraq. de iur. cōst. p. 1. n. 21.

Secundò affertur, quod dū insuper adiecta est hypotheca bonorum omnium cū clauſula p̄dicta, ius est quæſitum in re, per quod dominij trāslatio fuit impedita, & vēditio inualida reputatur, vt Ias. postulat in d. l. quoties n. 28. Couar. latè li. 2. var. resol. c. 19. num. 7.

Tertiò confirmari videtur ex alia limitatione data scientia ſecūdi emptoris primæ vēditionis, vt idē Ias. docuit in ead. l. n. 26. & in l. fi. n. 29. C. de sacros. eccl. Couar. loc. cit. n. 5. lequuti opinionē Bal. in rub. C. de reuoc. y's. quæ in fraud. cred. & in caſu nostro nedū adest scientia, sed insuper fuit factū mādatū Comelię de Paschale hæredi D. Iulij Cæfaris de non alienādo, q̄ Iudicis præceptum videtur annullare venditionē deinde factā, iuxta tex. cum gl. fi. in l. de pollicitationibus ff. de pollicit. vbi etiā Bar. & in l. is, cui bonis ff. de verb. obl. & punctualiter Paul. de Cast. in l. non est mirum ff. de pign. aff. idē Bar. in l. filius fam. S. diu in n. 16. vbi Imol. & Cast. ff. de leg. 1. & in l. s. ſciēs ff. de contrah. empt. & in l. pater filium S. Iulius Agrippa n. 1. ff. de leg. 3. Bal. in l. per diuersas n. 14. C. mand. & deniq; ſtante lite mota ante venditionem ſuper relaxatione territorij prædicti ſecunda venditio nō eſt in consideratione propter vitium litigiosi, ad notata in Constitut. circa violentiarum, & in cap. Regni conuentus, & tot. tit. C. de litig.

2 Verū pro possessore infra scripta cōſiderantur, ex quibus inanis redditū omnis

omnis prætēsio D. Catharinæ aetricis.  
 Primò est notandū, Iulium Cesarē tempore albarani non possedisse territorium, de quo agitur, sed dum agebat pro illius consequutione, vendidit ex tūc recuperatione secuta, quo stante, quia tpe venditionis nō possidebat, constitutum nō operatur, nec transtulit possessionē, quā constituens non habebat, decisio est *Ang.not.in l. quāuis in §. si conductor n. 1.* vbi etiam *glff.de acq.poss.* qui aduertit Aduocatum, vt p̄bet possessionē tēpore cōstituti, & in *l.2.circa fin. C.de acq.poss.* *Alex.in eod. §. si conductor, & in cons. 161.n. 1.vol. 6.Balita declarat in d.rub.* *C.de contrab.emp.ez.q. 16.refert Iaf.in ead.l. quoties n. 16.* & in *cons. 148.n. 10. vol. 4.Dec.in cons. 251.post n. 3.* & in *l. contractus post nu. 18.verf. 1. ff.de reg. iur.* & quis constitutū operetur etiam quoad bona futura, licet non possessa tpe cōstituti, vt veniat in obligatione, hoc est speciale in hypotheca oīum bonorum, vt *Iser.* posuit in *c. 1. S. quidā tamen n. 9.* post *verf. si autem prob. de controu.int.masc. & fgm.* at quādō res aliqua particularis distrahitur, constitutū non operetur, si vendor nō possidebat tpe venditionis, ita declarādo hos *sex.* latè posuit *Aff. in dec. 335.nu. 4.* & propriè *n. 8.* qui vidēdus erit, ibi q; *Vrsl. in princ. & Boer. dec. 204.n. 38.* & licet aliqui contrariū dixerint, vt facta acquisitione videatur similiter p̄cario nomine possideri; nihil minus sufficit in casu nostro, id pcedere posse (si verum esset) quoad ipsum constituentē tm, secus verò in præiudiciū tertij, cui possessio tradita fuit, vt declarat *Tiraq. in eod. tract. p. 3. lim. 1. à n. 14. wq;* ad *n. 18.* & ex hoc sublatum esset primum assumptū Aetricis, quod ex sequentibus quoq; facillimè rejicitur.

**3** Secundò considerandum est aliud, quod tollit oēm difficultatem, siquidem territorium nō fuit alienatū per Iulium Cesarē, & minus per Comeliam hæredē; sed mortua Comelia, dū v̄geret æs alienum tam hæres ipsius

Hieronymus de Tomasio, quā Faustina creditrix pro suis dotibus, & vigore substitutionis factæ à q. Pascharelo cōi patre dececente Comelia sine liberis, insteterunt pro vēditione, & sic ex causa æris alieni, & dotis necessaria antecedenti ex persona d. Pascharelli patris Iulij Cesaris, & ipsiusmet Iulij Cesaris obligati in beneficium d. Faustinæ in anno 1560. fuit processū ad venditionē d.territorij ad extinctū candelæ, & Iudicis autoritate, quò fit, vt legitimè p̄cesserit vēditio prædicta, non obstante prætēso albarano facto p Iulium Cesarē in an. 1585. vt habetur in *l.2.C.de litig.* & per *DD. latè in l. peto S.prædiū ff.de leg. 2.* & per *Aff. in Cōst. eorum fraudibus,* proindè promissio facta per Iuliū Cesarē non obstat mediāte d.albarano, & successuē nec constitutū operabitur stāte alienatione facta ex causa antecedēti necessaria; similiter non obstat hypotheca cōtracta vigore eiusdē albarani, quia rōne hypothecę potuisse prætendit dominium non translatum, si in eodem albarano alteri exp̄ressè promisisset non vendere, adiecta speciali obligatione bonorū p obseruatione, vt *Iaf. & Couar.* superiū citati concludūt, & habetur p *DD. in l. si ita quis S. ea lege ff.de ver. obl.* & in *l. ea lege C. de cond. ob caus. Iser. in c. 1. S. & olim in ff. de success. feu.* licet hoc casu adhuc dici possit, ex obligatione nō impediri dominij translationē, quāuis vendor ad interesse teneatur, nisi pactū fuerit ap̄ positum in vim conditionis, vel modi, vt latè idē *Iser.* declarat in *c. 1. S. præterea in fin. à ver. tunc autem alienatio quib. mod. feu. amitt.* sed quoniam fuit processum ad venditionem ex causa pcedenti necessaria oīa prædicta corrūt, & alia disputatione nō est opus.

**4** Pariter non obstat scientia secundi emptoris, ex quo *DD.* supra citati requirunt cū sciētia fraudē secundi emptoris, & vendoris, & procederet facta volūtaria vēditione; at in casu nostro vēditio ordinata fuit à Iudice, c̄re-

S V M M A R I V M.

ditoribus instatibus, & Ciāfotta emit publicē sub hasta, & bona fide, & si-  
cūt quilibet tertius emere potuisset,  
ipse quoq; licetē emere potuit, celsā-  
te qualibet fraude, vt latē habetur per  
*Isern. in cap. i. S. s. verò Castaldi colum.  
fin. vers. sed hoc videtur cessare de feud.  
guard.* proindē nec mandatum dē  
non alienando officere potuit, cūm  
fuerit directum Comelia hæredi Iu-  
lij Cæsarīs, quæ t̄on vendidit, & de-  
indē venditio processit authore præ-  
tore, vt dictum est. Deniq; de lite  
mota, aut litigiosi vitio consideratio  
aliqua haberī non debet, quia Con-  
uentus non emit à Comelia, cū qua-  
fuit lis instituta, nec à Iacobo de Be-  
neditis intimato, q; hæreditatē repu-  
diauit, sed instatē Hieronymo de To-  
masio, & alijs creditoribus notatis  
emit Iudicis autoritate, & ex causa  
necessaria æris alieni, & dotis, ex qui-  
bus oīnō cessat vitiū litigiosi, vt *Affl.*  
posuit pro limitationibus ad regulam  
latē in d. Constit. eorum fraudibus post  
n. 16. cum seq. vers. decimus casus, unde  
cimus, & decimus tertius, & sic limita-  
tur tot. tit. C. de litig. quando fit aliena-  
tio ex causa necessaria, dixit *Alex. in  
l. 2. S. f. n. 2. ff. sol. matr.* nō omittendo,  
quòd in perniciem creditorū D. Ca-  
tharina post annos 12. elapsos querit  
vendicare territorium legitimè alie-  
natū valoris duc. 1600. pro summa  
tātū duc. 800. vigore prætensi alba-  
rani, quod creditoribus anterioribus  
officere non poterit ex prædictis; Ex  
quibus Conuentus est absoluendus.

6 Fuit iudicatū pro D. Catharina, sed ne-  
mine auditō pro Nicolao Iacobo tēpore  
expeditionis, & idē Nicolaus Iacobus no-  
luit prosequi reclamatiōnem ex causis.

## A R G U M E N T U M.

Promissum, vel legatū ex tali re  
quādo demōstrandi, vel taxā-  
di gratia factum censeatur.

- 1 Facti series compendiosa premittitur.  
*Dolus malus, eiusuē actio quando lo-  
cum habeat.*
  - 2 Testamento veluti quodam principa-  
li reuocato in irritum cadit quævis  
obligatio etiam pœnalis ab eo depen-  
dens, veluti accessoria.  
*Obligatio, quæ fundatur super actu  
nullo, est nullius considerationis.  
Non item si in actu de sui natura re-  
uocabili, nam tunc subsistet, quousq;  
non interuenisset voluntatis muta-  
tio.  
Omnium firmissima quæ exoritur ex  
promissione.  
Cuius executio confertur post mortem  
per viam contractus, non autem ul-  
tima voluntatis, & cum ratione.  
Promissio certarum rerum particula-  
rium, vel quotæ bonorum multū  
distinguitur ab hæreditate, vel illius  
quota promissa, ibid. in fine.*
  - 3 Promissio de instituendo aliquem he-  
redem facta etiam in contractu ma-  
trimoniū corruit, data reuocatione;
  - 4 Promissio, vel relictum ex tali re quā-  
do factum intelligatur demonstra-  
tionis, vel taxationis gratia.
  - 5 Copula, &c., posita inter media am-  
pliat, & non restringit.
  - 6 Relatiui virtus magna.
  - 7 Causa falsa viciat, non sic falsa de-  
monstratio.  
*Hinc dotis fauore in dubio potius de-  
mōstratio, quā: in causa præsumitur.*
  - 8 Causa falsa quomodo dignoscatur à  
falsa demonstratione.  
*Pro vtriusque perfecta cognitione  
plures adhibentur distinctiones, &  
num seq.*
  - 10 Venditor propter suam temerariam  
asseverationem aliunde præstare te-  
netur quod in re vendita iuxta eius  
affirmationem non reperitur.
  - 11 Res penitus extincta differt à re aliter  
disposta.  
*Argumento ab antecedenti destructo  
vtuntur sāpē Maiores nostri.*
- Promis-

*Promissoris culpa superueniens non officit Stipulatori.*

2 *Iudicium idem fieri debet de bonis existentibus pro Monte erigendo, qui nō fuit erectus, ac de ipso Monte realiter constituto.*

3 *Dissidij huius terminus supremus fuit transactio.*

Pro Anna Maria Castalda.

### C O N S I L I V M X L I .

**A**rticulus, qui vertitur in præsenti causa, an ex promissione facta per Ioannam Brancatiam Io. Alphonso Castaldo Comiti Pladenæ duc. 2000. in augmentum dotium Beatricis Brancatiae neptis ex fructibus Montis enunciati in promissione prædicta facta in capitulis matrimonialibus consequi valeat Anna Maria Castalda hæres sumمام petitam ex bonis omnibus dæcæ Ioannæ, non obstante, quod bona destinata pro erectione Montis in testamento sicut aliter disposita in codicillis in beneficium Scipionis Brancatij primogeniti, nullam, vel minimā cōtinet difficultatem, & ex infra scriptis clarissimè patebit, omnino tene ri Scipionem ad soluendum quantitatam prædictam cum dānis, & interesse.

Primò illa promissio facta per Ioannam cessat in augmentum dotis Beatricis, vt expreßè dicitur in capitulis matrimonialibus, cum qua pmissione Io. Alphonsus inductus fuit ad cōtrahendum matrimonium, cùm verò deinde mutata voluntate asserti testamenti aliter in codicillis disposuit de bonis suis destinatis pro Monte, ipsa Joanna ex suo dolo tenebitur actione ex illo contractu, cùm aliter non contraxisset, ad text. in l. si quis affir mauerit ff. de dolo, cùm sua culpa desit constituere Montem l. & eleganter s.

non solum ff. eod. tit. habetur in l. si id, quod aurum, vbi glo. ff. de verbos. oblig. quod procedit, siue dolus adfuerit ex proposito in principio, siue ex post facto, quia licet ab initio non adfuerit dolus, tunc incipit dolo malo facere, cùm aliter disposuit l. 2. §. & generaliter vers. nam & si inter initia ff. de dol. mal. & met. except. l. si quis insciatus ff. depos. exposuit Isern. in c. 1. §. porrò post num. 27. vers. & si non sit commissus qua sit prima causa benefic. amitt.

2 Nec oberit, si dicatur, promissio nem Ioannæ fuisse relata in testamentum, in quo continebatur constitutio Mōtis, proindè quia testamentum ex sui natura erat reuocabile ad arbitrium ipsius Ioannæ, reuocato testamento, tanquam principali, cadit quælibet alia obligatio etiam poenalis tanquam accessoria, iuxta glo. in l. si patronus §. patronum ver. in faxiana ff. si quid in fraud. patron. quam refert, & sequitur Dec. in conf. 488. inf. siquidē termini diuersi sunt, & ad casum nostrum nō applicabiles; aliud est enim, quādō obligatio fundatur in actu nullo, vel reuocabili, veluti si in actu de iure prohibito, siue quod quis consequatur ex testamento, vel per viam successionis, & in his casibus, quia obstat in primo legis prohibitio, & in secundo testandi facultas, tolli, aut restringi nō potest, & successio, vel hæreditas pacto non datur, posset procedere partis assumptum, ad tradita in l. non dubium C. de legib. & in l. pactum, quod dotali C. de pact. & in l. hæreditas C. de pact. conuēt. vbi latè DD. per Dec. conf. 184. & conf. 225. Boer. dec. 204. & Thes. dec. 225. nu. 9. vt tunc demūm subsistat, si non contigerit mutatio voluntatis, sicut docuit Lanar. nouissimè in conf. 55. per tot. At secūs dicendum, quando certum quid in contraetu promittitur post mortem, non per viam ultime voluntatis, aut obuentionis, siue hæreditatis, & successio nis; sed per viam cōtractus; ita quod

F 3 obli-

obligatio incipit à promittente cum cōditione exitura post mortem, tunc valida erit promissio, & obligatio dicatur cōtracta in vita, licet exequitio conferatur in morte, dictum fuit Bar. ita distinguentis *in cons. 212. promissio tibi, de quo latè Curt. iun. cons. 15. nu. 5. & seq. & cons. 81. num. 1. Crauet. in cons. 139. col. 2. vers. sed premissis non obstantibus*, & propterea quia in casu nostro promissio sumit vires à contractu, in quo se obligauit pro summa ducatorum duorum mille soluendorum post mortem, & ex fructibus Montis destinati in testamento ex die promissionis, sequuta tamen morte debentur per viam contractus, non per modum successionis, & consequenter valida est promissio, vt latè comprobat Lauren. Silua. omnia cumulans *in cons. 90. nu. 4. cum seq. vltra quod posset dici, substineri promissiōnem*, quando fit de certis rebus particularibus, vel de quota bonorum, nō tamen de hēreditate, vel de quota hēreditatis, quo casu promissio reuocari non posset, vt in casu nostro, dum promittuntur duc. duo mille ex fructibus Montis, vt supra destinati, ita declarat Dec. d. cons. 225. nu. 8. & cons. 578. num. 9. & seq. sic declarans cons. Oldrad. 139. de quo etiam Alex. cons. 28. in fine, & cons. 83. vol. 2. Tiraqucl. latè de iure primogen. q. 6. n. 13. Cache- ran. decis. 100. num. 26. Thesaur. loco citato, & Io. Dilectus de arte testan. in sit. de testa. auth. 10. nu. 2. idcirco stan te validitate pmissionis corruit contrarium ex prædictis, & non existente Monte culpa, vel dolo eiusdem Ioannæ ex obligatione valida competit actio ex illo contractu.

3 Insuper obligatio in beneficium Beaticis, & Io: Alphonsi coniugum nō fundatur in successione, vel quod Ioanna promisisset instituere Beaticem, quod esset inuaidum etiam in contractu matrimonij, data reuocatione secundūm Bald. in l. cùm Archimedorā C. ut in poss. legator. p Boer.

& alios supra citatos, sed radicatur ex contractu capitulorum matrimonialium, in quo promittitur solutio summae prædictæ in augmentum dotis post mortem, & licet dicat, & ex fructibus Montis enunciati in promissione prædicta, & ordinati in testamento, quod tunc allerebatur contractum, non ob hoc, quod ordinatio Montis non habuerit effectum stante alia dispositione facta in codicillis, promissio facta in contractu non reuocata, & quæ reuocari non poterat, irritatur, cum relatio ad Montē iuxta testamentum non fuerit, vt ex illa dispositione testamentaria fundaretur promissio prædicta. quia ex sola reuocatione testamenti potuisset reddi elusoria, sed fuit expressa, vt demonstraretur, vnde soluēdi essent prædicti ducati duo mille, qui promittebantur in contractu, & ideo succedit alias articulus, an solutio facienda ex fructibus Montis fuerit adiecta taxatiuē, vel demonstrationis causa, ita quod nō existente Monte ex alia dispositione voluntariè facta per Ioannam, adhuc debeantur prædicti ducati duo mille, in quo articulo similiter respondendum erit pro Beatrice, & hæredibus suis ex infra scriptis.

4 Primò, controuersia illa, an quando aliquid promittitur, vel legatur ex talie, dicatur promissum, vel relictum demonstrationis, vel taxationis gratia, resolutur communiter à DD. cum illa distinctione, quod aut dispositio perfecta est, & deinde demonstratur, vnde solui debeat, & hoc casu res censeatur adiecta causa demonstrationis, si verò vna oratio concepta est, & vnicum præceptum, intelligatur apposita taxatiuē, sic concordando iura in l. quidam testamento ff. de leg. 1. l. Paulo Callimaco S. fin. ff. de leg. 3. l. legatum ff. de liberat. legat. & l. si sic S. 1. ff. de legat. primo, Decius in consil. 183. Castr. in consil. 338. post nu. 3. vol. 1. Bal. in l. 2. post nu. 3. C. de falsa causa adiecta lega. Napo. in

*in Consuet. Si qua mulier in finalibus verbis, Rot. in decif. I I. num. 8. & 9. in tit. de testam. in antiquis, Alex. consil. 2 16. col. 1. val. 7. & in hac distinctione sola difficultas consistit in eo, an requirantur duæ orationes distinctæ, vel si ex vna colligi possit mens contrahētum, & ex recitatib⁹ per DD. res non fundatur in verbis separatis; sed tantummodo, an promissio principalis sit perfecta, & attendatur deinde, vnde sit facienda solutio, licet aliqui DD. posuerint diuersa exempla, hoc primò colligitur ex *tex. in d. Lquidum testmēta*, vbi legantur tot aurei soluēdi partim ex uno, partim ex alio debitorē sub vnicō verbo, & nihilominus nomina p̄dicta designata, & demonstrata videntur causa facilioris solutionis. Propterea *Ioannes Andragas* in addit. ad *Specul. in tit. de fructibus vers. 3.* queritur dixit, quod si legantur decem de redditibus expressis, importat demonstrationem, non taxationem, & Napo. in eadem *Consuet.* considerat, quod aut ponitur verbum *ex*, sc̄ū *de bonis*, & tunc similiiter bona adiecta videantur potius ad demonstrationem, quam ad obligationem realem ex *text.* in d. l. *Paulo Callimaco*, & alijs per ipsum allegatis, secus si dictum fuisset super bonis, vel si dicatur, *quod natum erit ex tali re, lego, vt ibi per ipsum post num. 21. vers. nām in omnibus ijs, & per totum.**

5 Cum igitur in casu nostro præcedat promissio *Ioannæ* in augmentum dotis, & subdit *delli primi fructi del Monte*, dispositio illa perfecta non inducit taxationem, sed demonstrationem, & dum dicit, & *de primis fructibus*, procedit, quia antea in eadem promissione præcedenti reputauit conueniens, vt *Beatrix* prius participare debuisset maritagium p̄dictum, minus autem voluit restringere promissionem, quia dictio illa, & intermedia ampliat, sed non restringit, ea tamen adiectio ff. de-

legat. 3. *Bart. in l. cūmita S. in fiduci-commissio num. 2. ff. de leg. 2.* & licet ab initio asservisset, cōstituisse Montem, ex quo videatur posse colligimentem, vt ex Monte fieret solutio, non ex alia re, vel bonis iuxta *tex. in l. fin. ff. de bāred. instit.* tamen non per hoc considerari poterit restrictio, & taxatiua dispositio; siquidēm pro erectione Montis destinauerat nō certa bona particularia, sed omnia bona præsentia, & futura, ob quod non cadit illa controversia, an intelligatur dispositio taxatiua ad vnam rem, ita ut non possit, nisi super illa re, & non super alijs bonis haberi recursus, postquam omnia bona vniuersalia destinata fuerunt pro Monte. Idecirco super omnibus bonis dabitur regressus attenta promissione p̄dicta.

6 Et in summa vis in hac distinctione consistit, an si in vna oratione adiungitur relatiuum, qui construatur cum suo antecedenti, veluti si dixerit, *lego quæ Titius debet*, vel *quæ sunt in arca*, tunc censetur taxatiua dispositio, alijs secus, vt optimè docuit *Bald. in consil. 151. dubium vol. 5.* vel si adesset dictio *tātum Dec. vtrunque posuit in consil. p̄dicto 183. per totum.*

7 Secundò est differentia inter falsam causam, & falsam demonstracionem, dicit *tex. in d. l. s. sic S. 1.* quia falsa causa vitiat, falsa demonstratio secus, vt in legato dotis dicit idem *tex.* ex quo *tex.* colligitur, quod dotis favore, vt in casu nostro, censeatur falsa demonstratio, quæ non vitiat, non falsa causa.

8 Tertiò dum falsa demonstratio nō vitiat, ad dignoscendum, quæ sit falsa causa, vel falsa demonstratio, distinguitur, quod aut illud verbum designatur adiungitur personæ, veluti *lego quæ Titius debet*, vel *quæ sunt in arca*, & hæc dicetur falsa causa, quæ vitiat, aut adiungitur primæ personæ loquentis, veluti *lego quæ debeo*, dicetur falsa demon-

monstratio, ex qua dispositio nō redit, in ualida, & si nihil debeatur, deducitur ex tex. in eadem l. s. sic §. 1. ita distinguendo posuit Rot. in tit. de testa. decis. 11. num. 4. in antiquis, in casu autem nostro non refertur dispositio ad alias personas, sed referuntur fructus illius Montis destinati per eādem promittentem. Igitur non potest intelligi taxatiuē, si nō adfuerit, postquam eadem Ioanna illud constitue-re debebat, prout destinauerat, proinde demonstratio inducitur sine du-bio, quæ non reddit inuallidam pro-missionem.

9 Quartò, & meliùs adhibetur alia distinc̄io, quia aut adiungitur sub-stantiæ obligationis, siue in ipsa obli-gatione, & in verbo dispositiōe, veluti lego, que Titius debet, vel ex talib⁹ fun-do decem ex fructibus, tunc taxatiuē censeretur facta dispositio, secus si adjic̄tur exequutioni, & verbo exequiuō, quia promittitur quātitas, & designatur, vnde soluatur, vt in casu nostro secundūm Bar. in l. inter stipula-tates §. sacrā col. 4. ff. de ver. obl. Io. Fab. in l. s. quis argentum C. de donat. Bal. d. cōsl. 15 1. & Dec. in notab. cons. 324. consuluit accuratē col. 2. per totum.

10 Quintò, dum Ioāna promisit sum-mam prædictam, ipsamet asseruit, cō-stituisse Montem pro maritagijs ex omnibus bonis suis; proinde si post-modum bona alijs reliquit, & Mons destinatus proptereā euanuit, ob suā temerariam assertionem adhuc tenebitur, quamuis Mons non existat, ca-sus est in l. s. quis cūm fundum cum-glos. ff. de actio. empti, & Rot. posuit in d. decis. 11. circa finem.

11 Sextō magis accedendo ad casum nostrum, hæc controuersia ponitur à DD. quādo res destinata penitus ex-tincta est, vt dispositio non possit in-alia re se extendere ad tex. in l. s. ser-uus legatus S. qui quinque ff. deleg. 1. quasi antecedenti destructo dicit Bal. in d. l. 2. num. 4. at in casu nostro Mons, seū summa designata non est

extincta, sed aliter disposita per Ioan-nam promittenteim; proptereā quia per ipsam stetit, quominus adimple-retur non existentia Montis, culpa sua non nocebit Stipulatori, & omni-nō tenebitur hæres Ioannæ, iura sunt apertissima in l. is, qui ff. de action. & oblig. l. Titia §. fin. ff. de leg. 1. & l. s. ex-legati causa ff. de verb. obl.

12 Vltimò, & fortius Ioanna designa-uit omnia bona sua, præsentia, & fu-tura pro erectione Montis, vt asseruit in promissione prædicta, quæ bona deinde consistentia in dictis paragio, & legitima reliquit sub vinculo pri-mogenitis Pauli nepotis, & descen-dentius ab eis; idcirco licet Mons non haberit effectum facto ipsius Ioannæ, bona tamen, vnde perfici debuisset, remanserunt penēs Ioan-nam, & nunc penēs Scipionem vigo-re dispositionis factæ in codicillis, ob quod dici non potest, quod Mons non extat, aut quod sit extinctus, cū reperiatur bona destinata pro Mon-te, & successiūe idem iudicari debet de bonis remansis, ex quibus Mons constitui debebat, sicut Mons exis-teriuxta assertionem Ioannæ, post-quam bona non sunt consumpta, sed extant, ita in indiuiduo latissimè comprobat Dec. in dicto consil. 324. aliás 323. per totum, quod omnino videatur, quoniam decidit specificè casum nostrum.

Ex quibus omnibus sine dubio decernendum erit pro Anna Maria hærede, cūm sit omni iuri cōsonum, & exequiati.

13 Causa fuiſ transactiōne finita.



## ARGUMENTVM.

Miles de proximo accingendus quando habeatur pro accineto, ut potiri possit priuilegijs militaribus, & præcipue fori exemptione ad intellectum, & ornatum text. in l. penult. ff. de milit. testament.

## S V M M A R I V M.

## 1 Facti descriptio.

*Appellationis Iudex is est in causa cœfendus, cui immediatè subjicitur primus, qui sententiam tulit.*

## 2 Miles ut militaribus priuilegijs perfriu valeat, necesse est, ut in aliorum numero sit relatus, nedum electus. Quod intellige de relatione valida, ut infra num. 3.

*Idq; procedit in specie quoad fori declinatoriam.*

*Alias iudicabitur à suis Iudicibus.*

*Militum antiquitus requisita, que bodie non sunt in usu, tanguuntur bic remissuē.*

## 3 Tituli non existentia cum illius nullitate parificatur.

*Quod pluribus exornatur iuris regulis.*

*Principis dispensatio requiritur, ut Italus recipiatur in locum militis Hispani, & cum ratione.*

*Delicti tempus est inspiciendum quoad fori exemptionem, ibid. in fin.*

## 4 Miles de proximo accingendus habetur pro accineto, &amp; gaudet priuilegio militari.

*L. penul. ff. de milit. test. intellectus.*

*Denominatio sit ab eo, quod est de presenti, & non ab eo, quod potest esse in futurum.*

*Hinc Ciuitas occidens electum in*

*Episcopum, non dicitur occidisse Episcopum.*

*Perfectum non dicitur, ubi facti essentia requiritur, licet sit in proxima dispositione ut perficiatur.*

*Electio ius non tribuit, non perfectis substantialibus.*

*Gratia vitiatur obreptione.*

*... non tollit ius alteri per prius quæsum, & sic non retrotrahitur in preiudicium tertij.*

*Restitutio dupliciter, aut ex gratia, aut ex iustitia, & inter viranque longum intercedit discrimin.*

*Gratia in dubio facta censetur sine præiudicio iuris alieni.*

*Actus confirmatus quando attendatur, pulchra distinctione, quæ hic subiicitur, resolutur quæstio.*

*Tempus confirmationis, vel primæ ordinationis quando sit inspiciendum.*

*Et sic quando principium, & quando finis, satis magistraliter hic explicatur.*

*Decisa.*

## Pro Principe Casertæ.

## CONSILIVM XLII.

Ræfens controversia. Caroli de Aloys circa Iudicem appellationis non est in dubium reuocada, eum res semel decisa sit in beneficiū Principis Casertæ ex ordine particulari S. E. & causa cognita, dum non obstantibus prouisionibus primo loco expeditis, fuit simpliciter causa remissa ad Officiales Principis, ad quos remitti non poterat, si ad ipsos cognitio nō pertinebat; ideòq; causa appellationis pariter decidenda erit à Iudice secundarum causarum eiusdem Principis, ad text. in l. Imperatores ff. de appellat. per Isern. in cap. 1. post nu. 8. in prima addit. vers. intelligunt multi de prohib. feud. alien. per Feuer. Verum ut vndiq; paleat

pateat iustitia' Principis circa remissione ad Iudicem suum appellatio-  
nis, breuiter recensendus erit articu-  
lus alias discussus in praesenti causa,  
qui in eo vertitur, An Carolus prædi-  
ctus tempore delicti iudicari debu-  
set Miles grauis armaturæ principa-  
lis Turmæ S.E. vel potius, ut quilibet  
Priuatus, & Principis Iurisdictioni su-  
biectus.

In quo articulo illud in facto nota-  
tur, Carolum prædictum sub die 14.  
Martij 1600. obtinuisse mandatum  
ab Illustrissimo D. Francisco de Ca-  
stro tunc Vicesgerente, ut describe-  
retur inter alios milites in locum mi-  
litis Francisci Forgioni, cuius man-  
dati vigore, adhibitis solemnitatibus  
requisitis cum equis, armis, iuramen-  
to præstito, signisq; notatis, relatus  
fuit in numero aliorum eiusdem Tur-  
mæ eodem in nense Martij, verum cum  
compertum fuisset mandatum prædi-  
ctum defectuum, deficiente clausula  
solita, & necessaria, scilicet non obſta-  
te, quod Carolus prædictus esset Ital-  
us, merito à libro Scribæ portionis  
fuit deletus cum notamento, quod  
mandatum non habuit effectum defi-  
ciēte clausula prædicta. Posthac Ca-  
rolus ipse patriam reuersus post ali-  
quot dies reus criminis factus fuit, &  
ob id prævia informatione carcer-  
atus ab Officiali Principis, coram quo  
dum examinaretur, nullā prorsus excep-  
tionem allegavit, die vero tertio Iu-  
nij adhuc carceratus mandati sup-  
plementum obtinuit ab Excellentissi-  
mo Prorege (tacito crimine interim  
patrato) vt in numero militū referre-  
tur, non obſtare quod esset Italus, si-  
ue quod alij supernumerarij adesset,  
vel quod in locum prædicti Franci-  
isci alius descriptus esset.

**a** Ex hoc facto præmisso sequitur,  
Carolum inquisitum pro milite repu-  
tari non potuisse tempore delicti, ex  
clarissima iuris dispositione, quod li-  
cet quis sit miles electus, non tamen  
militis priuilegio frui poterit, nisi in

numero aliorum relatus fuerit, ad  
text. in Lex eo tempore ff. de milit. test.  
& in specie quodad fori declinatoriam  
loquitur tex. not. in l. f. C. de apparitor.  
magistr. milit. lib. 12. quod pro qui-  
buscunque causis debet coram suis  
Iudicibus conueniri, & tanquam pri-  
uatus iudicatur, vt ibidem dicit Ioan.  
de Platea, requiruntur etiam & alia,  
de quibus per glo. in l. penult. ff. ex  
quibus caus. maior. & in S. final. in-  
ver. siquidem in Auth. demand. princip.  
& licet non omnia illa seruentur ho-  
die, descriptio tamen in numero alio-  
rum seruatur ad vnguem, vt Afflict.  
posuit in Constitut. intentionis nostra  
num. 23. qui num. 27. cum seq. dicit,  
noua insignia, & alia requisita suc-  
cisse in locum veterum insignium  
ex mente Bald. in l. 1. in f. C. qui bon-  
ced. poss. quod est vsu receptum, & in-  
dubitabile.

**3** Et licet ante crimen commissum,  
reperiatur notatus in libro Scribæ  
portionis, ex eodem libro patet sta-  
tim nomen eius deletum, siccq; rela-  
tio illa habetur pro nō scripta, ex cau-  
sa mox declaranda, ex regulis iuris  
clarissimis, quod paria sunt, titulū non  
habere, vel talē, qui habeatur pro nō  
titulo l. nec ullam ff. de petit. hæred. vel  
aliquid nō esse factum, vel minus ido-  
neē l. quoties, vbi Ias. latè ff. qui satis-  
cogant. sicut paria sunt etiam non ex-  
pedire, vel nulliter, de quibus habe-  
tur per Isern. in cap. 1. S. præterea post  
nu. 13. quae sit prima caus. benef. amitt.  
& ideo dū de relatione prædicta lo-  
quimur, intelligendum est de valida, &  
ex omni parte legitima iuxta regulam  
text. in l. non putauit S. non queuis ff. de  
bonor. poss. contr. tab. cum concord-  
antibus. Nec immerito id actū fuit  
per officiales Scribæ portionis, dum  
agebatur de recipiendo Italum in lo-  
cum militis Hispani absque speciali  
Principis dispensatione, quod legitimi-  
mè procedere non poterat, cùm hic  
esset Italus, & sic alterius conditio-  
nis iuxta text. in l. 4. C. qui milit. non  
poss.

*poss.lib.12. ob quod adscribendus nō erat absque scientia Principis, & specifica dispensatione, sicut haç tenuis in eodem officio fuit iure optimo, & indistinctè seruatum, & proinde quoque literæ non fuerint expeditæ ordine illo consueto gratia non dicebatur perfecta, notat Igneus in repes.l.necessarios §.non alias num.563. in fin. Et propriè numero sequenti ff. ad Syllan. per text. in l.probatorias C. de diuers. offic.lib.12.latè Isern. in cap.1. §. quoniam inter dominum post num.3. de prohib.feud.alien.per Lothar. vt meritò interim fuerit à libro deletus, cùm dignitatem obtinuerat aliter quam requirebatur, & ideò ad primæ conditionis statum reducitur, sicut posuit Jacob.Rebuff.in l.1.num.2.C. qui milie. non poss. lib. 12. commisso verò criminè ex eodem officio Scribæ portionis fuit habita fides in actis producet, ex qua liquet, tunc Carolum inquisitū non esse militem Turmæ prædictæ, nec alterius, & sic minimè poterat de exemptione à Principis iurisdictione tractari tempore delicti, quod est inspiciendum secundum Bald. per iura, quæ allegat in cap. 1. §. Opizioni num.4.in fin.de pac.Constant.in l.si abducta num.4. C. defurt. & melius in l'affinitatis in fin.C.communia defusces. & Bar.in l.1. ff.de pgn.vbi omnes.*

Ex aduerso pro Inquisito proponebatur limitatio ad regulam, quod licet aliud adhuc requireretur ad perfectionem gratiæ; tamen quia omnipia alia necessaria fuerunt adimpta, tam circa personā ipsius, quam armorum, & equorum, debebat eo tempore iudicari pro milite, ex quo de proximo accingendus habetur pro accincto ad text.in l.penult. ff. de milit. testam. vbi miles de proximo referendus in numero aliorum gaudet priuilegio militari, quod videbatur posse applicari ad casum nostrum.

Sed verè ex infra scriptis clarissime patet, limitationem prædictam in nihilo parti optulari posse.

Primò, quoniam text. ille supponit tria, quod miles ille consilium cingi iussus fuerit, quod erat iam exornatus equestri militia, & in comitatu Principis retentus; at in casu nostro deficientiæ in mandato dispensatione necessaria, relatio fuit à libro deleta, cum notamento, quod nō habuit effectum, pro qua obtainenda debebat Carolus tunc adire Principem, quod facillimum erat, & hoc non egit, immò contrarium, quia patriam reuersus est, ibiquè commorans per multos dies delictum commisit, & carcere ratus pro dispensatione Principem adiit sub die 3.Iunij, quod longè alienum est à regulis d.l.penult.

Secundò, etiam iuxta terminos d. legis, quando nulla mora considerari potuisse, adhuc talis miles verè nondum receptus in numero aliorum, priuilegio militari non gaudet, regula enim illius tex. quod ille miles habeatur pro accincto procedit quoad cōmodum Reipublicæ, nō ipsius militis, vt valuisse tantummodo testari, quoniā Reipublicæ interest, suprema hominum iudicia exitum habere, l.vel negare ff.quemadmod. testament. aperiant. ita text. prædictum, & regulam positam declarat Luc.de Penna in l.omnes colum.2. vers. item nota C. qui milit. non poss.lib.12. argumento text. in §. ad hæc vers. antequam autb. de collat.vbi Jacob. de Beluis. hoc expressè affirmat colum. 2. vers. item contra ff.de milit.testam.l.ex eo vbi videndus est.

Tertiò, regula prædicta procedit, qñ nihil aliud requirebatur, nisi quod statim in numero referretur, & proinde talis poterat testari attento militari priuilegio, quoniam non poterat adesse impedimentum, quominus describeretur; at in casu nostro primum mandatum fuit ab initio nullum ex defectu clausulæ necessariæ, non obstante, quod esset Italus, & prōpterea ab Officialibus scribi non poterat inter alios, & dum fuerat relatus, errore cogni-

cognito, meritò fuit notatum, mandatum ex causa prædicta non habuisse effectum; illa enim gratia adhuc dicebatur informis, & imperfecta ante confessas literas, quæ reducebatur ad suum esse perfectum per confectionem literarum, & mandatum clausulis necessarijs, & quoque non fuisset redacta in forma debita, non videbatur Pars habere titulum causatū in suo esse perfecto, nec Executores gratiæ (qui in specie nostra sunt Officiales Scribæ portionis) exequi poterant, cùm accessoriū non præcedat suum principale, ita expresse testantur *Domini de Rotæ in decis.* 20. alias 458. *in titul. de concess. præben.* num. 5. *in nouis.* idcirco nouum mandatum Proregis requirebatur sufficiens cum clausula prædicta, sicut nouissimè post delictum fuit expeditum, & antea nullum ius poterat dici effectuè quæsitum, quò stante termini d. l. penul. nullo modo sùt applicabiles, si quidem ibi miles ille poterat ab Officialibus iuxta ordinem in aliorum numero referri, & hoc modo Carolus posset inniti regulæ prædictæ, si aliud non fuisset necessarium, vt describeretur; sed quia scribi non poterat absque nouo mandato particulari, quod ab eodem Carolo erat imperandū; propterea casus legis prædictæ non potest adaptari ad speciem, quam agimus, & contingere poterat, quòd gratiam Princeps denegasset, cùm in locū Frācisci Forgioni, quem Carolus obtinuerat, alias proximior supernumerarius subrogatus fuisset, qui subrogari debebat, iuxta text. in l. i. C. *de agent. in reb. lib. 12.*

Quartò, licet fuisset primo loco receptus, habetur ac si non fuisset scriptus deficiente mandato valido, vt supra dictum est, idcirco si necessarium erat nouum mandatum specificum, quòd recipere tur, quomodo interim potest haberi pro milite, deficiente mandato substantiali; denominatio enim non sumitur ab eo, quod erit,

sed ab eo, quod est, & propterè si Ciuitas occidit electum, non dicitur occidisse Episcopum, dicit Bald. in l. si nondum num. 2. C. de furt. & quod est in proxima dispositione ad perficiendum non dicitur esse perfectum, vbi tamen facti essentia requiritur, idem Bald. in l. sed diuis frates ff. de rerum diuis. & ob id Iacob. de Beluis. loco citato colum. 3. in fi. vers. quinto decimo dicit, quòd substantialibus non perfectis ius nō acquiritur ex electione, igitur si gratia adhuc perfecta nō erat ex prædictis, non potest aliquo modo adaptari casus exemptionis tempore delicti.

Superest modò, vt videamus, quid operetur supplementum mandati expediti sub die 3. Iunij existente Carolo carcerato.

Etenim est verum in facto, Carolum prædictum porrexisse preces pro obtainendo mandato ad gratiæ perfectionem; sed tacuit crimen commissum, & ipsius carcerationem post multis dies; & ex hoc dum taxat, si gratia sufficiens esset, illa gaudere nō debet; quoniam si delictum est potissima causa priuationis gratiæ iam obtentæ, tanto fortius procedit in gratia, adhuc non concessa, quia turpius ejicitur, quām non recipitur hospes cap. non quemadmodum de iure iur. & proinde omnino qualitas hęc patrati criminis, & carcerationis exprimenda erat, cuius taciturnitas, et quòd Princeps concessisset, vitiat gratiam ex regula tex. in cap. si motu proprio de præb. in 6. Felin. in cap. ad aures num. 32. de rescript. Couarru. variar. resolut. lib. 1. c. 20. post num. 5.

Secūdò Carolus prædictus ob defectum mandati iam expulsus fuerat, & pro non milite reputatus per fidem officij Scribæ portionis, interim vero vt Principis vasallus, & subiectus inquisitus, & carceratus fuit, quando deinde gratia superuenit, non tollit ius antea Principi quæsitum, dum enim aliquis restituitur, aut id procedit

dit per viam iustitiae, aut per viam gratiae; primo casu recuperat locum suum, ac si nunquam expulsus fuisset, & de hoc non loquimur, cum tractetur de mera gratia à Principe tunc denuo, & principaliter concedenda. Secundo vero casu si gratia est, nunquam tollit ius primo quæsitum, quam distinctionem ponunt DD. communiter in l. Gallus S. & quid si tantum ubi Ias. nu. 71. cum duob. seq. ff. de liber. & posthum. sicuti in assentu dicimus, quod gratia est secundum Iser. in Constit. si quis post litem, & Camer. in cap. imperialem lit. M. fol. 45. & propterea nunquam retrotrahitur in tertij præiudicium per iura vulgaria Affl. dec. 286. Loffred. in cap. imperialem colu. 7. vers. id, quod dicitur, Camerar. in d. cap. imperialem lit. S. fol. 85. & Frecc. lib. 2. q. 30. Denique gratia obtenta sub die 3. Iunij noua gratia est, cum primum mandatum non habuerit effectum, si gratia est, non potest retrotrahi in damnum Principis, quoniam retrotrahio nunquam fit in præiudicium tertij Bart. not. in l. si indebitum S. procurator ff. rem rat. hab. per Ann. alleg. 145. num. 30. per multa iura, & quoniam Principi ius quæsumum erat, de quo Carolus nullam mentionem fecit in supplicatione, & minus Prorex in mandato prædicto, proinde nullo modo haec gratia concessa quamvis quoad Carolum ratione militiae subsisteret (quod affirmari non potest ex prædictis) Principi præiudicium afferre poterit respectu iuris antea quæsumi, quia ubi aliud non exprimitur, intelligitur facta sine præiudicio iuris alieni quæsumi ante gratiam, siue restitutionem, casus est expressus in cap. quamvis de rescrip. in 6. & cap. constitutus ubi DD. not. eod. sit. de rescrip.

6 Amplius, primum mandatum, quod deinde fuit confirmatum, aut fuit omnino nullum deficiente clausula prædicta, aut non ex toto perfectum (quod ad minus negari non potest) & utroque casu non attenditur

actus confirmatus, sed confirmas, nisi quando actus, qui confirmatur, esset omnino perfectus, tunc confirmatione non inducit nouam dationem, ita declarando terminos l. lege obuenire ff. de verb. signif. posuit distinguendo Alberic. in l. more maiorum nu. 5. ff. de iurisd. omn. iud. & particularius quādo attendatur tempus confirmationis, vel primæ ordinationis, videndum est, an confirmatione fiat ad bene esse, & tunc inspicitur tempus ordinationis primæ, an vero virtus effectiva stat in confirmatione, quæ dat esse rei, & tunc attenditur tempus confirmationis, & quicquid precepedit eam, irritum est, vt utar verbis Bald. in l. ex placito num. 8. in ff. C. de rer. perm. modò si inspiciamus primum mandatum, & sic initium, illud non erat perfectum, nec sufficiens, & gratia prædicta non poterat dici perfecta, nisi nouum mandatum Carolus obtinuisse, à quo processit perfectio gratiæ prædictæ; quādo enim finis est perfectio actus, & non habet necessariam consequentiam ad principium; quia initium non est perfectum, tūc consideratur finis, & sic processio actus, & non principiū iux. tex. & ibi glos. in l. 3. S. scio ff. de minor. ubi Alberi. optimè loquitur, est ēt tex. in l. damn. infe. proinde quādo in prima gratia adest defectus, non attenditur prima gratia, quæ fuit nulla; sed ex secunda, quæ tollit defectū, impetrans ius consequitur Domini de Rot. in dec. 18. alias 274. in ff. in ist. de prab. in nou. Ex quibus oībus patet, vndiq; concludendū esse in beneficiū Principis, ad cuius Officiales cognitio causæ pertinet, quod si ita iustum iā arbitratus fuit Excel. Prorex, dū Carolum vasallum pro causa prædicta ad Principis Officiales remisit simpliciter; amplius hodie idem nō erit controvèrtendū, cū Pars similiiter acquieuerit, & iudicari passa fuerit à primo Iudice, & propterea ad proximū Iudicem Principis secundarum causarum causa-

Gg remit-

remitti debet, quoniam aliis esset reuocare rem iustissimè decisam, & exequutioni demandatam.

7 *Fuit indicatum pro Principe.*

ARGUMENTVM.

**C**ontumacem non amittere ius nominandi ex aliquo priuilegio sibi competēs tūm legum, & DD. authoritate, tūm rationum pondere satis magistraliter, & succinctē hīc demonstratur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Facti compendiosa descriptio.*
- 2 *Feudatarius scitatus contumax efficiatur in non comparendo statim amittit exercitium iurisdictionis, & expediunt prouisiones super sequentem possessionis Terrarum quoad iustitiae administrationem, & num. 6. amplius perdit feudi possessionem per contumaciam, & in se descens in contumacia post annum, amittit etiā proprietatem.*  
... per contumaciam amittit iudicaturam.  
... latitare dicitur persistens in contumacia.  
... contumax non potest in Curia comparere sine dedecore.  
... contumacis iurisdictionem Curia exercet.  
... fructus tamen non sequentur
- 3 *Banniti sunt duplicitis generis, & inter utrumque maxima intercedit differentia.*  
Banniti, & diffidati simul ut hostes reputantur, & possunt impunè offendī, & isti equiparantur deportatis.  
Banniti propter contumaciam, & contemptum nec ut hostes habentur, nec deportatis equiparantur; sed tantum
- bona adnotantur.
- 4 *Bannitus Imperij deportato pariter equiparatur.*  
*Banniti, qui impunè laedi possunt, appellantur in Regno foriudicati, & similes sunt deportatis.*  
*Ceteri banniti simplices non item.*  
*Foriudicatus, & excommunicatus equiparantur deportatis.*  
*Deportatus, & foriudicatus amittunt omnia, quæ sunt iuris ciuilis, & habentur pro mortuis quoad p̄fata, & num. 7. in fin.*  
... possunt tamen emere, & per contractum iurijgentium acquirere.  
*Contumax, & bannitus simpliciter equiparatur relegato, qui capax est eorum, quæ sunt iuris ciuilis.*
- 5 *Deportatus non potest facere heredem, potest tamē cum nominare ex facultate sibi concessa, & nu. 6.*  
... omnia amittit bona.  
... est magis exosus, quam simplex contumax.  
*Omnia iura, quæ in beneficium deportati locum habent, à fortiori & in contumace procedent.*
- 6 *Iurisdictionio pertinet ad Baronem, cuius sunt condemnationes, & multe Baro constituit Capitaneum, per quem iurisdictionio exercetur.*  
*Capitaneus non possidet, sed dicitur in officio detinere.*  
*Baro etiam post constitutionem Officialis potest multas actiones explicare hic commemoratas.*
- 7 *Contumaci est interdictum iurisdictionis exercitium.*  
*Officium non dicitur conferri à nominante, sed ab eo, qui dedit hanc facultatem nominandi.*  
*Nominatio quid importet.*  
*Nominans reputatur nudus minister in nominando.*  
*Nominatio est actus facti non iudicarius.*  
*Deportatus retinet eligendi facultatē.*  
*Decisio.*

Pro

## Pro Marchione Burgentia.

## CONSILIVM XLIII.

**M**Archio Burgētiæ ex privilegio habet ius nominandi Iudicem in Regia Ciuitate Tarenti, qua nominatione facta, literæ commissionales expediuntur per Excellentissimum Proregem, cùmquè ad præsens nominasset Felicem Matthæum Riccardum, fuit dubitatū, an prædicta nominatio sit admittenda existente contumace Marchione pro causa criminali, & pro resolutione huius articuli in beneficium nominati breuiter considerantur infra scripta.

Est enim clarum, & absolutum ex parte haec tenuis obseruata, quòd citatus feudarius, & nō comparens efficitur contumax, & prouisiones expediuntur super sequestratione possessionis Terrarum quòd ad iustitiae administrationem, dicit Capc. in decis. 131. num. 3. usque in fin. afferens ita fuisse repertum in registris, eò quòd effectus vasallus contumax perdit feudi possessionem, & perseuerando in contumacia post annum amittit etiā proprietatem ad tex. in cap. primo, vbi Andr. de milit. vasall. qui contumax est, per contumaciam siquidem perdit iudicaturam, posuit Isern. in Constit. Clement. Imperialis col. 3. vers. sed cùm liberè, & latitare videtur, dum cōtemnendo Dominum, non comparet coram eo, vel Officialibus suis, proinde quia sine dedecore comparere nō potest iuxta posita per Isern. in c. primo an ille, qui interf. fratrem Domini, fit sequestrum iurisdictionis, quam interim Curia exercet, donec feudarius tædio affectus comparuerit; frumentus autem non sequestrantur, sed percipiuntur nomine Baronis per Deputatum ab eo, vel Procuratorem ipsius, de quo latè Frec. lib. 2. de subfeud.

auth. 29. num. 11. per totum, & nouissimi Addentes ad Isern. in d. cap. primo de milit. vasall. & quia non potest Baronia gubernari per contumacē, statim amittit eius gubernationē, & exercitiū Iurisdictionis, sicut latè posuit Petr. de Gregor. de concess. feud. par. 4. quæst. 7. n. 56. cum seq. verūm hæc cōclusio licet indistinctè seruetur quoad exercitiū Iurisdictionis, nō tamen applicari poterit ad casum, de quo agimus, simplicis nominationis, in qua non est considerabile aliquod Iurisdictionis exercitium.

Et antequād ad decisionem articuli deueniam, non inutile præmittendum duxi, quòd banna diuersimodè fiunt, & interpretantur, aliquando n. delinquentes banniuntur, & pro diffidatis simul habentur, & isti hostes reputantur, siue impunè possunt offendil. amissione S. qui deficiunt ff. de capit. diminut. & isti æquiparātur deportatis; aliquando vero banniuntur propter contumaciam, & contemptum, & tūc non habentur vt hostes, nec deportato assimilantur, quia nulla sententia fertur, sed tantum bona annotantur, ita distinguendo latè posuit Cassan. in Consuetud. Burgund. in tit. de confiscat. rub. 2. S. primo supra num. 6. cum eod. n. & seq. fol. mihi 92. ater. vbi num. 9. loquitur de bannito Imperij, qui similiiter deportato æquiparatur, banniti autem, qui impunè possunt offendil. in Regno vocantur foriudicati Isern. in Constit. pœnam eorum col. 8. in verb. hostis publicus, & similes sunt deportatis, cæteri vero simpliciter banniti secus, dixit Cumias in cap. si aliquem in verb. mortis num. 4. fol. mihi 123. & latius Petr. de Gregor. loc. cit. d. nu. 50. cum seq. vbi foriudicatum æquiparat deportaro, & similiter excommunicatū, posuit etiam Isern. in Constitutione ob filiorum culpas circa principium, & Cænet. in extrauag. si aliquem in verb. & incipiendo à foriudicato f. 219. & ideo tam deportatus, quam foriudicatus

G g 2 amit-

amittunt omnia , quæ sunt iuris ciuilis , & sunt prorsus inhabiles ad succendum , tam ex testamento , quam ab intestato , quia tales successiones deferuntur iure ciuili *Cañetius latè loco citato , & in verb. sequentibus . 220.* & in deportato , quod habeatur promortuo quoad illa , quæ iure ciuili quæruntur , ut sunt hæreditates , & legata , habetur per *Isern. in cap. primo S. & iterum si clericus num. 21. circa fin. vers. aliquis moderni de capit. Corrad.* potest tamen emere , & per contratum iurisgentium acquirere , ut ipse dicit ad *sex. in l. quidam ff. de paen.* & *l. si deportati seruo ff. de legat. tertio,* at quando sumus in contumace , & in bannito simpliciter ratione contumacia , quæ purgatur per comparitionem , is admittitur ad succendum , nec erit incapax eorum , quæ sunt iuris ciuilis , immò habebit testamenti factiōnem actiūam , & paffiuam , & æquiparatur relegato , non deportato , dixit *Petr. de Gregorio loc. cit. num. 53.* & latè *Io. Petr. Surd. in conf. 394. num. 22. vol. 2.*

4 Modò descendendo ad casum , de quo agimus , facultatis nominandi , succedit clara conclusio , quod licet in deportatis non possit habere locum *l. deportati C. de bon. proscriptor.* quia iure ciuili hæreditas defertur , tamen potest nominare hæredem ex facultate attributa , quæ ob poenam perempta non est , casus est apertus in *l. cùm pater S. hæreditatem ff. de legat. secundo , & in l. ex facto S. si quis rogatus lo secundo ff. ad Trebell.* & si id procedit in deportato , cui bannitus , siue foriudicatus æquiparatur , fortius dicendum erit in simplici contumace , qui omnia retinet , & iura ciuilia non amisit , ut supra diximus , & si contumax in Curia non potest comparere sine dedecore , condemnatus , & deportatus dicitur magis exosus Regi ; quia ex damnatione , & suppicio fit seruus , & proinde non habet he-

redem , docuit *Isern. in Constitutio-ne foriudicatorum bona vers. ex damnatione , & suppicio prima col.* & omnia bona amittit , ut haberur per *Doctor. in t. 1. C. de hæred. insti.* in contumace verò simpliciter sequestratur tantum exercitium Iurisdictio-nis , at fructus eiusdem Iurisdictio-nis ad eundem Baronem pertinent quod minus est , ut fuit prouisum , in prouētibus Terrarum Ducis Mag-daloni contumacis per Collaterale Consilium de anno 1609. vigore prouisionum , de quibus in registris Regiae Cancellarie ; idcirco quæ in deportato locum habent , sine du-bio procedunt in contumace , ut li-cet non possit iurisdictionem exerce-re , valeat tamen Iudicem nominare ex facultate concessa .

5 Amplius sequestratio iurisdictio-nis extendi non potest ad nomina-tionem Iudicis , quoniam sequestratur iurisdictio , quæ pertinet ad Ba-ronem , & cuius sunt condenratio-nes , & poenæ pecuniariz , ut dicit *Audr. in cap. primo S. hæreditatem nu. 12. de pace tenend.* at in casu nostro iurisdictio Ciuitatis Tarenti non di-citur aliquo modo competens Mar-chioni , quoniam facta nominatione , in aliquo deinde non se intromittit , sed omnia explicantur per Excel-lentissimum Proregem , & Marchio solo ministerio nominandi vtitur , ideò ex hoc deduci non potest , quod ad ipsum spectet iurisdictio arg. *tex. notabilis in l. Sulpitius ff. de dona-tion. inter vir. & ux. etenim Baro* licet regulariter constituat Capitanum , per quem iurisdictio exer-cetur , inspicitur tamen persona ipsius Baronis , cùm Capitanus non possideat , sed dicatur in officio de-tineri *Albert. Brun. in conf. 93. poss num. 7. authoritate Bar. in l. & bz-bez S. primo de precar.* & non ob-stante , quod sit officialis constitu-tus , remanent Baroni aliae potestates , & iura

& iura dominicalia, potest enim facere ordinationes, literas supersessoriales, gratias, emanari facere bannas, delegationes causarum, transactiones, remouere Officiales, & illis dare limitatam potestatem circa exercitium iurisdictionis, de quibus per Frecc. lib. 2. authorit. 13. cum seq. quae omnia nec in parte quidem minima considerari possunt in facultate praedicta nominandi, cum facta nominatione amplius non est in consideratione persona Marchionis, nec ad ipsum habetur recursus ratione gestorum per Iudicem nominatum, minus etiam dici potest, quod sicut sequestratur iurisdictionio Baronis contumacis, ita debet quoque eidem prohiberi nominatio Officiale, per quam deuenitur ad exercitium iurisdictionis, quasi quod sit 6 aetus concernens iurisdictionem, cuius exercitium cōtumaci interdictum est iuxta text. in l. oratio ff. de sponsal. si quidem hoc motiuum facile resoluitur; si enim Marchio nominando Iudicem ex hoc nomine suo constitueret Officiale a se ipso dependente, certe utrumque prohibitum iudicari posset, at quia Marchio facta nominatione reputatur deinde ut quelibet extraneus, & non representatur in aliquo per nominatum, & gubernia, & alia supra exposita excentur, & ordinantur per Proregem; idcirco ratio diuersa consideratur, ex qua non potest fieri illatio vulgata l. Papiianus exuli ff. de minor. patet hoc apertissime; deportatus enim non potest facere heredem, quod expressè prohibitum est d.l. deportati C. de bon. proscript. & tamen potest nominare heredem ex facultate attributa, ex qua nominatione resultat sine dubio idem titulus heredis, sed quia actus institutionis prohibetur, non autem nominationis, qui videtur gestus nomine alterius, ideo nominatio non aufertur, quamuis institutio minimè permittatur, ut expressè dicitur in d.S. hereditatem, per solam namq;

nominationem non dicitur officium conferri, sed ille constituere videtur, qui facultatem concessit, text. est notabilis in l. pater ex prouincia, ibi solam enim electionem filio concessit, ceterum ipse manumisit ff. de manumisit vindicta, de quo per Dec. latè in conf. 543. num. 8. & fortior est casus deportati; cum ibi nominatus per solam nominationem hereditatem consequatur, nominatus autem a Marchione debet deinde obtinere literas cōmissionales a Prorege causa cognita, si erit habilis.

Denique facultas nominandi non est actus iudicarius, nec propterea aliquo modo considerari potest usus iurisdictionis in Marchione, qui prohibitus esset, sed tantummodo per actum facti explicat simplicem nominationem, qua facta nominatus a Prorege obtinet literas commissionales, quae ab eodem Prorege expediuntur, & si nominatus non est idoneus, aliis est eligendus, ideo illa nominatio aliud non continet, nisi perquirere personam habilem, quam Prorex creare posset in Iudicem Ciuitatis praedictæ, in quo Marchio nullam exinde potestatem habet, nec eius persona amplius est in consideratione, sed tantummodo reputatur ut nudus minister in nominando, ad text. in l. si quis Titio decem cum glori. ff. de legal. 2. & successuè cum actus iudicarius non consideretur, nominatio praedicta prohibita non est; ex his, quæ posuit Tambar. loquens in excommunicato in l. centes. nis S. si ita stipulatus num. 13. ff. de verbor. oblig. quem cæteri sequuntur, attamen ratione praedicta, si ille actus respectu Eligentis non continet usum iurisdictionis, qui prohibitus esset, ut ibidem Alexand. in fin. & antè ipsum Bald. in l. final. 6. q. in fin. C. de contrab. empt. & individualliter ad casum accedendo, quod actus nominandi in facto consistit, & ideo deportatus retinet facultatem eligendi iuxta text. in d.S. hereditatem, licet

sit incapax eorum, quae sunt iuris, in quibus habetur p̄ mortuo, posuit Dec. notabiliter in d. cons. 543. n. 11, ybi vidēdus erit. Ex quibus remanet resolutū, nominationem Marchionis esse admittendam, & proinde expedientias esse literas commissionales in personam nominati.

Dia 10. Martij 1605.

- 8 Fuit in Collaterali Consilio prouisum, quod expediensur littere Commissionales.

### ARGUMENTVM.

Vniuersitatem habere ius prælationis in locatione introiitum feudalium cum bancho iuris, siue Iurisdictionis per Baronem alteri facta cum Regio assensu tam domino, quam diligenter explanatum.

### S V M M A R I V M .

- 1 Vniuersitati an competit ius prælationis in locatione introiitum cum iurisdictione à Barone alteri facta prævio Regio assensu, & numero seq. iunctio nu. 7.
- 2 Barone vendente dumtaxat communitatem, & perceptionem fructuum, cessat prelatio cum iure redimendi, & de ratione.
- 3 Feudarius potest vendere fructus feudi ad modicum tempus, vel ad vitam ipsius, vel pro tempore, quo feudum apud eundem permanerit.
- 4 Rex est Dominus personarum. Feudi commutatio de uno ad alium, est interdicta per quamlibet contratus speciem.

- Nisi Regius intercedat assensus.
  - Jurisdictione exerceri nequit sine Principiis assensu.
  - Feudum reluctantibus vasallis non potest alienari.
  - Nisi ad sit, Consuetudo in contrarium iuncta cum Regio assensu, que vigeat in hoc Regno.
  - Feudo cum iurisdictione vendito sive à Rege, sive à Barone possunt vasallū infra certum tempus proclamare ad libertatem, & contendere, ut in Regio conseruetur dominio, & ratios recensentur.
  - Prelatio Vniuersitati competens super totali feudi alienatione quibus sit subnixa rationibus, & num. seqq.
  - Vasallus in quibusdam casibus à Regni Constitutione prescriptis tenetur Domino subuenire, & num. 12.
  - ... tenetur ad servitia tam secundum usum feudales, quam secundum ius municipale huius Regni.
  - Vasallorum interest non mutare Dominum etiam si ex mutatione parum ledantur.
  - ... quibus comparentur.
  - Legis ratione una ex pluribus cessante non cessat legis dispositio.
  - Vasalli contradictione legitimè resultat ex sola subiectione. ... interest non habere plures Dominos.
  - ... non potest alteri obligari, ipso nolente, quod intellige cum declaratione, de qua ibid.
  - ... Interest non transferri in Dominum potentiores, & cum ratione.
  - Ex locatione infra decennium non constituitur ius in re. In feudalibus fructuum locatio non potest excedere metam nouem ann. Feudi Dominus potest absque assensu disponere, vel aliter contrahere, quando ius in re non constituitur. Hinc infertur ad fructuum dispositionem.
  - Jurisdictionis commutatio de uno in alium absque assensu fieri nequit.
- Ali-

- Alienationis vocabulum latam habet significationem.*
- 16 *Vassallus nullo modo potest alienare tenutam, vel feudum in uito domino. Retractus habet locum in venditione etiam facta cum pacto de retrouendendo.*
- 17 *L. Dudum C. de contrah. emptione declaratur.*  
... non procedit in feudi alienatione.  
*Baro vassallorum pater dicitur.*  
*Conductor autem mercenarius, & multis alijs appellatur nominibus.*  
*Ius creandi Officialē reuerititur ad Regē etiam in casu domanij, & libertatis.*  
*Item ad Baronem, quando Vniuersitati conceditur prelatio in cōductiōne fructuum facta una cum Curia, seu iurisdictione.*
- 18 *Iuris articulus potest decidi absq; termino.*
- 19 *Hec causa non fuit decisa.*
- 20 *Referuntur tamen plures decisiones factae in beneficium Vniuersitatum.*

## Pro Vniuersitate Sternatiæ.

### CONSILIVM XLIV.

- N** hoc articulo an competit Vniuersitati Sternatiæ ius prælationis, & sic redimendi à manibus Ramires de Llanes Conductoris Terræ prædictæ cum iurisdictione accedente Regio assensu, res non videretur habere nimiam difficultatem, & tuendo partes Vniuersitatis, infrascriptas conclusiones breviter post scripta latissimè per causæ Patronum subnectere putaui:
- 2 Etenim præmittendum est, quod si Baro tantummodo vendidisset commoditatem, & perceptionem fructuum cessaret prælatio, & ius redimendi, quoniam non venditur res, vel utile dominiū, sed redditus illius rei, & fructus tamquam separandi à corpore feudi, de quo per Tiraq. de retract. lignag.

- S. 1. glos. 7. num. 42. & 44. Matienz. in comm. recollect. ll. Hispan. lib. 7. tit. 11. 3 glos. 1. nu. 15. proinde feudat. trius frumentus feudi vendere potest a modicū tempus, vel quandiu vixerit, vel pro tempore, quo feudum apud ipsum futurum est, vt Ifern. docet in cap. 1. an agnatus, & in cap. primo S. sed et res per quos fiat inuestitura, & hic non est causus noster, quoniam non alienantur, aut locantur fructus tantum, siue redditus in pecunia, sed simul iurisdictio, 4 quæ concernit personas vassallorum, quod non permetteretur sine assensu, cum Rex sit dominus personarum, vt in Constitutione quia frequenter, & quia censi debet hic contractus communicationis de uno ad alium, quod specificè prohibetur per qualemcumque contractum, vt in Constitutione Constitutione Duae memoriae, ita demum subsistit, si Regius assensus interueniret, maximè cum includatur etiam iurisdictione in locatione, quæ exerceri non potest sine Principis beneplacito secundum Bal. in l. qui se patris nu. . . . C. de bon. quæ liberis.*
- 5 Secundi aduentendum est, quod alienatio feudi in uitis vassallis fieri non potest, vt habetur per Ifern. & aios in cap. Imperiulem S. præterea ducatur in verb. nec dominus potest num. 45. de prohib. feud. alien. per Feder. notatur in l. si non sortem S. liberatus ff. de condit. indeb. Tiraq. latè tit. sup. cit. S. 26. glos. 1. num. 78. latissimè Regens Capia in comment. l. final. ff. de constit. princ. par. 2. cap. 9. num. 38. cum seq. fol. 258. vbi omnia cumulat, licet secus sit secundum usum Mediolani, vt Andr. posuit in cap. 1. S. ex eadem lege de lege Corradi, permittitur tamen, vbi adest consuetudo, sicut in Regno, cum Regio assensu, testatur D. de Franch. decis. 17. & ante ipsum Capyc. in inuestitura in verb. feudum dant. col. 21. vers. 4. declaratio limit. 2. fol. 150. verum licet alienatio, accedente Regia dispensatione permittatur, adhuc interpretatū fuit, vt non præjudicet vassallis, qui secuta alie-
- 6

alienatione infra certum tempus pos-  
sunt ad libertatem proclamare, & cō-  
seruari sub Regio dōmanio, & id ne-  
dūm procedit facta alienatione per  
Rēgem, sed etiam si à Barone alteri  
Baroni terra cum vasallis distrahatur;  
ratio enim, quæ militat in Rēgia cō-  
cessione, quia vasallus dicere potest,  
nolo esse vasallus alterius, quām Re-  
gis, de qua per Andr. in d. S. nec do-  
minus potest num. 45. procedit etiam  
in alienatione facta per Baronem al-  
teri, quoniam licet vasallus sit Baro-  
ni subiectus, eodem modo dicere po-  
test, ipsius interesse potius esse vasal-  
lum istius, quām alterius, & sic passim  
obseruari videntur, etiam ex rationi-  
bus inferiū allegandis, & posuit D. de  
Franch. in d. decis. 17. circa principium.

- 7 Nunc autem videndum erit, an il-  
lud, quod in alienatione feudi dictū  
est, procedere possit in locatione, &  
affīctu feudi vna cum iurisdictione  
ad certum tempus minus decem an-  
norum, pro cuius resolutione recen-  
sendum est, quibus rationibus com-  
petat Vniuersitati prælatio, & ius re-  
dimendi facta totali alienatione feu-  
di, vt dignosci possit, an idem dicendū  
sit in locatione, si eadem rationes mi-  
litant ex regula tex. in l. illud ff. ad l.  
Aquilam cum vulgar. & ex collectis  
per Doct. diuersis in locis infrascriptæ  
rationes afferuntur. Prima, quia tran-  
8 slato feudo in aliū vasallus obliga-  
tur subuenire Dominū in certis casib-  
us notatis in Cōstitutione Regni quā-  
9 plurimū. Secunda, quia vasalli simi-  
liter obligantur ad seruitia, tām attēto  
iure communi, quām dispositione  
Regiarum Pragmaticarum, & has cō-  
probavit D. de Franch. d. decis. 17. num.  
10 3. est & alia ratio non minus efficax,  
quæ procedit in qualibet feudi alie-  
natione: quoniam interest vasalli non  
commutare Dominū suum, vt Capyc.  
posuit in inuestitura loc. cit. nec in aliū  
transferri, sed sub dominio eius ma-  
nere, sub quo est constitutus ad not.  
per glos. in l. inuitus ff. de fideicom. li-

bert. Luc. de Pen. videndum in l. prima  
col. 2. in fin. vers. è contra est lex ista  
usque ad finem C. de capitatio. ciu. cens.  
eximend. lib. 11. prolequitur latissimè  
Io: Neuiz. in vulgato conf. 12. inter  
conf. Alberti Brun. à num. 105. vbi lo-  
quitur, etiam quandò vasallus ex de-  
legatione, translatione, aut permuta-  
tione in modico laderetur, cùm sua  
intersit Dominum non commutare,  
quod maximè interesse dixit Suarez  
11 alleg. 9. num. 6. potest addi alia ratio,  
quia cùm in aliū transfertur, dicitur  
vasallus redigi in seruitutem alterius,  
cùm additur alias Dominus, qui pri-  
mò non erat, vt Joannes Neuiz. consi-  
derat loc. cit. num. 94. & nihil à specie  
seruientium distant, quibus non da-  
tur facultas recedendi l. 2. ff. liber. bo-  
min. exhib.

- 12 Modò accedendo ad casum no-  
strum, licet in locatione, vel affīctu nō  
concurrat prima ratio prius citata  
circa subventionem in certis casibus,  
cùm locator remaneat dominus, ta-  
men vendicant sibi locum aliæ ratio-  
nes, quarum vnaquæque sufficiēs est  
pro Vniuersitate, dum enim aliquid  
inducitur pluribus rationibus, vna ra-  
tione cessante non cesset dispositio,  
vt habetur in §. affinitatis Instit. de-  
nupt. Imò in calu nostro insurgit for-  
tior ratio, siquidē facta locatione  
cum Curia, seu iurisdictione, clarum  
est, quod vasalli subiiciuntur Condu-  
ctori, cui seruire tenentur, & obsequia  
prēstare, & nihilominus remanēt sub-  
diti Baroni locatori circa subuentio-  
nes notatas in dicta Constitutione  
13 quā plurimū, & si ex sola subiectio-  
ne admittitur contradic̄tio vasallorū.  
vt Bald. dicit in cap. primo §. si quis nu-  
5. quo tempore miles, tanto magis id  
procedit in terminis nostris, cùm in-  
tersit non habere tot dominos, vt ibi-  
dem Bald. dicit, & Capyc. refert loc. cit.  
in eadem quarta declaratione; magis n.  
interest vasalli vni tātum subesse, quā  
pluribus Abb. in cap. nouit num. 124.  
de iudic. Castrēns. in conf. 179. num.  
3. vol.

3. vol. primo, & glof. in cap. dilecti de maiori. & obedien. dicit, quod ciniū interest nō habere plures dominos, sed vnum tantum, refert, & sequitur latè Francis. Burfat. in conf. 127. nu. 37. cum seq. vol. 2. & Dominus vasallos inuitos alteri priuato subijcere non poterit, docuit idem Burfat. in conf. 160. num.

4. 5. cod. vol. 2. & quia vasallus non potest obligari alteri, ipso nolēte, ea, quæ sunt in obsequio, & seruitio, non ceduntur, nec delegantur, licet secus in artificio, & quodam commoditatē fructuum, & seruitij, quod debetur in pecunia, ideo vasallus in sui prējudicium non dabitur alij, dixit Isern. in d. S. ex eadem lege in fin. & vbiq; interest vassalli non dari, seruabitur æqualitas, vt non detur eo inuito, idem Isern. in d. S. nec Dominus feudi post num. 45. vers. interest num. ... interest enim vasalli in aliud non transferri, & de-dignatur facere obsequia, & seruitia, præstare alteri, etiam meliori, & ideo si melius esset, adhuc eo inuito fieri non deberet ad tex. in l. fin. ff. de usu, & habitat. & in l. hactenus ff. de usu-fruct. & hoc casu ad paria iudicantur dominus, & vasallus, quod secus est, si ageretur tantummodo de eo, quod consistit in dando, vel faciendo artificio, & in eo, quod recipit æstimationem, vt posuit Isern. in Constitutione personarum circa finem, & commemo-rat Capyc. in decis. 162. à n. 2. & quāmuis in potētiorem videri deberet posse transferri, cùm sit utile vasallis habere potentiores, contrarium tamen est utilius vasallis, quorum interest quandoq; potius esse vasallos sui Capellani, qui eos modicūm vexabit, quām maioris, qui vt magni tyrāni dant continuò multas molestias, vt tota die videmus in facto, verba sunt Ia. Fabr. in S. 1. anse num. 5. de affig. libert.

15 Nec obstat, quod in specie nostra conductor non dicatur dominus, & quod locatio sit infra decennium, ex qua non constituitur ius in re iuxta regulam tex. in l. prima S. quod autem

ff. de superficiebus, quoniam si fieret tantummodo locatio fructuum, tunc esset attendendum tempus, & adhuc sola locatio fructuum non posset exceedere nouem annos Andr. in d. cap. primo in fin. an agnatus, glof. 1. in Constitutione hereditali circa fin. Frecc. lib. 2. de subfeud. in verb. pluribus autem modis limit. 21. Capyc. in inuestitura in verb. feudorum fructus, vbi circa tempus se remittit ad ea, quæ dixit in verb. feudorum locationes f. 264. & ibi dixit, fieri non posse ultra nouem annos Jacob. in tract. de feud. in verb. & cum pacto de non alienando col. 5. num. 13. & Alex. quoquè in l. filios famil. S. si in quinquennium num. 23. usque in fin. ff. sol. mar. & quando ius in re non constituitur, potest dominus feudi dis-sponere, vel aliter contrahere absque assensu, prout similiter de fructuum dispositione tāquam à solo separato-rum, vel separandorum, ex qua ius nō constituitur, posuit Andr. in d. c. Im-piale col. 1. num. 3. vers. sed fructus, ibiq; Afflit. latè Loffred. conj. 46. à n. 7. Io. Vinc. de Anna in repet. Constitu-tionis Constitutionem Diua memoria num. 245. & Fabius de Anna in conf. 27. num. primo, & conf. 34. num. 12. & D. de Franch. decis. prima à nu. 33. ca-sus autē noster est satis diuersus, quia non tantum locantur fructus, sed sit translatio totius feudi cum Curia, seu Iurisdictione, propterea tempus non est attendendum, sed an ius constitua-tur, quod negari non potest, cùm fiat commutatio Iurisdictionis de uno ad aliud, & alias sine assensu fieri non posset, attenta Constitutione Constitu-tionem Diua memoria, quæ expresse prohibet quoslibet contractus com-mutationis feudi, & in effectu licet titulus sit locationis, p. certo tempore, interim clarum est, quod vtitur opera vasallorum, qui conductori cum iuri-divisione inservire tenentur, & alia obsequia præstare, ac si dominus es-set, exceptis casibus subuentionum, vt dictum est, idcirco cùm verè con-ductori

ductori subiiciatur, non interest, quo genere quisque Dominus fieret, dicit notab. *tex. in L Statuliberi ver. nec intersit ff. de Statuliber.* omnesque cōtractus comprehenduntur, posuit *glos.* in *Constitutione probationis defectū in ver. instrumētū*, vbi allegat *tex. in d.l. 16 statuliberi*, sicut ē contra vasallus nō potest quo quis modo alienare tenutā, vel feudum, domino irrequisito secūdūm *glos. in Constitutione si quando contigerit in verb. qualitercunq;* & sic versatur maximum interesse vasallorum, etiam in translatione temporali, quæ nō potest auferre vasallis ius redimendi, sicut dicimus de iure retrahetus in venditione cum pacto de retrouendendo, vt per *Afflīct. in decis. 338. num. 9. ex mente Napod. in Consuet. prima de Iur. congr. in verb. emis. num. 8.*

**17** Minus etiam obstat, quod hac via Baro restringeretur de re sua disponere contra *tex. in l. Dudūm C. de contrab. emption.* quia ille *tex.* non procedit, vbi considerari potest aliquo modo quale quale interesse retrahentis, vt *Roman.* posuit in *conf. 21. post n. 5. cum seq.* quod interesse potius consideratur in casu nostro vltra prædicta dum vasalli exeunt, licet temporaliter, à dominio, siue regimine proprij Baronis, qui pater dicitur vasallorum, vt testatur *D. de Franch. decis. 197.* & subiiciuntur conductori, qui vti extraneus, & mercenarius aliud non quæreret, nisi excoriare, seu deglubere vasallos non suos, & isti dicuntur oppressores, & extinctores vasallorum, vt considerauit *Luc. de Penn. in d.l. prima C. de capit. ciu. censib. exim. lib. 11.* & si *tex. in d. l. Dudūm* non procedit in alienatione feudi, similiter in affictu non obstat, concurrente interesse vasallorum considerabili tam in alienatione, quam in affictu, vt dicitur est, vltra quod dici potest, ex hoc non impediri dispositionem rei suæ, quoniam initio iam cōtractu competit prælatio, siue ius redimendi, in quo

non consideratur interesse locatoris disponentis, & in casu nostro quod ad Baronem locatorem versatur potius utilitas, quam damnum, cum offeratur eadem quantitas promissa in affictu per conductorem, & transfertur eidem Baroni ius creandi officialem, prout in casu domanij, & libertatis revertitur ad Regem.

**18** Et quoniā articulus Iuris est, absq; termino, & dilatione decidi poterit, vt Vniuersitas à vexatione Conductoris liberari possit, nec inquirendū est, an Vniuersitati expedit, cū in hoc sufficiat deliberatio facta in pleno Consilio, & utilitas est euidentis ex omni parte, quoniam aut ex redditibus percipitur quantitas promissa Baroni, & sumus in claris, aut vero aliquid fortè deficet, & resultat beneficium Vniuersitati, & ciuibus ex alio, quoniam liberabuntur à manu Conductoris, qui fretus in perceptione prouétuum vasallos omnes excoriare quereret sine difficultate, vt experientia docuit, vltra quod Ciues nomine particulari se obligant extrahere Vniuersitatē ab omni danno. Ex quibus certè reor, religiosissimos Iudices ratione, & omni æquitate pro Vniuersitate sententiam dūcturos.

*Huius causæ expeditio non fuit prosequuta, sed in causa Vniuersitatis Aquaeuiae die 24. Octobris 1611. referente tunc Regio Consiliario Tapia, nunc autem Regia Cancellaria Decano meritisimo Marchione Belmontis fuit iudicatum, Vniuersitatem esse præferendam in locatione facta ordine Sac. Conf. vt in bāca Galterij. Et in illo processu fuit productum aliud exemplum causæ decisæ per illum eximium Regentem, & omni æuo memorandum Fuluium Constantium Marchionem Corleti, vti delegatum. Et per has etiam rationes decisū in alia causa refert doctissimus, & integerrimus Regens Routius in Pragm. 64. de offic. procur. Cœs. sur.*

*Sar. num. 31. & decisum etiam refert  
Episcopus Riccius in decis. 236. vol. 3.  
& de anno 1622. fuit etiam concessa  
prælatio omnibus Terris Sac. Hospi-  
talis Sanctissimæ Mariæ Annuntiatæ  
in banca de .....*

## ARGUMENTVM.

Restitutionē in integrum ex minorum priuilegio inducetam in multis distingui ab ea, quæ ex clausula generali ducit originem.

Hinc primi beneficij restitu-  
tionem minori competere ex sola læsionis allegatione vñā cum aliquot alijs obser-  
uatione dignis, de quibus in summario, nimis satis lucu-  
lenter demonstratur.

## S V M M A R I V M .

1 Restitutio in integrum aduersus omis-  
sas probationes, quæ in Regno appelle-  
latur primum, & secundum benefi-  
cium, competit minori.

2 Et peti potest infra quadriennium,  
post completam perfectam etatem, idest 18. annorum in Regno.

3 Ceterū huius quadriennij cursus  
non incipit statim completa minori  
etate, sed à die scientie; etiam si scien-  
tia meta fuerit decursa, & n. 10.

4 Restitutio predicta nūm cōpetat mi-  
norī post conclusum in causa.

Pro opinione negatiua stat decis. Affl.  
210. fundata super traditione Al-  
berici, quæ se bene pōderetur, & cau-  
sius distinguatur, contrarium sua-  
det, & coraprabat, ut num. 7. vbi af-  
fertur punctualis Andr. decisio.

5 Restitutio in integrum ex clausula

generali si qua milii iusta causa vi-  
debitur ex capite ignorantiae com-  
petit etiam maiori, & sic data scien-  
tia excluditur.

Denunciatio vbi non requiritur, ibi  
specifica scientia non est necessaria.  
Et sufficit præsumpta.

Ignorantia dissoluta, crassa, & supi-  
na distinguitur à verosimili, iusta,  
& probabilitate num. 11.

Actor præsumitur potius scire, quam  
ignorare merita cause.

Rom. consil. 181. adducitur ad præ-  
sumendam Domini scientiam ex il-  
la Procuratoris ibid. in fi. sed si recte  
examinetur, & distinguatur, nequa-  
quā in praesenti casu hoc probabit, ut  
nu. 12.

6 Scientia patris, qui est legitimus ad-  
ministrator, & soluendo, offici filio.  
Sicuti Tutoris pupillo, sed declara, ut  
infra. num. 14.

Restitutio ex clausula generali est re-  
medium subfidiarium.

7 Minorem lædi ex sententia, vel ex  
probationibus omissis in minori etate,  
diuersa sunt, & penitus distincta.

8 Minor maior factus non dicitur tem-  
poris cursu alienationem ratam  
habuisse.

Nisi specificam scientiā habuerit cum  
omnibus suis qualitatibus.

9 Anni vnius terminus à die denuncia-  
tionis decurrentis statutus est de-  
iure Regni ad petendam rem iure  
congrui.

At inspecta Consuetudine Neap. non  
requiritur denunciatio, & anni cur-  
sus incipit à die scientie.

Quæ non erit satis, si sit generalis, &  
in confuso, sed requiritur certa, &  
plena.

Scire non dicitur actæ rei ignorans  
qualitates.

Scientia præsumpta non sufficit, &  
num. 13.

.... non præsumitur circa qualitates,  
quas callere quis debet, ut sibi infe-  
rat præiudicium.

10 Restitutio quadriennij datur ex læsonis  
causa.

Con-

- Confessio in ciuibys non scindiatur.*
- 12 *Scientiam Procuratoris esse Domini scientiam nō est ut quequaque vera huiusmodi assertio.*
- 13 *Ignorantia probabilis ex quibus excludatur.*
- 14 *Restitutio ex clausula generali si qua iusta causa mihi videbitur, mulum differt ab ea, quae competit minori ratione etatis.*  
*Prior competit etiam maior, ut in exemplo hic commemorato.*  
*Nec non minori, ut in exemplis hic registratis.*  
*... nullam de minori etate habet rationem, sed in aequitate fundatur, probata etiam lesionē.*  
*Posterior competit minoribus ex ipsorum priuilegio, nulla causa, vel lesionē probata, cūm satis sit illius allegatio, & n. 15.*  
*Quadriennij commemorati concessio quō tendat?*  
*Prior competit in subsidium.*  
*Et ideo Tutoris scientia nocet pupillo in huiusmodi restitutione, quae datur ex clausula generali.*  
*Posterior non item, cūm hæc respectu quadriennij competat simpliciter.*  
*Hac de re hoc remedium quamuis sit extraordinariū, concurrit nihilominus cum ordinario, & non dicitur subsidiarium, & n. seq.*
- 15 *Minor habet electionē agendi aduersus tutorem actione tutelæ, quod est remedium ordinarium, vel implorandi auxilium restitutionis in integrum, quod est remedium extraordinarium.*  
*Nec uno electo alterum tollitur.*  
*Neque pariter excluditur dicta restitutio ob tutoris diuitias.*  
*Remedium extraordinarium quando pinguius prouidet, nō cessat propter ordinary existentiam.*  
*Tutelæ actio non datur aduersus Tutorem, si laesus reperiatur pupillus absque dolo, & culpa illius.*  
*Tutor in dubio præsumitur recte administrasse.*
- 16 *Restitutio, quæ datur minori, competit tām in contractu, quād in iudicio. .... cessat in bis rebus, quæ sunt modici præiudicij.*  
*Instantia peremptio dicitur res modici præiudicij.*
- 17 *Pupillo non datur regressus aduersus tutorem, si sit persona, cui reverentia debeatur.*  
*Nec pariter filio aduersus patrem negligenter.*  
*Restitutio in dubio est concedenda.*
- 18 *Decisio.*

## Pro Principe Tarsiae.

## CONSILIVUM XLV.

- 1  *Rinceps Tarsiae petit restitutionem in integrum aduersus probationes omisias in minori etate tempore, quo Princeps pater pro eo litem instituerat contra Principē Cariati pro solutione ducatorum triginta millegatorum à Ducissa Castrouillarum, & proinde concedi primum beneficium, idquè fundatur ex tex. in l. minor omisam ff. de minor. vbi Doctor. passim, l. nam & postea S. si maior ff. de iureiur. cap. auditis, & c. coram de rest.*
- 2 *in integr. ad quam restitutionem petendam factus maior habet quadriennium l. final. vbi glos. in verb. excipiat C. de rest. in integr. & in l. final. C. de tempor. in integr. rest. quod quadriennium licet regulariter competat post completum annum 18. vt per glos. in Const. minorum iura in verb. in integrum restitutionis, non tamen statim incipit currere completa minori etate, sed à die scientie, auctoritate Bald. in l. falsam nu. 3. C. si ex fals. caus. Castrensi. in l. final. C. de dolo, Abb. in cap. 1. in fin. de prescript. Alex. cōf. 71. col. final. lib. 1. & cons. 223. lib. 2. Dec. cons. 42. in fin. vers. nec obstat, & cons. 303. num. 7. Borgnini. Caualcan. de tutori. num. 142. cum seq. Besc. cons. 12. n. 61. Surd.*

# Consilium XLIV.

361

*Surdus conf. 176. num. 13. vol. 4. innumeros allegat, & sequitur Sforzia Od-dus de restit. quest. 20. artic. 4. num. 37. & 39. etiam si centum anni pertransirent secundum præcitos Doctores, Alex. conf. 116. num. 2. & seq. lib. 5. vbi de communi, Boer. dec. 39. num. 4. Tiraquell. de retract. lignag. §. 35. glof. 4. num. 4. refert decisum Afflict. dec. 329. & denique accedit Peregr. conf. 103. num. 58. lib. 3. in quo non insisto, cum sint principia absoluta, & citra controversiam.*

**4 Exaduerso tria opponuntur.**

Primò, restitutionem prædictam infra tempus quadriennij non competere, quando cum minore fuerit in causa conclusum, vt in casu nostro, teste *Afflict. in decis. 210. post num. 4. vers. tandem ex doctrina Alberici,* quem allegat in l. 3. §. primo ff. de minor.

5 Secundò, dum Princeps Tarsiæ intendit restitui, elapo iam quadriénio à tempore, quo fuit effetus maior, non ex priuilegio minoribus concessò, sed ex clausula generali *si qua mibi iusta causa videbitur*, & sic ex capite ignorantia à petita restitutione excluditur, data scientia litis iam probata tam per testes, quam ex depositione eiusdem Principis actoris, nec requirenda sit specifica scientia in casu nostro, dum denunciatio non requirebatur *Oss. decis. 176. num. 4. & Magon. decis. 40. num. 6.* & admittenda sit propterea præsumpta scientia ex *Sforz. ead. quest. 20. num. 47.* & præsumi debet cum suis qualitatibus *Dec. conf. 221. tantò fortius, cùm faciliiter Princeps potuisset de omnibus certificari à Procuratoribus, & Advocatis, qua ratione dum ignorantia processit ex negligentia allegatis, non probata diligentia sciendi dicetur potius ignorantia dissoluta, cùm debeat esse verisimilis, iusta, & probabilis, non crassa, nec supina ex traditis latè per Tiraquell. d. §. 35. glof. 4. num. 34.*

*Barbosa in l. quia tale num. 61. ff. solut. matrim. maximè cùm Princeps sit actor, qui restitui petit, cùm præsumatur potius scire, quam ignorare, merita causæ Rota Bononiens. Benintend. decis. 69. num. 3. & 7. & debuit diligentiam adhibuisse, stante scientia sui Procuratoris ex interuallo, quod intercessit septem annorum ex traditis per Roman. conf. 181. num. 7. & 8. allegando tex. in cap. exposuit circa fin. de dilation.*

6 Ultimò, stante lite inchoata à Princepe Tarsiæ genitore ut legitimo administratore, illius sciētia, quæ inficiari non potest, nocet actori etiam data ignorantia ad instar scientiæ tutoris, cùm pater ipsius soluendo fuerit, cuius Princeps actor est hæres ex testamento ex clausula generali sit remedium subsidiarium ad tex. in l. proprandum in fin. C. de iudic. *Ruin. conf. 119. num. 18. lib. 5. Roland. conf. 10. num. 19. lib. 2. Ihesaur. decis. 103. num. 9. & Sforz. d. quest. 20. artic. 4. num. 42.* quæ tamen obiecta ex infrascriptionis facillimè diluuntur.

7 Primum namque resoluitur ex eadem doctrina *Alber.* quem *Afflict.* allegat in d. l. 3. vbi totum oppositum confirmat, distinguendo, si minor sit laesus ex sententia tantum, tunc non restituatur, si vero laesus dicatur, quia probationes omisit in minori ætate, vt hic, tunc restituitur, licet fuisset conclusum in causa, quemadmodum *Vrfill.* aduertit in *eadem decis. 210.* qui licet voluerit tueri *Affl.* vt eius dictum procedat, quando essent elapsi quatuor anni ad petendam restitutionem, id tamen asserit dubitanter per verbum *nisi forte*, & intelligi debet hæc saluatio, data scientia ex parte petentis restitutionem, de qua in secundo dubio dicemus, quodque non obstante conclusione facta in causa detur restitutio prædicta quoad probationes omissas docuit *Isern.* in *Con-*

*H h sti-*

*stitutione obscuritatem colum. 4. vers.  
nunquid ergo post conclusionem, &  
idem Afficit. sequitur ibidem num.  
12.*

**8** Quod ad secundum obiectum faciliis est responsio, & resolutio prætentorum ex aduerso, licet enim specialis scientia tunc requiratur, vbi pro forma dari debet notificatio, seu denunciatio, non ideo sequitur regula generalis, & perpetua, vt in nullo alio casu ita specifica requiratur, etenim minor maior factus non dicitur cursu temporis ratificasse alienationem, quamvis notitiam alienationis in genere habuerit, nisi etiam ipsius alienationis tenor in cunctis partibus sibi innotuerit, & sic explicitè cum omnibus suis qualitatibus *Natta conf. 162. num. 32. & 34. vol. 1. Corn. conf. 207. num. 8. lib. 1. Oſast. sequitur decif. Pedem. 179. num. 13. Ruin. conf. 63. num. 24. lib. 1. Paris. conf. 47. num. 97. lib. 1. Crauett. conf. 197. num. 14. Gabriel. conf. 36. num. 60. lib. 1. Menoch. conf. 439. num. 41. Surdus conf. 105. num. 37. & 38. & conf. 150. in fin. lib. primo.*

**9** Pariter licet ex *Constitutione Regni Sancimus* ad petendam rem iure congrui statutus sit terminus vnius anni decurrenti à die denunciacionis facte, in Ciuitate tamen Neapolis non requiritur denunciatio, sed currat annus à die scientiæ, vt in *Consuetud. prima de iur. congrui*, quo casu non sufficit scientia generalis, sed requiritur certa, & plena, vt *Napodan. tradit in eadem Consuetudine*, sequitur *Prosper Rendella de iure congrui* fol. 285. vers. ex aliquo contractu num. 6. & 7. Scientia namquæ debet esse de omnibus particularitatibus, & substantialibus, vt tempus dicatur currere *Ant. de Alexand. & Pisanell. in d. Confuet. fol. 333. liter. B. & C.* nec sufficit in confuso, cùm debeat esse perfecta cum qualitatibus totius negotij glof. in cap. concertationi de ap-

*pell. in 6. Alex. conf. 114. colum. secunda lib. 1. Surd. d. conf. 150. & scire non dicitur, qui qualitates actæ rei ignorat Caualc. dec. 12. nu. 37. Mascar. concl. 1201. num. 7. & 1293. num. 13. præsumpta autem scientia non sufficit, licet in contrarium adducatur *Sforzia d. num. 47.* qui sequitur *Menoch. id perfunctoriè dicentem de recip. poss. remed. 15. nu. 116. allegando Soc. iun. in conf. 37. lib. 4. num. 18. quid non dixit in loco prædicto, nec alibi, & scientia non præsumitur circa qualitates, quas scire debet, vt sibi præiudicet *Surd. optimè in conf. 7. nu. 40. & seq. vol. 1.***

**10** Amplius quamvis Princeps depo fuerit, habuisse notitiam litis institutæ à patre, & processum, & acta videre potuisse, ex hoc suppleri non dicitur defectus probationum non factarum, & sic ex eo solo, quod litem agitatem à patre tempore minoris ætatis non ignorabat, non deducitur scientia, nec vera, nec præsumpta quodad probationes extra processū, & scripturas existentes penè patrē, quæ indigent comprobatione, inferri tantum posset ad scientiam omnium, & singulorum, quæ deducta fuerant, quāuis assumptum præsumptæ scientiæ militaret, cùm verò nouissimè innotuerint prædicta deducenda cum scripturis prædictis, ex tunc currere incipit quadriennium, qua ratione ex communi sententia receptum est, tempus petendi restitutionem non currere à die maioris ætatis, sed à die scientiæ læsionis *Dec. conf. 42. in fine, & conf. 36. sub num. 9. Boer. d. decif. 39. sub num. 7. Ruin. conf. 143. numer. 15. volum. 4. Bald. in eadem l. falsam, Soc. iun. conf. 70. numer. 26. in fin. & numer. 31. lib. prime Alex. conf. primo num. 14. lib. 4. Rota Roman. in decif. 1442. par. 3. Caldas in l. si curatorem babens in verb. infra legitimum tempus num. 3. Bursat. conf. 160. num. 74. vol. 2. latè*

2. latè *Auendan. de exequend. mandat. par. 1. cap. 12. num. 26 .vers. facta tamen, & restitutio quadriennij datur ex causa læsionis, tradit Roman. conf. 123. num. 5. & conf. 369. num. 35.* de probationibus autem non factis depositus Princeps cum iuramento, notitiam habuisse tempore supplicationis per ipsum oblatæ, non ante, & sic scientia læsionis, & defectus probationum faciendarum allegari non potest ex depositione prædicta, quæ ansuper tanquam vnica confessio in ciuilibus non scinditur glos. in l. si quidem C. de exception. Isern. in cap. primo num. 11. de controu. inuest. Io. Faber in S. item si quis in fraudē Inst. de actionibus, Boer. dec. 243. & 339. nec de alia scientia in genere deponat de ipsorum iudicio, considerantes litem institutam in sui beneficium notabilis quantitatis, ex qua iudicant, scientiam induci potuisse, quæ inferri non potest ad scripturas penes patrem existentes, & sic ad probationes exinde necessariò faciendas resultantes ex visura scripturarum.

11 Nec supina ignorantia poterit applicari in persona Principis actoris, cùm nō teneretur perquirere à patre, vel Aduocatis, quæ scripturæ fortè in processu deficerent, & sic neque probationes faciendas ad confirmationem illarum, licet in genere litis ignarus non esset, cùm insuper debuisse confidere de persona patris, & Aduocatorum, & sic non cogitabat, nec cogitare debebat se læsum in dictis probationibus faciendis, cùm verò prædicta deducenda innotuerint, quæ in processu inuenire non potuisset, & eius genituræ inuentæ statim instetit pro termino primi beneficij, sicutq; læsio causata ex alijs extra processum sufficiens est ad restitutionem obtinendam.

12 Nec est facienda vis, quod potuerit informari à Procuratore litis,

de quo loquitur Roman. in dicto cons. 481. quoniam persona Procuratoris non est tantæ considerationis, vt ab eo sciri potuissent scripturæ non productæ, & probationes faciendæ, vt experientia docet. Insuper non est verum, scientiam Procuratoris esse scientiam Domini, vt fundat Angel. in l. item veniunt S. peritum il secundo de petit. hæred. maximè in ijs Dominis, qui omnia gerunt per Procuratores Surd. cons. 28. num. 102. lib. 1. & cons. 566. num. 4. lib. 4. immò ex hoc solo inducitur læsio, quod non ipse in iudicio fuit, sed tantum negotia à Procuratore tractata fuerint, vt tradit Menoch. consil. 932. in fin. & demum Roman. loquitur, principalem potuisse informari à Procuratore de his, quæ à Procuratore gesta fuerunt, at in casu nostro cùm agamus de scripturis existentibus penes Principem patrem, & de probationibus faciendis ad illarum comprobacionem, rectè dicimus, nec Procuratorem scientiam habuisse, nec cum illo diligentiam adhiberi debuisse de prædictis ex processu non apparentibus.

13 Quod si penes se Princeps scripturas longo spatio habuisset, quas legisse præsumeretur, tunc non esset probabilis ignorantia Natta dicto cons. 162. post num. 44. Surd. decis. 4. num. 7. aut si probatum esset, illas vidisse, & legisse Ripa in cap. cùm M. Ferrariensi. num. 132. de const. Ant. Corseti. in singularibus in verb. confessio num. 5. vel si scripturæ prædictæ detentæ per patrem longè ante defunctum fuissent deinde penes hæredem Aret. cons. 15. in fin. Tiraquell. dicto S. 35. glos. 4. num. 33. Benintend. d. decis. 69. Rote Bononiensi. circa finem, & latius prædicta commemorat in alia decis. 71. nu. 6. Sforz. de restit. quest. 8. art. 10. in decimo, & ultimo casu, quæ in casu nostro consideranda non sunt tanquam non-

Hh 2 de-

deducta, nec ex aduerso probata, & à veritate aliena, maximè cùm sumus in causa graui, & magni pondereis, in qua scientia præsumpta non sufficit, sed certa, & clara requiritur ex glo. in d. cap. concertationi, vbi Geminian. tradit Alex. conf. 14. num. 4. lib. 1. & Felin. in cap. quod ad consultationem de re iud. & sic non data plena scientia, vt requiritur, circa prædicta omnino restituendus est Princeps ad petitum primum beneficium.

14 Quod ad ultimum partis obiectum pro resolutione est aduertendum primò, quod text. ex aduerso cōsiderati non sunt applicabiles ad casum nostrum, si enim ageretur de restitutione, quæ datur ex clausula generali *si qua mibi iusta causa videbitur*, putà ignorantia, absentiæ, aut alterius impedimenti iuxta tex. in l. 1. ff. *ex quibus caus. maior.* quæ ex iustis causis prædictis datur etiam maior, veluti aduersus præscriptionem longi téporis, de qua loquitur Tbesaur. d. decif. 103. num. 5. cum sequ. allegans Benintend. d. decif. 69. & Roman. etiam tradit in. conf. 149. in fin. Ruin. d. conf. 143. num. 16. aut si minor successerit patri, & lapsus esset tempus adeundi ob aditionem non factam ab eo, cui successerit, de quo etiam Ruin. conf. prædicto 119. num. 21. cum sequ. lib. 5. siue in pacto redimendi elapsi defuncto competenti, & in hac specie restitutionis possent procedere in contrarium allegata, vt præcedere debeat discussio contra tutorem ex mente Bart. quem allegant in l. qui duos num. 7. ff. de reb. dub. ea ratione, quia restitutio ex clausula generali nullam habet rationem de minori ætate, sed dumtaxat ex æquitate fundatur in iusta causa ignorantia, absentiæ, vel alterius impedimenti, probata etiam lœsione Surdus decif. 4. num. 12. latè Mandel. Alb. conf. 229. à num. 17. ad

finem, Iosepb Ludou. decif. Perus. 55. num. 21. In casu autem nostro agimus de quadriennio concessio minoribus, non ex clausula generali aduersus negotium gestum cum defuncto, sed vti minoribus ex ipso forum priuilegio, alia causa, vel lœsione non probata aduersus ea, quæ cum ipsis minoribus, vel cum tutoribus eorum gesta fuerunt, & hoc quadriennium concessum per text. in l. final. C. de tempor. integr. restitu. subrogatum est loco illius vitis anni de iure antiquo concessi cuilibet minori effecto majori, vt disquirere possit gesta tempore minoris ætatis, & deliberare, si illa approbare, vel improbare sibi expedit, vt considerat Surdus decif. 136. colum. ultima, ideo optima ratione statutum est, vt quadriennium non incipiat currere, nisi à die scientiæ lœsionis, & sumus in restitutione concessa minori ex priuilegio minoris ætatis, seu simpliciter ex iusta causa à iure introducta absque alia probatione quod ad gesta tempore minoris ætatis, & sic ex edicto minoris fundata tantummodo in lœsione allegata, quo casu scientia tutoris non tollit eam, & est vera distinctio prædicta relata per Sforziam de restitut. quest. 22. art. 4. num. 28. quam Pars vti authoritate carentem impugnare conatur, & illam comprobat Ruin. in d. conf. 119. colum. penult. num. 21. & Roland. eod. conf. 10. num. 22. vers. nec obstant, taliter declarantes conf. Aret. 161. aliás 160. quos refert Caualcan. de tute re num. 100. vers. nam eorum dictum, & vers. & solum minori, Mandel. eod. conf. 229. & Sforz. etiam quest. 3. art. primo num. 5. ratio est in promptu, quia ideo scientia tutoris nocet in restitutione, quæ datur ex clausula generali, ex quo restitutio prædicta non competit, nisi in subsidium, minori autem ex sex. in d. l. fin.

*l.fin.* competit simpliciter restitutio quadriennij, ideo hoc remedium extraordinarium non dicetur subsidarium, sed concurrit cum ordinario, docuit Natta in cons. 492. vol. 3.

15 Amplius, & secundò, potest optimo iure defendi opinio contra Bart. tāquam communis, vt minor habeat electionem agendi contra tutorem, remedio ordinario, vel in integrum restitutio auxilium implorare, nullo ei per electionem præjudicio generato, probat *tex.* in *l.fin.* C. si tut. vel curator. interu. & competit eidem minori restitutio, nulla distinctione adhibita, an tutor sit soluendo, tradit *Aret.* in specie contra Bart. absque alia intelligentia in *d.conf.* 160. à num. 4. *circum fin.* vers. secundò hoc suadet, & propriè post num. 6. vers. secunda conclusio, securus *Bald.* & *Angel.* per *tex.* in *d.l.fin.* qui procedit etiam in iudicijs, vt ibi *glos.* notat, idemq; *Aret.* in posuit in *l.* *Pantonius ff.* de acq. hæred. hanc opinionem *Aret.* tanquam veteriorem, & communioram amplectitur *Viuus decis.* 501. lib. 3. num. 14. in *fin.* cum seq. & num. 17. allegans insuper *Specul.* in tit. de *emphyt.* num. 24. & *Fulgo's conf.* 7. num. 4. vers. ad tertium, quos *Roland.* non allegat, & sequitur *Sforz.* in quæst. 89. art. 9. num. 84. in quinta ampliacione, & notabiliter cōprobat *Hartman.* *Pistor.* quæst. 12. per tot. referēs, fuisse decisum pro minore restituto ad probandum sine alio læsionis documento, quamvis tutor soluendo fuisse, licet diuersum putet in Procuratore; cuius munus est voluntariū, tutores verò coactè tutelam suscipiant, vbi videndus est, ideoque concludunt, hoc remedium extraordinarium concurrere cum ordinario, cùm detur contra diuersos, veluti restitutio contra conuentos, actio tute lœ cōtra tutorem ex *tex.* in *d.l.fin.* vbi Bart. in *l.* in provinciali num. 4. vbi *Ias.* in *fin.* ff. de nou. op. nunc. & alij relati per *Surd.* *conf.* 95. nu. 20. cum duo-

bus seqq. vol. primo, & rursus, quando restitutio pinguius prouidet, vt p. *glos.* *fin.* *l.* *vlt.* C. si aduers. rem iud. *Bar.* in *l.* *Aemilius* num. 3. ff. de minor. *Cald.* in *d.l.* si curatorem in verb. implorent nu. 5. vers. limitatur etiam, & *Pistor.* in *d.* quæst. 12. num. 14. vt in hac specie, quoniam in restitutio minor relevatur à probatione læsionis, & sic faciliiores probationes admittuntur, docet *Bar.* in *d.l.* in provinciali post num. 4. vers. si non est famosum, & contra tutorem esset probanda læsio causa ta eius dolo, vel culpa, aliàs non teneretur *Curt.* iun. in *l.* si ex scissis *C.* de transact. cùm in dubio præsumatur recte administrasse *Menoch.* *conf.* 22. num. 7. lib. 1. item euitatur discussio, & saluat in casu nostro causam, & bona paterna pertinentia ad Principem hæredem.

16 Tertiò, restitutio, quæ datur minori in contractibus omisso tutore, etiam soluendo ex *tex.* in *d.l.fin.* C. si tut. vel curat. interu. procedit etiam in iudicilibus, quando ex lapsu temporis actio salua non remanet, veluti si non sunt producta instrumenta, vel testes (sicut in casu nostro) dicit *glos.* in *ead.l.* final. & sic succumberet, cùm tractetur de magno præjudicio; secùs verò si ageretur de modico præjudicio peremptionis instantiae, ex quo tunc iterum agere posset, ita *Bart.* in *d.l.* in provinciali post num. 3. sic declarando *tex.* in *l.* properandum *S.* final. *C.* de iudic. vbi latius *glos.* *Aret.* in *d.* *conf.* 160. *glos.* in *Conf.* minorum iura in verb. *Procurator.* *Balb.* de *prescrip.* 6. par. num. 39. *Surd.* *d.* *conf.* 95. in *final.* verb. & *Pistor.* *ead.* quæst. 12. num. 12. quemadmodum secundum prædicta fuit iudicatum per *Regiam Camerā.*

17 Ultimò ad confirmandam limitationem traditam per *Sforziam quæst.* 22. art. 4. sub num. 30. vt regressus nō detur contra tutorem, quādo est persona, cui reverentia debetur (quam Pars absque valida ratione subterfu-

gere conatur) afferit vltra allegata per Sforziam doctrinam Aret. in cod. cons. 160. post num. 8. vers. in casu autem nostro, vbi etiam supposita vera opinione Bar. in d.l. qui duos, fundat, non dari regressum filio contra patrem, negligētem, nec restitutionem competere aduersus patrem tradiderunt Doctor. relati per Cald. in d.l. si curatorem in verb. lassis num. 155. quæ omnia tantò fortius procedunt in casu nostro, vbi Princeps est actor, in quo nulla calumniæ suspicio subesse potest, & in dubio restitutionem esse concedendam, inquit Cald. post alios in d. l. si Curatorem in verb. implorent num. 6. sicquè recte reor, à religiosis Iudicibus petitum beneficium esse omnino concedendum, &c.

18 Fuit iudicatum pro Principe Tarisia, exhibitis prius articulis.

### ARGUMENTVM.

**D**e Aerarij munere, & officio.  
Vbi præ cæteris demonstratur regulariter, non habere facultatem alienandi, nec Dominum obligationis nexu adstringendi, nisi in casibus particularibus hic annotatis.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Facti series, eiusquæ non indiligens animaduersio, & dilucidatio.*
- 2 *Ratificatio necessaria est expressa, uel tacita, ut quis velut aerarius, vel institutor, qui reuera non est, suum posse obligare principalem.*  
L.3. ff. ad Macedon. quomodo intelligenda.

Mādatū tacitū ex quibus inducatur.  
Contrabens scire tenetur conditionem illius, cum quo contrabit.

3 Aerarius non est de numero illorum, qui liberam habent bonorum administrationem.

Administrator cum libera equiparatur habenti speciale mandatum.

Aeraryj munus, & num. 4.

.... Domino præiudicare non potest, .... non habet facultatem alienandi, nec Dominum obligandi, & n. 4.

.... alienare potest res illas, quæ multum proclives sunt corruptioni, & n. 4.

Procurator cum libera potest pacifici, & pacificando Dominum obligare.

At generalis Procurator sine libera administratione prodeesse, & non obesse potest, et cum ratione.

4 Institor, aerarius, vel factor quando obligent Dominum, magistrali, que bic subiçitur, distinctione dilucidetur quæstio.

Vniueritas prouides Baroni de Camerario, seu aerario, & cum ratione.

### Pro Principe Casertæ.

### CONSILIVM XLVI.



X pluribus venit absoluendus Princeps Casertæ ab impetitione Petri Experti, & sociorum ratione frumenti eisdem venditi per Notarium Pomplium Baronem assertum ærarium.

I Primò, attentis his, quæ in facto deducta sunt pro parte Principis circa frumentum venditum, quod non ad ipsum pertinebat, sed ad Principissam matrem hæredem Principis prædecessoris, cuius ordine frumentum venditum fuit tanquam peruentum ex præcedenti recollectione ante mortem Principis, ut testes notati depoñunt, ex quibus dum actores assuerūt in eorū petitione, pecuniā solutam

utam Notario Pompilio cessisse in beneficium Principis, & frumentum similiter penes ipsum Principem remansisse, iudicium institutum corruit, quia nihil probatum est respectu frumenti, aut pecuniae, quod peruenissent ad Principem, quod erat fundatum intentionis dictorum actorum, & ex parte Principis probatum est contrarium, & insuper ad tollendas dubitationes fuit deductum, quod frumentum per Principem distributum suis vasallis peruenit ex sequenti recollectione anni 1595. & 96. post venditionem factam de mense Maij 1595. & sic praedicta venditio fuit facta frumenti recollecti in anno 94. ob quod prætensio Partis de distributione facta frumenti non procedit, cum non idem venditum, sed aliud frumentum sequentis anni fuerit distributum.

Secundò deductum est, Notarium Pompilium non fuisse aerarium moderni Principis, licet post mortem Principis patris absque ordine continuasset pro aliquo tempore, ut finem imponeret veteri exactioni, fuit quoque alias creatus aerarius, nec reperitur, Principi eidem Notario Pompilio commissionem fecisse, aut habuisse rata gesta per ipsum, ut ex facto patet; dum enim Notarius Pompilius nunquam fuit aerarius moderni Principis, non interest, quod fuerit praedecessor, quia ad obligandum Principem, qui eum non constituit, fuisse necessaria ratificatio expressa, vel tacita ex his, quae latè posuit *Innoc. in cap. ex parte Decani in princ. de rescript.* nec sufficit Parti, per testes deduxisse, Notarium Pompilium ut aerarium moderni Principis administrasse, & quod ita tenebatur, & habebatur, applicando sex. in l. 3. ff. ad *Macedon.* quoniam ex parte Principis contrarium fuit probatum, & ultra, qd illud intelligitur, si publicè ita habebatur, & sic contrahebat, & gerebat absque contradictione, vt latè dicitur, & notant *Doctor. in l. si instituta-*

*rem ff. si cert. petat. onus erat Partis insuper probare, quod hic prætensus aerarius, qui ad vendendum specialiter non fuit præpositus, quod vendere solebat, & emere, & alia similia gerere consueuerat nomine Principis, qui solitus fuisset eidem similia negotia vendendi committere, & ratificare facta ab eodem prætempore aerario, casus est in l. *Titianus*, quæ est l. *fin. ff. quod cum eo*, & latè declarat *Bald. in rub. C. de constit. pecun. num. 10.* & in *conf. 334. creditor indigens circa fin. vol. primo*, vel pars deducere debebat specificè, quod erat aerarius, quod pro tali publicè habebatur, quod merces, & fructus emebat, & vendebat, & quod Princeps sciebat, & non contradicebat ad fine inducendi tacitum mandatum, ita *Bar. in conf. 79. quidam vendidit circa fin.* & latè *Affl. decis. 308. post num. 4. vers. in contrarium, & num. seq.* his verò cessantibus in nihilo Princeps potest esse obligatus, & Pars scire debebat conditionem Notarii Pompilij, cum quo contrahebat vulg. l. *qui cum alio ff. de reg. iur.**

3 Tertiò aduertatur, quod etiam si Notarius Pompilius fuisset à Princeps creatus aerarius, adhuc Princeps ex facto venditionis frumenti non obligatur. Aerarius enim non est de personis, quæ liberaim habent bonorum administrationem, quas enumeraat *Bald. in l. vnicia num. 66. C. de confess.* quo casu administrator generalis cum libera æquiparetur ei, qui speciale mandatum habet, ut per *Iaf. in l. rescriptum S. fin. ff. de paci. per Affl. decis. 305. num. 4. & seq.* sed tantummodo videtur creatus ad exigendum, & conseruandum fructus, & talis potestas in creatione censemur data, ut tradit *Lanar. conf. 99. num. 6.* si igitur constitutus est ad exigendum, & re-colligendum, ut *Affl. decis. 129. num. 11.* nullo modo quoad alia Domino poterit præiudicare, ut ibi per ipsum. Insuper aerarius dici

dici non potest Procurator generalis, & quamuis generalis Procurator esset, quia non habet liberam bonorum administrationem, nō habet potestatem alienandi, & Dominū obligandi, nisi tantummodo alienare res illas, quæ de facili corrumpi possunt. *I. procurator cū glof. C. de procurat.* & *I. procurator totorū ff. eod. tit. vbi similiter glof.* Procurator enim cum libera potest pacisci, & Domino præjudicari *d.l. rescriptum §. fin. cum duabus ll. seq. ff. de paſt.* sed generalis Procurator sine libera administratione prodesse potest, sed non nocere, quia tantummodo videtur concessum benè gerere negotium, non malè secundū *glof. in l. nam & nocere, vbi Bar. notat,* & *cateri ff. de paſt.* & hic est fortior casus, quia si Procurator generalis Domino nō præjudicat, in casu quæstionis nostræ tanto minus ærarius, qui talem potestatem non habet.

- 4.** Denique, quia specialis potestas non apparet, nō potest dici creatus, nisi ad exigendum, recolligendum, vt supra, & pariter ad defendendum, prouidendum, & gubernandum, vt passim obseruari videamus indistinctè in omnibus ærarijs, his stantibus, causus noster cum distinctione resolutur, aut enim quis præponitur alicui negotiationi quæstuarie, & tunc Dominum obligat contrahendo eius rei gratia, ad quam præpositus est, non tamen omne, quod ab eo geritur, obligat Dominum, sed tantummodo si eius rei gratia contraxerit *l. quicunq;* *§. non tamen ff. de instit. actio. Dec. in d.l. si institorem ff. si cert. petat.* aut verò quis præponitur ad vnum negotium, & tunc similiter obligat Dominum vtili institoria actione ratione illius negotij particularis *l. in eum ff. eod. tit. si verò ( accedendo ad casum nostrum ) constituitur factor ad recipiendum, soluendum, prouidendum, etiā cum clausula cum potestate negotiādi, & omnia alia faciēdi, &c. quod est fortius, & tunc Dominum non*

obligat, nisi quatènus oportuerit emere, vendere, & negotiari pro sustentatione rei, & hoc modo possunt procedere expēſæ, & solutiones, quæ fiunt per ærarios in molendinis, & alijs introitibus feudi, quæ necessaria sunt, quia videtur cōmissa gubernatio, & omnia, quæ sequuntur necessariò ex ea pro gubernio, in cæteris autē, & in puris redditibus Dominum non obligat, nisi quatènus in eius vtilitatem versum sit, quia videtur tantummodo commissa administratio vtilis, & necessaria Domino, & nihil potest alienare, nisi quæ de facili possér corrumpi, hæc omnia latè distinguendo posuit *Io. Faber*, qui erit omnino vindicandus in *§. si igitur num. 7. cum sequ. & num. 11. Instit. quod cum eo,* contrahens enim scire debebat se contrahere in causam permittam, & plus credere non debebat, quām erat necessarium iux. *tex. in l. final. ff. de exercitor. actio.*

Etenim quilibet Baro debet habere ab Vniuersitate vnum Camerarium, seu ærarium necessariò, qui exigat, & conseruet vītualia feudi mediante solito salario, & talis persona assignari debet ab Vniuersitate ipsius periculo etiam ad tollendam controuersiam circa electionem personæ, cui non conueniat talia exercere iuxta *cap. Regni* incip. *Item collatores*, quod licet loquatur in Cameraario assignato p seruitio Curię, procedit etiam in beneficium Baronis, vt declarat *Capyc. latè in decis. 118. d na.* 3. est benè verum, quod ærarij solent seruire, exigere, conseruare, distrahere, & vendere, & demum ratione reddere, vt latè *Frec. de subfeud. lib. 2. authoritate 37.* per totam, sed non ex hoc sequitur, quod habeant liberum arbitrium distrahendi, prout libuerit, sed tantummodo solent Barones vti eorū ministerio pro venditione fructuum feudi, & nō sine ratione *Frec.* vtitur illo verbo, solent uēdere, & quod absq; mādato Baronis possint nedūm vendere,

vendere, sed obligare Baronem pro ratione pretij recepti pro quantitate frumenti venditi, & non consignati nullo modo probari poterit, immo culpa attribuitur emptori, qui ærario soluit pretiū frumenti non consignati, quam consignationem emperor ipse procurare debebat.

Ideòq; cùm Notarius Pompilius à Principe non fuerit creatus, nec eidem talia negotia vendendi commiserit, cùmque ærarius simpliciter cōstitutus talem potestatem non habeat Dominum obligandi, nisi exigendi, gubernandi, defendendi, & ea faciédi, quæ pro conseruatione necessariò requiruntur, actores, qui pecuniā soluerunt non consignato frumento, quod amplius ad Principissam pertinebat, Principē molestare non possunt, cùm pro illius venditione necessarium fuisse mandatum, quod non apparet, nec expressum, nec tacitum, & nulla ratione demonstrari poterit, teneri Principem pro venditione facta ab ærario absque mandato de re, ut prætenditur, vendita, non cōsignata, & ad ipsum Principem non pertinente, & propterea ex his omnibus venit merito absoluendus.

*Princeps per M. Cur. Vic. fuit absolutus, & Actores appellationem prosequuti non fuerunt.*

### ARGUMENTVM.

Annum concessum emptori ad præstandum fidelitatis iuramentum, & recipiendum assecrationem à vasallis decurrentum post biennium ab expeditione assensus in forma Reg. Cancellariæ non incipere, nisi elapso prædi-

cto biennio, etiam si infra ilud, vel ab initio fuerit expeditus ex verbis eiusdem Pragmaticæ, item ex forma assensus, nec non ex alijs considerationibus qua ingeniōsè, qua perspicuè elicetur, & demonstratur.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Facti descriptio.*
- 2 *Assensus expeditus in formam Regie Cancellarie habet vim priuilegij, & inuestiture.*  
*Vassallus statim, ac Dominus ex parte sua adimplevit, fidelitatis iuramentum præstare tenetur, & num. seq. in fin.*
- 3 *Pragmaticæ ponderatio, & num. seq.*
- 4 *Dilatio finitur illius causa finita.*  
*Idquæ procedit in utraque dilatione, bominis scilicet, & legis.*  
*At hæc regula nō est applicabilis buic controuerſæ, ut inf. nu. 13.*  
*Dictionis post natura, & effectus, & num. 10. & 16.*
- 5 *Terminus præscriptus ad prosequendam appellationem an incipias currere elapso primo termino impartito ad appellandum, vel à die interposita appellationis. ibid. in fine, & num. 16.*
- 5 *Principis inuestitura secundum cōficiendines feudales erat necessaria in primo concessionario, ut fidelitatem præstare teneretur.*  
*Ceterum fidelitatis iuramentum non erat tempore coarctatum, & n. 7.*  
*Inuestitura in hoc Regno recessit ab Aula; verum illius loco successit priuilegium, vel breve testatum.*  
*Nec est necessaria in successore, in quo sufficit confirmatio veteris, & iusta possessionis vassalli successoris.*  
*Inuestitura nil aliud est, quam posseſſio.*

*vetus*

- .... *vetus confirmatur per iuramentum, quod præstant vasalli ipsorum Domino successori.*
- Vasallorum assicuratio successit loco inuestitura, seu confirmationis.*
- Et huiusmodi confirmatio est petenda infra annum, & diem.*
- Infra quem est denunciada mors feudatarij antecessoris.*
- Releuij solutio in hoc Regno est introducta in successore pro confirmatione, seu inuestitura.*
- Assicurationis literæ hodie in Regno non aliter expediuntur in primo cōcessionario, & illius successore.*
- 6 *Emptor feudi cum Regio assensu in hoc Regno iuramentum præstare non tenetur.*
- Iuramentum dumtaxat præstatur in feudo, quod successione queritur.*
- Fidelitatis iuramentum ut præstet emptor, & à vasallis assicuretur infra certum tempus fuit nouissimè introductum per Regiam Cancellariam, & deinde per Regiam Pragmaticam aliqualiter immutatum, & n. 14.*
- Assensus Regius sufficit, & aliud non requiritur, ut emptor remaneat ad strictus fidelitati, & seruitio.*
- Assensus, qui priùs expediebatur, unicantum clausula muniebantur.*
- 8 *Eiusdem Pragmaticæ ponderatio in contrarium, & n. seqq.*
- Tempus si sit indeterminatum pro aliqui actus explicatione, sufficit quo cunque tempore illum perfici.*
- At certo tempore præfixo non dicitur quis in mora, nisi eo tempore effluxo.*
- Quinimò est modico tempore expectandus.*
- 9 *Verbum quoduis tam in lege, quam in Pragmatica debet aliquid operari.*
- Voluntas dignoscitur à verborum expressione.*
- 10 *Hec duo iuris loca mirificè confirmat eandem D. Authoris sententiam.*
- 11 *Anni tempus post biennium ad præstandum iuramentum fuit concessum in favorem emptoris, idcirco nō*
- est restringendum.
- Assensus est gratia.
- Gratia super materia stricta coarctatur.
- Intelligendo, ut in expressis latissimè interpretetur, & sic in ceteris non expressis fiet restrictio.
- 12 *Assensus, qui per Req. Cancellariā in dies expeditūr bac obuallātur clausula, ut infra annum decurrēdūm à die lapsi biennij præstetur iuramentum.*
- Stylus Cancellaria, vel alterius Curiae, qui in decisionibus causarū declarat, & facit ius, ita ut leges scriptae, sīt attendendus.
- Forma consueta est seruanda, & ab ea minimè est recedendum.
- Iudex contra Stylum iudicando, facit litem suam.
- Stylus quando est redactus in scriptis habet vim statuti.
- Rex non debet angustare vasallos iuris ignaros propter angustiam temporis, & illus circumuenire.
- ... debet habere ratum quod fecit in assensus præstatione ibid. circa fin.
- 13 *Causa impulsua, quæ nō curatur, presumitur in dubio.*
- 14 *Anni tempus olim in assensibus in se rebatur ad præstandum iuramentum decurrendi à die expeditionis memorialis.*
- 15 *Temporis expectatio quando potest, vilitatem afferre, integrum tempus concessum erit expectandum.*
- 16 *Appellatio, & ipsius prosequutio currit de momento ad momentum.*
- 17 *Eiusdem Pragmaticæ solida, & ingeniosa ponderatio.*



## Pro eodem cum Barone Cassani.

### CONSILIVM XLVII.

**R**inceps Casertæ dūm egit cōtra modernum Baronē Cassani super solutione restatis pre-tij Terræ prædictæ fuit ab eodem Barone reconuentus ad recipiendum eandem Terram , & ad restituendam quantitatem solutam stante reuocatione contractus venditionis vigore *Constitutionis Constitutionem Diua memoria ob nullitatē assensu ex causa iuramenti fidelitatis , & ligij homagij non præstiti per prædecessorem Baronem emptorem infra tempus à Regia Pragmatica introductum.*

Allegat Baro, quòd licet statutum sit , vt emptor præstare debeat iuramentum fidelitatis , & recipere assencionem à vasallis infra annum decurrentum post biennium cōcessum ad expediendum assensum in forma Regiæ Cancellariæ, nihilominus si assensus fuerit infra biennium, vel in principio expeditus , annus prædictus non currit post biennium, sed à die expeditionis priuilegij assensus, & hoc attento à die expeditionis annus fuisset elapsus, & reuocatio facta ab emptore rectè processit; proinde articulus decidendus vertitur in eo , an currat annus circa præstationem iuramenti à die expeditionis assensus in forma Cancellariæ, vel post lapsum biennium , vt sic dilatio prædicta extendatur usque ad finem integrī triennij.

Princeps verò animaduertens, triennium non fuisse elapsum, cùm adhuc superessent viginti tres dies, porrecto memoriali in Collaterali Consilio allegauit , hoc onus præstationis iuramenti pertinere ad Baronem emptorem, qui adimplere pote-

rat absque impedimento, idcò vel iuramentum præstare debebat, vel prouideri, quòd tempus anni nōdūm elapsi non decurreret in damnum ipsius Principis, & remisso memoriali ad Sacrum Consilium, fuit interpositum decretum , quòd Baro infra decem dies præstet iuramentum ligij homagij , aliàs tempus non decurrat in damnum Principis , quatènus declarabitur, reuocationem nō subsistere.

2 Baro conatur fundare suam intentionem fortè infrascriptis medijs. Primo, nam licet per Regiam Pragmaticam sit statutum spatiū vnius anni ad præstandum iuramentum decurrentum post biennium , illud intelligendum erit , si priuilegium assensus ante biennium nō fuerit expeditum, quòd si iam ante biennium, vel in primo anno assensus fuerit redactus in formam Regiæ Cancellariæ, à die expeditionis decurrit annus alio spatio nō expectato ; siquidèm expedito assensu in forma Regiæ Cancellariæ, qui vim priuilegij obtinet, & inuestituræ, dicitur contractus perfectus, & quia Dominus ex parte sua adimplevit, vasallus debet statim fidelitatis iuramentum præstare iuxta tex. in cap. primo §. inuestitura de noua forma fidelit. & in cap. primo quid præcedere debe. inuest. an fidelit. & proinde annus prædictus à die expeditionis decurrere debet.

3 Et licet Reg. Pragmatica dicitet, vt iuramentum præstetur infra annum decurrentum post biennium , simili- ter expressè statuit, vt non priùs decurrat, quām consignatum fuerit priuilegium in forma Cancellariæ, ex quo duorum alterum, vel quòd clarè per Pragmaticam decidatur, vt decurrat annus expedito priuilegio ex verbis prædictis, vel si per Pragmaticam non est decisus hic casus , quoniam ante biennium fuerit assensus expeditus, remanet in dispositione iuris communis, secundūm quam vasallus statim perfecto cōtractu, & expedito

pedito priuilegio tenebatur iuramentum præstare ex supradictis.

4 Ad cuius confirmationem adducit regulam communem, quod finita causa dilationis finitur dilatio iuxta *tex. in l. si hæres ff. de acq. hæred. l. siue pars, vbi Bar. C. de dilatio.* quæ procedit tam in dilatione data ab homine, quam à lege, ut *Dœc.* dicunt in *l. fin. C. qui admitt. vbi glos.* ponit nonnulla similia, ex qua succedit, quod cum biennium sit concessum ad impetrandum assensum in forma Cancellariæ, & proinde post biennium datur dilatio pro iuramento præstando, expedito assensu, qui fuit causa dilationis, ex tunc à die expeditionis currere debet annus iuramenti præstandi, cù cœset causa dilationis ob assensum iam expeditum.

Et demum allegabit, non esse faciendam vim in illis verbis, v3. *infra annum decurrentum post biennium*., quoniam si Pragmatica habuit respectum ad expeditionem assensus, ab eo die currit annus non expectato bienio, & nō obstante illa dictione, post, quæ videtur denotare tempus bienij, & ipsius finem, quem contrahentes expectare solent pro expeditione assensus, ponderando doctrinā *Paul. de Castr. in d. l. final. C. qui admitti, & in d. l. si hæres num. 7. ff. de acquir. hæred.* quem alij *Dœc.* sequi videntur, in quibus locis tradit, quod si per statutum dantur decem dies ad appellandum, & post decem dies alij sexaginta ad prosequendum, quod tempus sexaginta dierū incipit currere à die appellationis, & non post decem dies datos ad appellandum, quamuis adsit illa dictio, post, si igitur Pragmatica respexit ad expeditionem assensus, ibi *ut non prius decurrat tempus, quam consignatum fuerit priuilegium, à die expeditionis computandus erit annus iuramenti præstandi.*

5 Sed substinendo partes Principis, quem defēdimus, apertissimè liquebit, Baronem fundare se non posse in

dispositione iuris, nec in intellectu Pragmaticæ.

Etenim de iure communi feudorum in primo concessionario requireretur Regis inuestitura, & is fidelitatem præstare debebat *d. cap. primo S. inuestitura de nou. for. fidel.* sed ad præstandum iuramentum non erat tempus præfinitum, vt infrà dicetur, in Regno autem non vtimur inuestitura, sed sufficit priuilegium, vel breve testatum *Iser. in cap. primo post nu. 3. vers. & sic videmus seruari in Regno quib. mod. feud. const. poss. & alij, quos refert Petr. de Greg. par. 2. quest. 4. nu. 2.* In successore verò similiter inuestitura nō est necessaria, sed requiritur tantummodo cōfirmatio veteris inuestituræ, & iustæ possessionis ipsius vasalli succedentis, quoniam inuestitura nihil aliud est, quam possessio, vt eodem loco posuit *Andr.* & in *c. sancimus il primo post num. 2. vers. ex hoc patet, & vers. hoc verò irrationaliter quo tempore miles,* quæ confirmatio intelligebatur, quando successori iurabant vasalli, & sic assecratio vasallorum successit loco inuestituræ, feū confirmationis, vt dicit *Andr. in d. cap. sancimus paulò ante nu. 3. & in cap. primo post num. 2. vers. maximè in Regno Siciliae de capit. Corrad.* & in *Constitutione minoribus col. 4. facta tam* denunciatione, vt per *Iser. in cap. primo post num. 6. de feud. cognit.* quæ confirmatio à successore debet peti infra annum, & diem ad *tex. in d. cap. primo de capit. Corrad.* Verūm insuper est aduertendum, quod ad petenda hominum vasallorum sacramenta non est tempus determinatū, & præscriptum; sed tantummodo ad denunciandum mortem est annus, & dies, vt expressè dixit *Andr. in Conf. post mortem vers. ad quæ petenda, quæ non intellexit Aff. in cap. primo §. firmiter de prohib. feud. alien. per Feder.* sicut notat *Modern. Liparul. ad Andr.* alios referens in *d. c. primo in princ. in verb. tēpus de capit. Corrad.* & proinde etiam

etiam feudatarius est requirendus à Domino, vt iuramentum præstet, cū licet debeat polliceri fidelitatem, pro iuramento tamen præstanto non est tempus determinatum, & in cap. primo, & secundo que sit prima causa beneficium. & habetur etiam in d. c. primo de capit. Corrad. & demùm in Regno in successore pro confirmatione, seu in uestitura introducta est solutio relevij, vt per Andr. in cap. primo §. sed & res nu. 11. per quos fiat inuest. Frecc. lib. 2. autoritate 3. in princ. num. 2. & 3. immò hodie facta denunciatione in actis infra annum, & diem, ac soluto relevio, non aliter expediuntur litteræ assecurationis, nec fit alia cōfirmatio, sed sufficit tantum descriptio in cedulario, & hæc in primo concessionario, & successore. In emptore

verò feudi similiter receptum est in Regno, vt iuramentum præstare non teneatur, quando emit cum Regis assensu, sed tantum pro feudo, quod successione queritur, sicut expressè posuit Isern. in c. si minori circa finem vers. non utimur si de feud. defunct. milit. in d. cap. primo §. sed & res num. 11. vers. quia in Regno Siciliæ, & in c. primo §. præterea si quis infeudatus in fin. vers. sic non limitatur de probib. feud. alien. per Feder. ubi Capyc. in vers. sexta conclusio, fuit tamen nouissimè introductum in Regia Cancellaria à tempore Eminētissimi Cardinalis Granuelæ, vt emptor præstet iuramentū fidelitatis, & assecuretur à vasallis infra certum tēpus, quod deindè fuit mutatum per Regiam Pragmaticā, vt inferius dicetur, ex quibus patet, quod citra Pragmaticam Pars fundare non potest, emptorem cōtractū perfecto, & in uestitura facta teneri statim ad præstandum iuramentum, quia de iure Regni emptor ad id nō cogebatur, nec tenebatur facta emptione cum assensu, qui sufficit, & requiritur, vt remaneat obligatus fidelitati, & seruitio, vt refert Minad. conf. 10. n. 39. auctoritate Andr. in c. 1. §. scriba de pro-

bib. alien. per Feder. & iam forma assensu, qui prius expediebantur, benè nota est, adiecta tantummodo clausula, scilicet, fidelitate tamen Regia, feudalique seruitio, & ad hoc, regisq; alijs, & alterius cuiuslibet iuribus semper saluis, & proinde, quia emptor alio iure non adstringebatur, non potest sumi argumentum de iure communi, cùm in alijs etiam casibus præstandi iuramenti nō sit tempus definitum, & de iure Regni, quod attendit, emptor erat liber à præstatione iuramenti, sed quoniā id ex forma Cancellariæ fuit introductum à tempore Cardinalis prædicti, & per nouellam Pragmaticā anni 1585. inhærendum est tantummodo verbis Pragmaticæ absq; alia interpretatione iuris, ex quo potius contraria dispositio resultaret.

7 Ex quibus redditur inane assumptu Partis, dum præsupponit, quod si per Pragmaticam casus iste non est decisus, quod remanet in dispositione iuris communis, cùm attento iure cōmuni in illis casibus, in quibus esset iuramentum præstandum, non est tempus præfinitum, & in emptore erat particularis decisio, & vius, vt iuramentum præstare non teneretur, igitur remanet videndum, quid disponatur per Pragmaticam, & assensum expeditum.

Si assensum intuemur, res est expedita, quia in eo expressè dicitur, quod iuramentū præstetur infra annum decurrentē à die lapsi biennij, adeò quod attenta hac clausula non est locus disputationi, cùm tam clarè loquatur, vt cauillari non possit, sed quoniam Pars prætendit, assensum debere intelligi iuxta Pragmaticā, videamus, an Pragmatica differat ab assensu, vel an sit intelligenda iuxta assensum expeditum.

8 Si verò verba Pragmaticæ attendantur, liquebit apertissimè, tempus anni prædicti nō decurrere, nisi elapsi biennio, cū expressè dicatur, tempus statutum in assensibus emptori-

bus præstandi iuramentum nō currat à die datæ memorialis, sed post bienium concessum ad expediendū priuilegium assensus in forma Cancellariæ, & sic definitur certum tempus, quod decurrere debeat post biennium, proinde sicut ubi tempus est indeterminatum, sufficit, quocunq; tempore fieri iux. *tex.* in *l.* qui fundū ff. de cōtrah. *empt.* per *Crauett.* *cōf.* 84. *n.* 13. ita quādo certum est tempus præfixum, non dicitur quis in mora, nisi eo tempore elapo, immò is est etiā modico tempore expectandus, vt post *glos.* *Bald.* *Roman.* *Alex.* & *Ias.* posuit *Purpurat.* in *l.* *vinum* *n.* 10. ff. si cert. pet.

9. Secundò, Pragmatica clare loquitur, vt decurrat tempus post bienniū, si modò id esset restringendū, vt decurrat à die expeditionis assensus, illa verba post biennium essent inutilia, postquam iam ab anno 1570. fuerat biennium cōcessum ad expediendū assensum in forma Cancellariæ, quod non est dicendū, cùm quodlibet verbum in lege, vel Pragmatica debeat operari ad *tex.* *vulg.* in *l.* si quando ff. de legat. primo, & postquā tempus expediendi assensum iam erat statutū, scilicet biennij, sufficiset dicere, quòd tempus prædictū currat non à die datæ memorialis, sed à die expeditionis assensus, si expeditio erat attendēda, & non lapsus biennij, & Prorex, si id voluisset, expressisset, expressit cōtrarium, nēpè vt decurrat post bienniū, ergò hoc est attendendum *l.* *vnica* *S.* si autem *C.* de caduc. tollen.

10. Tertiò, per Pragmaticā nō statuitur tempus anni simpliciter post bienniū concessum ad expediendū assensum, sed insuper prouidetur expressè circa cursū anni, vt tempus anni prædicti decurrat post bienniū, ideòq; nedūm conceditur annus post bienniū, sed progreditur vltra, statuēdo, vt annus decurrere non debeat, nisi post biennium, & sic respicit Pragmatica extremitatem temporis biennij, quo casu licet assensus sit expeditus, quia

adhuc supereft dies, tēpus prædictū non incipit currere, nisi ab ultima die biennij, casus est in *l.* in illa *Stipulatio-* *nes* *si Kalendis ff. de verb. oblig.* & in *l.* 4. *S. final. ff. de condit.* & demonstrat.

11. Quartò, hoc tēpus anni iuramenti præstādi post biennium statutū est nō in fauorem Regis, cui præstādum est, sed in fauorē emptoris, qui grauatur ad præstandum iuramentū prædictū, vt maiorem habeat dilationem, idcirco non est tempus prædictum restringendum, vt per *Bar.* in *l.* à *filio* *S. alam-* *no in princ. ff. ad Trebell.* & quia sumus in assēsu, qui dicitur gratia, propterea quāvis assensus sit stricti juris, & gratia super materia stricta restringatur, restrictio tamen fiet in ceteris nō expressis, sed in expresso latissimè interpretabitur, vt tradit *Camer.* ex mente *Iser.* in *c. Imperiale* *lit.* *G. fol.* *mibi* 62. ideòq; cū statuatur tēpus anni decurriendi post biennium, non est restringendum, vt prius incipere debeat.

12. Ultimò, si verba Pragmaticæ sunt clarissima, omnis controuersia cessabit, dicitur enim primò, quòd tempus statutum currat post bienniū concessum ad expediendum assensum in forma Cancellariæ, subsequitur, vt non prius decurrat tempus præmissa faciendi, quām consignatum fuerit priuilegium cum clausula prædicta, ex quibus apparet geminata, & conformis dispositio, siquidē dixerat prius, vt decurrat post biennium, & deinde subdit, vt non prius decurrat, quām consignatum fuerit priuilegium cum eadem clausula, quæ clausula præcedens nihil aliud continet, nisi quòd tempus decurrat post biennium, ita quòd expressè statuitur, vt post biennium decurrat, attenta clausula prædicta, quæ repetitur non ad alium finem, nisi pro maiori declaratione, & quòd non expeditio assensus, sed lapsus biennij attenditur circa cursum anni prædicti, & sic in *nihilo* differt Pragmatica ab assensu expedito; hinc est introducta forma in

in Regia Cancellaria, & expediunt passim assensus cum clausula prædicta, scilicet, *ut infra annum decurrendum à die lapsi biennij præster iuramentum*, propterea stylus Cancellariæ est attendendus, qui declarat, & facit ius in decisionibus causarum, vt per *Afflct. in decis. 253. num. 4. Capyc. dec. 32. in final. verbis de forma consueta Principis Iser. in c. prim. §. inter Dominum post num. 3. vers. quasi à forma de prohib. feu. per Lothar.* ab illa cōsueta forma recedi non debet ex mente *Andr. vt suprà Pern. conf. 3. nu. 6. Petr. de Greg. de concess. feud. par. 2. quæst. 4. in fine*, & stylus Curiæ facit ius in decisionibus causarum *Abb. in cap. ex literis num. 6. de constit.* sicut leges scriptæ, & Index facit litem suam, si contra stylum iudicat *Calcan. conf. 118. col. 2. vers. quod nedum de Stylo*, & quādo stylus est redactus in scriptis, habet vim statuti secundū *Aret. in §. ex nō scripto n. 6. in fin. Inst. de iur. nat. genti. & ciu. secūdū quē indistincte assensus expediuntur*, & forma assensus est attendēda, quoniā alias vasalli, qui respiciunt tenorem, & formam assensus expediti, si iuxta illum non haberent tempus integri triennij, vtique deciperentur ex forma prædicta tradita à Rege, quatènus ex Pragmatica aliud resultaret, quod nullatenus est dicendum, quoniam Rex munificus non debet angustare vasallos iuris ignaros per angustiam temporis, & illos circumuenire, vt dicit *Iser. in d. cap. sancimus il primo post nu. 2. vers. Rex munificus quo tempore miles*, de quo etiam *Frecc. lib. 2. d. authoritate*, 3. num. 7. tempore, quo Rex debet habere ratum, quod fecit in præstatione assensus secundū *Camer. in d. cap. Imperialem lit. K. fol. 46.* & proindè Pragmatica (quatènus aliquo modo interpretatio necessaria esset) potius debet intelligi secundū formam, & stylum Cancellariæ, & iuxta tenorem assensus ex prædictis, sed quoniam Pragmatica nullam

patitur dubitationem, & est conformis clausulæ in assensu descriptæ, restat tantummodo, vt cæteris leuioribus obiectis respondeatur, ex quibus confirmabitur iustitia, quam defendimus.

13 Regula in contrarium allegata, quod finita causa dilationis finitur dilatio, obstatre non potest, cùm sit certum tempus adiecitum rationibus supradictis, & ex multis alijs. Primò expeditio assensus infra biennium non fuit causa dilationis alterius anni circa iuramentum præstandum, quoniam ab anno 1570. statutus fuerat terminus biennij prædicti, quo tempore iuramentum ab emptore non præstabatur, dum deinde emanauit Pragmatica pro iuramento præstando infra annum post biennium, fuit ita pronunciatum ad designandum cursum anni prædicti, & finem termini concessi, minùs autem biennium multò ante statutum fuit causa finalis huius dilationis, cùm hoc non dicatur, & in dubio præsumitur causa impulsiva, de qua non est curandum, vt per *glos. in l. 2. §. final. ff. de donat.* per *Andr. in d. cap. primo §. scriba col. 2. vers. quod autē dicitur de probib. feud. alienat. per Feder.*

14 Secundò, tēpore Cardinalis Granuelæ, & ante Pragmaticam in assensibus inferebatur tempus anni ad præstandum iuramentum, decurrendi à die expeditionis memorialis, & sic poterat succedere iuramenti præstatio ante expeditionem assensus, qui poterat in forma expediti usque ad finem biennij, quo casu assensus expeditio non erat causa dilationis iuramenti præstandi, fuit deinde immutatum per Pragmaticam, & concessa maior dilatio, cùm semper vasalli differant iuramentum præstare ob varia impedimenta, propterea nō sequitur, quod assensus expeditio fuit causa dilationis alterius anni, cùm id non exprimatur, & diuersimodè fuerit diuersis temporibus ordinatum,

sed potius impedimenta, & Partium negligentia fuerunt causa dilationis, igitur non cessat dilatio.

15 Tertiò, quando expectatio temporis potest afferre utilitatem, tunc debet expectari usque ad integrum tempus concessum, ut idem *Castro* posuit in *d.l.sib. hæres in fine*, modò in specie, quam agimus, in hac temporis dilatione consideratur magna utilitas, quia sepè vasalli propter absentiam, & alia impedimenta sunt coacti differre usque ad ultimum temporis præfiniti, & multoties indigent dispensatione ob temporis cursum, sicut experientia docet, idcirco quia dilatio maior utilis est, & expediens, integrum tempus statutum est expectandum, & denique hæc regula non est considerabilis in casu nostro, quia Pragmatica non habuit respectum ad expeditionem assensus, vt mox inferius dicetur.

16 Postremò non obstat, quod de appellationis prosequutione dicitur, ut dies concessi post decem dies statutos ad appellandum currant à die interpositæ appellationis, non obstante illa dictione, post, cùm fuerit habitus respectus ad tempus, quo appellatio differtur, quoniā termini sunt satis diuersi, & si de appellatione quærimus, currit appellatio, & ipsius prosequutio de momento ad momentum secundūm *glos. 2. in Constit. appellationum tempora*, vbi etiam *And. & Affl. et. num. 7.* & prosequutio appellationis necessariò ab appellatio ne dependet, & non debet dari medium interuallum inutile inter appellationem, & prosequutionē, & proptereà attenditur dies interpositæ appellationis, vt idem *Paul. de Castro in d.l.sib. hæres* considerat, & etiam in alijs exemplis, de quibus habetur quoq; per *Bart. in l.pater §. primo ff. de adul. in casu verò nostro iuramenti præstatio non dependet ab assensu, nec cōsequentiam habet necessariam, cùm anteà non præstabatur, & sunt actus*,

diuersi, & separati, vt suprà diximus, & deinde diuersimodè fuit ordinatum præstari etiam ante expediti onem assensus, ut supra, igitur termini prædicti non sunt applicabiles, & annus pro præstatione iuramenti non currit à die assensus expediti, à quo non dependet, sed post biennium, vt sunt clara verba Pragmaticæ, & assensus.

17 Et vt cesset penitus omnis etiam imaginaria dubitatio, aduertatur, quod Pragmatica nèdum noluit habere respectum ad expeditionem assensus, sed adhuc expedito assensu expressè statuit, ut annus prædictus currat post biennium: dicitur enim ibi, ut non prius decurrat tempus præmissa facienda, quām consignatum fuerit priuilegium cum clausula prædicta, si modò voluisset tantummodò attēdere expeditionem priuilegij, simpli citer dixisset, vt non prius decurrat, quām consignatum fuerit priuilegium, & non adiecisset cum clausula prædicta, quæ clausula, iubet Pragmatica, ut inseratur in priuilegio, quod consignatur, & est iam expeditum, si igitur clausula loquitur de tempore anni decurrēdi post biennium, & hæc clausula ponitur in assensu iam expedito, & cōsignato, noluit Rex attendere expeditionem assensus, sed lapsum biennij, postquam expedito assensu inseritur clausula prædicta, quæ nèdum redderetur inutilis, sed falsa; si expeditio attendetur, vel non esset ordinatū, inseri clausulam prædictam expedito priuilegio, ex quibus constat, reuocationem fieri non potuisse durante adhuc anno pro iuramenti præstatione, & proindè Princeps debet absolui ab impetitis per Baronem.

# Consilium XLVIII.

377

## ARGUMENTVM.

Non est opus nouo argumen-  
to, cùm sit idem articulus, &  
eadem materia cum præce-  
denti.

## S V M M A R I V M .

1 *Inuestitura, que infra annum, & die  
est petenda, adstringit petitorem ad  
fidelitatem pollicendam, & n. 4.*

2 *.... verbalis, siue abusua non est ib-  
lius virtutis. ut per ipsam transfor-  
tur ius in re, sed constituitur ius ir-  
revocabile ad consequendum feudum  
a Domino.*

*Dominus propter huiusmodi inuestituram  
tenetur ad præcisam feudi traditio-  
nem, si vasallus petat, & offerat fide-  
litatem.*

*Vasallus ratione habitæ possessionis di-  
citur inuestitus, & hac dicitur pro-  
pria inuestitura.*

*Inuestitura propria, siue realis est ip-  
sam feudi traditio.*

*Fidelitatis iuramentum ut præstetur,  
necessaria est Domini petitio, siue  
interpellatio, & num. 4.*

*Fidelitas virtualiter offerri videtur,  
dùm petitur inuestitura.*

*Tempus nequaquam statutum repe-  
ritur in huiusmodi iuramenti præ-  
statione, & n. 4.*

3 *Inuestituræ vicem in hoc Regno obti-  
net priuilegium, vel breue testatum  
in primo acquirente.*

*.... veteris confirmatio in successore  
siebat olim per vasallorum affecura-  
tionem, & ipsorum iuramenta, sed  
hodie fit per relevij solutionem.*

*Emptor prævio Regio assensu non te-  
netur fidelitatis iuramentum præsta-  
re secundum morem, qui in hoc Re-  
gno inualuit, & n. 4.*

*Fidelitatis iuramentum dūm taxat*

*præstatur profundo, quod successione  
queritur, & num. 4.*

*Ius non scriptum sive introductum  
per usum, siue consuetudinis approba-  
tionem.*

*Inuestitura non est facienda recusan-  
tis acere fidelitatem num. 4. ubi su-  
biicitur verus huius regulæ intel-  
lectus.*

5 *Pragmaticæ ponderatio pro D. Au-  
tboris sententia.*

*Argumentum à contrario sensu sumi  
non potest à dispositione negatiue  
concepta, à qua non inducitur affir-  
matio.*

*Et occurritur duplii Partis ex ad-  
uerso considerationi, & n. 6.*

7 *Affensus verba per Adversarium  
poderata contra eundem retorquen-  
tur.*

8 *Dilationis causa cessante cessat dila-  
tio.*

*Ceterum præfata regula perperam ap-  
plicatur præsenti controværia.*

9 *Affertur nunc argumentum ab ab-  
furdo vitando, quare annus non in-  
cipiat currere à die consignationis  
priuilegij.*

*Lex non debet esse frustratoria, inuti-  
lis, & captiosa.*

*Sigilli appositi, & registratio solet  
differri.*

*Tempus biennij est consuetum pro re-  
gistratione concedi.*

10 *Postrema, & ingeniosa eiusdem Prag-  
maticæ ponderatio.*

*D. Regent. Rouiti laudes ibid. in-  
fin.*

11 *Decisio.*



## C O N S I L I V M X L V I I I .

Pro eodem in eadem  
causa.

Ausa. Baronis Caffani allegatione non indigebat, cùm tām clara sit iustitia pro Principe Casertæ, vt se ipsam defendat, verūm ne allegationes contrarie aliquid dubietatis afferre potuissent, volui denuò infra scripta adnotare, quæ ad causæ defensionem, & claritatem conuenire videbantur.

Allegabat Aduersarius, quòd Pragmatica non comprehendit specificè casum, de quo agimus, vt annus iuramenti præstandi currat à die cōsignationis priuilegij, & quòd saltim debeat intelligi secundūm dispositionē iuris communis, quo iure cautum esse dicit, vasallum teneri ad præstationem iuramenti statim contractu perfecto, & nunc addit, petentem inuestituram vnicō contextu debere fidelitatem polliceri, & sic iuramentum fidelitatis præstare, verūm hanc consequiam adhuc in iure fundatam non video, nec ex præmissis necessariò sequitur, siquidēm licet inuestitura peti debeat infra annum, & diem, & illam petēs debeat fidelitatem polliceri c. primo de capit. Corrad. tamen non limitatur tempus ad præstandum iuramentum fidelitatis, nec aliquo iure, aut doctrina fundari poterit, limitatum esse tempus de iure cōmuni circa præstationem iuramenti prædicti, immò contrarium aperte demonstratur.

Facta enim verbali, siue abusiva inuestitura, per quam non queritur ius in re cap. ex ore de his, quæ fiunt à maior. par. Capit. c. per tuas vbi glos. in verb. in possessione de donat. sed trāsferetur ius irreuocabile ad feudum consequēdūm à Domino, tunc tenetur

præcisè Dominus ad tradendum, si vasallus petat, & offerat fidelitatem iuxta text. in cap. primo §. inuestit. de nou. for. fidelit. & habita possessione dicitur vasallus inuestitus, & hæc dicunt propriā inuestitura Isern. latè in d. cap. primo nu. 3. de capit. Corrad. Bal. in cap. ceterūm de iud. Afflīct. dec. 299. post num. 23. vers. 3. ad idem Hieron. Schurph. inter consil. feudalia cons. 147. nu. 11. & Minsynger. singul. obseruat. cent. 4. obseru. 61. præcedit ergo inuestitura verbalis, subsequitur exhibitiō, seu promissio fidelitatis (si non remittatur) & deindè fit inuestitura realis, quæ est traditio, sed tempus pro iuramento fidelitatis præstanto non est taxatum, quia si sufficit, petendo inuestituram polliceri fidelitatem, igitur non eodem tempore vasallus cogitur ex sui parte polliceri, & præstare iuramentum prædictum, & proindè requiritur Domini requisitiō ad tex. in §. est & alia quæ sit prima causa benef. amitt. ibi, si petierit Dominus, immò dicò, quòd sufficit petere inuestituram, licet non offeratur fidelitas, quia petēdo inuestituram, satis videatur offerri glos. notab. in c. primo §. final. vers. à fidelitate per quos fiat inuestitura, & ibidem Isern. sub num. 18. & clariū in d. cap. primo nu. 2. de capit. Corrad. Guid. Pap. decis. 167. igitur sufficit petere inuestituram, vel ex abundanti polliceri fidelitatem, & Dominus tenetur facere inuestituram, & iuramentum recipere, si tibi placuerit, dicit ibi glos. propterea tēpus statutum est in petenda inuestitura, sed non in præstatione iuramenti, quod remitti potest, & non præstatur, nisi Dominus voluerit.

In Regno autem non utimur inuestitura, sed sufficit priuilegiū, vel breve testatum in primo acquirente, in successore dicitur confirmatio veteris inuestituræ, loco cuius successit assecuratio vasallorum, & ad petenda iuramenta vasallorum neque est tempus

pus determinatum, ut apertis verbis posuit Iser. in Constit. post mortem in fin. & hodie sufficit releuij solutio, vt latius in primis allegationibus fundati. In emptore vero in Regno mos introduxit, vt iuramentum fidelitatis præstare non debeat, si emerit feudum assensu Regio, sed tantum præstatur pro feudo, quod successione queritur, & haec sunt verba Andreae clarissima in pluribus locis iam allegatis, & miror, quomodo Pars dicat, non reperiri statutum scriptum, vt emptor non teneatur iuramentum præstare, sed quod potius haec emptoris obligatio in defuetudinem abierit, postquam idem sine dubio importat asserere, quod Statutum est in Regno, vel non utimur in Regno, vt Andr. dicit, vel quod mos fuit in herede introductus, non in emptore, vt dicit Frecc. lib. 2. authoritate 2. vers. hic quoque de noua quest. nu. 11. in fin. & seq. & alibi dicit Andr. quod sic se habet consuetudo, mos, & forma Curia, & quod ius dicitur etiam non scriptum, quod usus approbavit S. ex non scripto Inst. de iur. natur. & Andr. in d. cap. primo S. sed & res num. 7. & post num. 8. ubi de releuio loquitur per quos fiat inuest. si igitur de iure communi tempus ad præstandum iuramentum limitatum non est, & in Regno ius est introductum tantummodo in successore, quomodo aduersarius vult iuuari dispositione iuris communis, vel Regni, vt emptor teneatur præstare iuramentum expedito assensu, quatenus per Pragmaticam hoc non decidatur, certè non video, nec coloratam rationem, & dum negari non potest, requiri interpellationem, ex qua aperte confirmatur, non adesse tempus prefigitum, dum vult iuuari dispositione iuris communis, pro interpellatione ponderat aduersarius clausulam in assensu positam, scilicet, volumus, & mandamus, quod infra annum, &c. & sic ex clausula in assensu posita inducere conatur, de iure communi esse præfig-

xum annū iuramenti præstandi, quod certè non est admittendum, & dum clausula assensus est attendenda, res est expedita, vt infra dicetur.

4 Amplius, tempus anni, & diei statutum est ad petendam inuestituram, vt in cap. primo S. præterea si quis infidulus de prohib. feud. alienat. per Feder. & sufficit vasallo petere inuestituram infra tempus prædictum, & polliceri fidelitatem, dicit ibidem Andr. & habetur in cap. primo de capit. Corrad. & licet tex. in S. primo S. nulla per quos fiat inuestitura disponat, non esse faciendam inuestituram ei, qui fidelitatem facere recusat, non ex hoc sequitur, quod sacramentum fidelitatis debeat præcedere, cum hoc intelligatur effectualiter, quid præcedere debet inuestitura, an fidelitas, vt præcedat inuestitura, & si est petenda inuestitura infra annum, & diem, & sic differri usque ad ultimam diem, pro præstatione tamen iuramenti non est tempus certum, nec limitatum, ideoq; sufficit polliceri fidelitatem, & si non est præstandum ad diem certum, requiritur interpellatio secundū Isern. in cap. primo S. sed nec alia iustior post num. 34. quae sit prima caus. benef. amitt. Est bene verum, quod si feudum est nouum, vel vetus Domino possidente, tūc Dominus peteret fidelitatem, potest enim dicere Dominus, paratus sum inuestire, iures, & non expectatur annus, & sic requiritur petitio, declarat Andr. in d. cap. 1. S. est & alia post num. 4. quae sit prima causa benef. amitten. debet namque vasallus petere inuestituram infra annum, vel iuare fidelitatem requisitus, dicit Jacob. de Ardisson. in sum. in tit. quibus modis feud. amitt. c. 55. prima col. post vers. omitti cōdo, & col. 2. post vers. amittit ergo, & col. 3. in princ. ibi, uel nisi admonitus fidelitatem iuare noluerit; casus alitem noster fortior est, sumus enim in emptore, ad quem feudum peruenit per alienationem cum consensu Domini, & in emptore non utimur,

vtimur, quod iuret fidelitatem pro feudo empto, sed tantum pro feudo, quod successione queritur, & sic ad sacramentum vasallorum petendum à Rege in feudo prædicto, non limitabitur tempus anni, & diei, ex quo nō fit inuestitura, nec fidelitas pro feudo empto, & vbi præstatur sacramentū, est petendum à Rege, sic specificè declarat *Isern.* in d. cap. primo §. si minori circa fin. si de feud. defunct. milit. & in d. cap. primo §. præterea si quis infeudatus post verbum à proprio Domino de prohib. feud. alien. per Feder. igitur intelligentia Partis, & interpretatio extra Pragmaticam nō potest habere subsistentiam ultra superius allegata, cum præstatio iuramenti ab emptore fuerit introducta à tempore Illustrissimi Cardinalis Granuelæ, ut suprà diximus.

5 Si verò Pragmaticæ formam, & verba attendimus, apparebit, rem procedere sine disputatione: loquitur enim Pragmatica de cursu termini anni prædicti, expressè statuendo, quod nō decurrat à die datę memorialis, sed post bienniū, & sic denotat extremitatem temporis biennij, quoniam non simpliciter datur biennium ad expediendum assensū, & post biennium annus ad præstandum iuramentum, vt Pars exemplificat, sed quod decurrat post bienniū, & sic denotat extremitatem temporis, & quod integrum tempus expectetur, quod fortius fundatur ex illa. *in illa stipulatione, si Kalendis ff. de verb. oblig.* vbi *Paul. de Castro* aperte confirmat, non obstante Partis intelligentia.

Et ut tolleretur omnis dubitatio, hęc clausula repetitur in Pragmatica, dum in priuilegio consignato inseritur non ad alium finem, nisi quia non expeditio, sed lapsus biennij attenditur circa cursū anni p̄dicti, vt primo loco latius diximus; nec obstante cōsideratione's aduersarij. Prima scilicet ex vi argumenti à contrario sensu, ex

illis verbis, *vt non prius decurrat, quā consignatum fuerit priuilegium cum clausula prædicta,* ergo consignato priuilegio currit, siquidē si Pars vult fundare, quod Pragmatica statuit, vt annus currat à die consignationis, frustrà fuissent apposita verba negatiua, sed potius statutum fuisset per verba affirmatiua, *vt curreret cōsignato priuilegio,* & proindè quia hęc repetitio est concepta per verba negatiua cum clausula supradicta, à dispositione negatiuē concépta non inducitur affirmatio, nec sumi potest argumentum à contrario sensu *Bald.* not. in l. 2. *in fine C. de conditio. inser.* *Alex.* latè videndus in *conf. 26. & cōf. 150. nu. 20. vol. 5.* & alij, quos refert, & sequitur *Surd. decis. 185. num. 24.* & in calu nostro id tantò magis nō procedit ex duobus. Primò, quia consignationis dies apparere non potest, *vt modò dicetur.* Secùdò, quia Pragmatica prius per verba affirmatiua iam dixerat, quod currat annus post biennium, & si voluisset attenderē consignationem, & expeditionem, id simpliciter dixisset, & non iussisset inseri clausulam prædictam in assensu expedito.

6 Secunda Partis consideratio non obstat, dum prætendit, quod repetitio dictæ clausulæ in assensu cōsignato non designat cursum anni post biennium, sed repetit conditionem, & obligationem emptoris circa iuramenti præstationem, & quod denotat, vt annus currat consignato priuilegio, & proindè in assensu consignato inseritur, siquidē hęc consideratio apertam contradictionem continet verbis expressis eiusdē Pragmaticæ, non enim Pragmatica loquitur de onere iniuncto emptori ad præstandum iuramentum, quia de hoc non agebatur, nec dubitabatur, sed tantummodò est facta prouisio circa cursum anni p̄dicti concessi ad iuramentum præstandum, dum ergo primo loco in Pragmatica ponitur clau-

## Consilium XLVIII.

381

clausula, quod annus decurrat post biennium, & subsequitur, ut non decurrat priusquam consignatum fuerit priuilegium cum eadem clausula in priuilegio consignato, videamus, quæ clausula inseritur, nam si in absensiū iam expedito ponitur tātūm obligatio emptoris pro iuramento præstanto, vel ponitur clausula, ut annus ex tunc currat, postquam consignatum est priuilegium, Pars benè dicit, sed quia aperte Pragmatica statuit, ut non currat tempus, nisi consignato priuilegio cum dicta clausula, quæ loquitur de cursu anni post biennium, & in assensu expedito apertiū clausula inseritur, ut annus decurrat à die lapsi biennij, hæc Partis consideratio non subsistit, quoniam si Princeps voluisset, ut expedito priuilegio annus curreret, in priuilegio cōsignato insereretur clausula, ut ex tunc à die consignationis decurrat, & non à die lapsi biennij.

7 Et quia verba assensus clara sunt, Aduerlarius conatur illa subterfuge-re, prætendens, quod verba prædicta assensus ulterius protrahuntur, dum dicitur, quod infra annum decurrendum à die lapsi biennij concessi pro expeditione assensus, ita quod non videtur statutus certus terminus in assensu, sed relatiū ad biennium cōcessum, & propterea expedito priuilegio ante biennium currat annus, sed hic intellectus nulla ratione est attendendus, statuitur namquæ expressè in assensu, quod currat annus à die lapsi biennij concessi pro expeditione assensus, & sic non respicit tantū biennium, sed quod currat annus à die lapsi biennij, & propterea dicere, quod disponatur, vel sequatur, ut expedito priuilegio currat à die expeditionis, si hæc consequentia recte procedit, quilibet facile iudicabit.

8 Deniquè dum Pars allegabat, cursum anni inciperet à die expeditionis ex regula illa, quod cessante causa di-

lationis cessat dilatio, fuit responsum, id applicari non posse ad casum nostrum, ex quo causa dilationis anni non fuit expeditio assensus, & nunc, quia id negari non potest, Aduersarius affirmat, causam dilationis biennij fuisse, ut Partes commodiū assensus expeditionem procurare valuerent, ita quod expedito priuilegio biennium est extinctum, quæ saluatio posset procedere, si quereremus de biennio concessso pro expeditione, sed nos loquimur de dilatione anni prædicti, & si expeditio assensus non fuit causa dilationis istius anni, quæ alia causa fuit, quæ ante biennium cessauerit, si igitur alia non allegatur, quomodo Pars vtitur regula prædicta?

9 Postremò aduertatur, quod nullo modo dici potest, anntum currere à die consignationis priuilegij, siquidē primo loco expeditur memoriale per verbum *fiat in forma*, ut est clarum, & in memoriali notatur dies, pro expeditione verò concessum est biennium, modò quando assensus infra biennium expeditur in forma Regiæ Cancellariæ, in priuilegio non apponitur alia dies, nisi dies notata in memoriali per verbum *fiat* ratione juris anterioris, & ita simpliciter sub eadē die memorialis registratur in Cancellaria, ex quo sequitur, quod non potest demonstrari dies expeditionis, quia non inseritur dies, quando consignatur, vel expeditur, sed dies memorialis anteà expediti, si igitur non constat de tempore consignationis, frustra deberet intelligi, quod annus currat à die consignationis, quod esse non debet *l. ait prætor*, vbi *Ias. in princ. ff. de iure iur. & contrahentes* facile deciperentur, sicquè lex esset frustratoria, inutilis, nō proportionabilis, vel captiosa, quod esse non debet ad *tex. in cap. erit autem lex 4. distinct. per Ias. & alios in d.l. ait prætor ff. de iure iur.* nec consignatio poterit apparere ex registratione, quæ fit in Regia

Regia Camera, vel ex appositione, sigilli, quia Pars iam fatetur, & verum est, quod registratio, & sigilli appositi differri solet, & datur similiter tempus biennij pro registratione, & Pragmatica non loquitur de registratione, sed de consignatione priuilegij cum eadem clausula, & sic lex non debet super incerto vagari.

10 Et ut tollatur penitus omnis subauditus intellectus, notandum est, quod illa verba, *ut non prius decurrat tempus, quam consignatum fuerit priuilegium cum clausula praedicta*, ponuntur pro maiori claritate, & ampliatiue, quoniam poterat dari casus, quo lapsus esset biennium, & assensus non esset expeditus in forma Cancellariae, ut multoties contingere videmus, & quia lapsus biennio impetratur dispensatio pro expediendo assensu, non erat conueniens, quod annus iuramenti curreret post biennium incipitum à die memorialis, si non esset assensus in forma expeditus infra biennium, quia potuisse forte esse elapsum etiā triennium tempore dispensationis, ideoq; nedum statuitur, ut annus currat post biennium, sed ut neque currat, nisi fuerit priuilegium expeditum, & additur, ut sit expeditum cum clausula praedicta, ad denotandum iuxta dictam clausulam, quae inseritur in priuilegio expedito, ut non currat, nisi post biennium, & expedito priuilegio secundum clausulam in eodem assensu positam, quae simpliciter, & clarissime loquitur, expedito iam priuilegio, ut annus currat à die lapsi biennij, quemadmodum usus Cancellariae declarauit, si declaratio necessaria esset, à qua forma Cancellariae nullo modo recedendum est. Ex quibus patet, quod sit clarissima iustitia Principis, in cuius fauorem facile reor, peritissimos Iudices sententiam dicturos.

Contrarias pro Barone Cassani partes acerrime substituit Dominus, & Praeceptor meus Scipio Rou-

tus hac nostra, Patrumq; etate I. C. celeberrimus, & nemini secundus, tūc Aduocatus, & Feudista maximus, nunc meritissimus Regens, qui in eodem articulo satis amplas confecit allegationes impressas in suis Commentarijs omni eruditione refertis, & sempiterna memoria condignis subtit. de feudis Pragm. 23. num. 9. cum seq. usque ad finem.

11 Princeps fuit absolutus per sententiā latam cum interuentu Collateralis Cōsiliū.

### ARGUMENTVM.

Feudalis contractus reuocatio nūm competit vtriq; ex cōtrahentibus.

Et in casu reuocationis an altrinsecus fiat restitutio rei cum fructibus, & pretij cum legitimis usuris.

Post hæc an pactio tollens huiusmodi reuocationem sit de iure valida cum non nullis alijs eandem materiam cōcernentibus.

### S V M M A R I V M.

1 Facti species in tres iuris articulos contracta.

2 Feudalem contractū reuocandi vterq; ex contrahentibus liberam habet facultatem ante assensus impretrationē ex particulari buius Regni sactiōne. Pupillare priuilegium est, contractum ex parte claudicare.

Pupillus habet electionem si velit starre contractui nullitatis vitio laboranti.

Vendor, & emptor sunt contrahentes, & ad inuicem correlati.

Feu-

- 3 Feudali contractu reuocato restituitur emptori pretium cum usuris, & venditori res una cum fructibus, & cum ratione.  
Nullitas contractus quid operetur.  
.... multum distinguitur ab illius rescissione.  
Clausula illa, salvo Regio assensu, adiecta in rei feudalis alienatione cuius sit virtus. *ibid. in fin.*
- 4 Feudalis contractus reuocatio per legem buius Regni inducta, ratione, utilitateq; publica est subnixa.  
Factum proprium refragans publicae utilitati iure publico introducta quilibet potest infringere.  
*Jus publicum priuatorum pactis tolli non potest.*  
Contrahens quando possit à contractu discedere.  
Fideicommisso subiecta res vendita ab eodem venditore poterit reuocari.
- 5 Feudi reuocandi facultas fundata super iure speciali, facit, ut ipsa semper inconcussa permaneat, tolluntur autem pacta eidem facultati quovis modo contraria, & num. 11. *in fin.*  
ubi assertur punctualis Frec. traditio.  
Prohibitum principaliter ubi aliquid reperitur, non est per indirectum permetendum.  
Affl. distinctio super illa questione, an valeat pactū, ut non liceat reuocare contractum adhibito iuramento.  
Sed refellitur à Frec.  
Cuius opinio vobemēter iuuatur verbis Constit. Constitut. diuæ mem: Iuramentum interpositum, & stipulatio pœnalis non semper curantur: interdum n. sunt nullius momenti.  
Recensetur motuum Partis ex aduerso fundatum super traditione Io. de Amic. substitutis, valere pactionem illam, per quam renunciatur facultati reuocandi venditionem virtute d. Constit.  
Cui occurrietur multifariam, multisq; modis num. 7. cum seqq.
- 6 Prohibitio alienationis feudorum an fuerit introducta iure priuato, vel publico, & n. 9.  
Lex vetans non est alia via deludenda.
- 8 Feudalis contractus initus sine assensu, quam producat actionem pro illius reuocatione.  
Pactio quando sit inualida ad priuilegium tollendum.  
Dominus quando reuocet cum iactura feudatarū, qui negligens fuit in reuocando.  
Feudalis contractus si nullitatis vicio sit aspersus ob defectum assensu, omnia pacta in contrarium quovis modo concepta in irritum cadunt. *ibid. in fin. & n. 13. & 14.*
- 9 Constitutiones feudales una cum Constat. Constit. per Io. de Amic. adductæ contra eundem ingeniosè retorquentur.
- 10 Feudorum, quæ dantur propter seruitia Reip. præstanta, est prohibitum commercium absque Regio assensu.  
Et si alteri legeniur an debeatur astimatio?  
.... processerunt à publico.  
.... appellantur à iure ciuili militia.  
.... habuerunt initium ex Imperiali munificentia.
- 11 Constat. Constitutionē, quæ venit ampliatiæ, quid noui induxit.  
Princeps secularis quando possit, vel non possit dispensare super iuramento, vel illud tollere.  
Utilitas publica quando urget in contrarium non attenditur iuramentum.  
Actus iurati quādo includantur sub Principiis mandato..  
Lex edita censetur pra bono publico.
- 12 Aduersarij triplex prætentio.  
Quæ tamen vana demonstratur n. seqq.  
Fidem fallere est admodum graue.  
Feudi reuocatio quando fit a venditore, unum ius est constitutum circa accessoria diuersum ab eo, quod urget, emptore reuocante secundum unā opinionem, quæ tamen cōfutatur *inf. nu. 18.*
- 13 Actus factus aduersus legis dispositionē cum clausula annullativa est ipso

*ipso iure nullus, idq; pluribus exor-  
natur, & producitur ad statutum.*

*Principali extincto omnia dependen-  
tia, & accidentia corruunt.*

*Reuocatio vigore dictæ Const. Cōsti-  
tutionē statim habet effectum suū,  
executōnem, & perfectionem. ibid. in  
fine.*

**14** *Feudi quævis machinatio, nedūm aliena-  
tio est inhibita de iure communi  
feudorum.*

*Eadem prohibitio est confirmata de  
iure Regni, nec non aliquid noui in-  
ductum.*

*Feudalis contractus ante assensus im-  
petrationem stat in finibus prohibi-  
tionis, & manet aspersus vitio nulli-  
tatis, quamvis ad sit spes reconual-  
dationis.*

**15** *Contrahentibus non est licitum elude-  
re iuris dispositionem per mutationē  
verborum.*

*Prouentus non computantur cum in-  
troitibus Terræ, & cum ratione.*

**16** *Iuramenti vim habet fides præstata,  
etiam si dictum esset sub fide sua de  
Cavaliero.*

*Imò importat minus, quam iuramen-  
tum huiusmodi promissio, & cum  
ratione.*

*Iuramentum præstatur Deo.*

**17** *Feudum vendere promittens, ad nihil  
lum tenetur non impletato assensu.*

*Reuocatio reuocationis si intercedat  
in aliquo feudali contractu, erit tūc  
necessaria noua dispositio, & nouus  
contractus, & super novo contractu  
nouus assensus.*

**18** *Assensus Regius in memoriali expedi-  
to per verbum, fiat, facit gratiam  
perfectam.*

*Dolus, & fraus nemini debet patroci-  
nari.*

*.... dum in aliquo actu intercedit, de  
dolo actio competit.*

*.... facit interdum censeri actum  
completum, licet sis omnino præter-  
missus.*

*Assensus expeditio solita est procura-  
ri ab emptore.*

**19** *Deciso trium articulorum.*

*Exceptio pacti non concernentis ven-  
ditionem rei feudalnis validè apponi  
potest.*

## CONSILIVM XLIX.

### Pro Ducissa Sanctæ Agathæ.

Ausa hæc, quæ vertitur  
inter Ducissam Sæctæ  
Agathæ cū Marchio-  
ne Paduli, tres articu-  
los cōtinet, in quibus  
ex infrascriptis pro Ducissa procul-  
dubio iudicandum erit.

Primum, an ius reuocandi vendi-  
tionem rei feudalnis nedūm venditori  
competat, sed etiam emptori.

Secundum, an reuocato cōtractu  
fiat restitutio pretij cum interesse, &  
rei cum fructibus, vel compensabitur  
interesse cum fructibus.

Tertium, an pactum adiectū, quod  
in casu reuocationis faciendæ em-  
ptionis Terræ Paduli per Ducissam,  
fructus intelligantur compensati cum  
interesse, aliquo modo substineri  
possit.

Primus articulus nec modicam  
controversiam habet, posse scilicet  
alterum ex contrahentibus infringe-  
re contractum initum super re feu-  
dali, & illum proprio iure reuocare  
ante expeditionem Regij assensus, cū  
sit causus prouisus per Cōst. Regni Cō-  
stitutionem diuæ memor. quæ contra-  
hentibus permittit contra propria  
gesta venire, & contractum infirma-  
re, siue vendor, aut similiter emptor  
ab emptione discesserit, iuxta ea, quæ  
posuit Frec. in 2. lib. sui operis. in verbo  
à Regnicolis in princ. f. 105. & in finali-  
bus verbis, vnde communi obser-  
uantia testatur, licet arguat, posse sub-  
stineri contrariam partem relatus à  
Liparulo in cap. primo §. Imperator Lo-  
tharius in verbo emptorem lit. G. de-  
probib. feud. alien. per Feder. Constitu-  
tio enim prædicta dat facultatem re-  
uocandi

uocandi nedum alienantibus, sed etiam contrahentibus, ad demonstrandum, quod nedum vedor alienans, sed emptor quoque contrahens habet ius reuocandi speciali, & proprio iure, cum ratio diuersitatis magis in uno, quam in alio non possit assignari, etenim dum contractus nullus est, & a lege prohibitus, quilibet ab eo discedere poterit, ut dicetur inferius, & pupillare priuilegiū est, ut ex parte claudicet contractus, & in electione pupilli sit stare contractui nullo ad tex. in l. Julianus §. si quis a pupillo ff. de action. empti, de quo per Camer. in cap. Imperialem lit. D. f. 59. ideo in ceteris tam emptor, quam venditor a contractu nullo discedere poterit omnino, & dum Constitutione dat facultatem reuocandi contrahentibus, non potest intelligi de venditore dumtaxat, cum contrahentes sint vendor, & emptor, & ad inuicem correlatiui l. fin. C. de cupress. lib. 11. quam conclusionem per optimas rationes in terminis Constitutionis verissimam esse affirmat Gumias Siculus in cap. si aliquem in verb. mortis num. 39. & pariter vsu receptam videimus passim in Sacro Consilio, ut emptor eodem beneficio reuocandi vti possit, quem admodum in casu, de quo agitur, facta revocatione per Ducissā fuit Terra Paduli restituta Marchioni, licet contrarium videatur sequi Frec. d. lib. 2. in verb. a Regnicolis non ponitur una quæstio in fin. sed adhuc dicit, seruari contrarium.

3 Secundus articulus similiter nullam videtur habere difficultatem, ut reuocato contractu emptionis rei feudalis tanquam nullo ante expeditiō nem assensus sit pretium restituendum cum interese emptoti, & res venditori cum fructibus, quia hoc operatur nullitas contractus l. si prædium, l. utere, & l. prædiorum C. de prædijs minorum, l. si fundus §. fin. ff. de rebus eorum, l. iubemus §. 1. C. de

sacrosanct. eccles. Canonista in cap. si quis presbyterorum de rebus eccles. non alienand. quando enim contractus annullatur, omnia in integrum restituuntur, perinde ac si neque emptio, neq; venditio intercessit, sunt verba sexti in l. facta ff. de edil. edit. & ideo hinc inde fit restitutio pretij cum interesse, & rei cum fructibus l. item quod dictum est, vbi glof. in verb. venditori, & l. Imperator ff. de in diem adiect. l. illud §. condemnatio ff. de edil. edit. quia reputatur, ac si nunquam contractum esset l. cum qui §. final. ff. de in offic. testament. & in d. l. facta, quando enim contractus est nullus, resolutur, prout ex tunc, & ideo omnes fructus, & interesse hinc inde restituuntur, ac si nunquam contractus esset celebratus, licet secus sit, quando rescinditur, quoniam rescissio fit ex nunc Arius Pinellus, qui alias cumulat in repetitione l. 2. par. 2. cap. 4. num. 2. & 13. C. de rescindend. vendition. & proprius accedendo ad casum in terminis nostris, quia venditio Terræ Paduli processit saluo Regio assensu, clausula hæc constituit emptorem in bona fide, & facit præstari pretium emptori cum interesse, ut nouissime scripsit Anna declarando dicta DD. in hac materia in repetitione eiusdem Constitution. Constitutionem diuæ memorie à nu. 190. cum seq. & propriè num. 194. in finalibus verbis.

4 Quò verò ad tertium articulum, prius considerāda est ratio finalis, ob quam prohibita est feudorum alienatio, & subsequenter ipsius alienationis reuocatio permisā, quæ ratio publica est, & publicæ utilitati deseruiēs, ita ut permittatur distracti venire contra factum suum ob publicam utilitatem, iure publico introducātur, quod ius priuatorum pactis tolli non potest vulgata l. nemo potest ff. de leg. I. cum alijs adductis per Iser. in cap. 1. in 2. addit. num. 31. de natur. success. feud.

KK &

& ideo Battenuit in l. quoties num. 10. vers. ex. is insertur C. de fideic. quod vbi cunq; lex prohibet alienationem iure communi, contrahens potest a contractu discedere, per tex. in d. l. iubemus C. de sacrosant. eccles. not. glof. & DD. in l. post mortem ff. de adoptio. probat tex. in l. quemadmodum C. de agric. & censit. lib. 11. & in l. 1. C. de liberal. cau. & clariu. Isern. in cap. 1. l. col. post num. 2. de contr. inter dom. & emps. & in cap. 1. §. Imperator Lotharius in fine de prohib. feud. alien. per Federic. hinc quoque Paul. de Castr. tenuit in l. filius famili. §. diu. colu. 2. ff. de legat. 1. vt si quis vendat rem fideicomisso subiectam, idem possit venditionem reuocare tanquam initam in fraudem legis prohibitionis, quæ omnia latius explicantur per Affl. in materia nostra in dicta Constitutione Constitutionem diuæ memorie num. 40. in not. 9. qui videatur.

5 Insuper aduertendum est, quod dum speciali iure autoritate dictæ Constitutionis Constitutionem diuæ memorie permitta est reuocatio venditionis feudi, & resolutio, seu annullatio, talis contractus, quodlibet pactum, & quælibet conuentio siue poenalis, siue quocunque modo penitus nullius sunt roboris, & efficaciam, quia accedunt ad contractum principalem, qui suo vitio laborat nullitatis, & inualiditatis, & ideo non minus omnia pacta, & conuentiones accessoriæ corruunt, cum per indirectum non sit permitendum, quod principaliter prohibetur ex regula text. in l. Seius, & Augerius, vbi Alex. ff. ad leg. Falc. Angel. in l. usuras ff. de usur. Dec. latè cons. 23. colu. 2. num. 2. in fin. Alex. cons. 97. col. 3. vol. 1. & alij, quos in vnum congerit Affl. in dicta Constitut. nu. 49. vers. sexto quæro, & num. 50. in illa questione, an valeat pactum, vt non liceat reuocare contractum adhibito iuramento, vbi per multas rationes

cōcludit, quod non, licet dicat, valeare pactum prædictum, si post contractum ex interuallo intercedat, in quo reprehenditur à Fre. vt nullo tempore subsistat, siue incontinenti, siue ex interuallo accesserit ad contractum in 2. lib. sui operis in limitationibus ad dictam Constitutionem. lim. 8. num. 19. fol. mihi 110. & si benè aduertatur ad verba Constitutionis, ex illis hec maxima confirmatur, dum per illam decernitur, iuramentum interpositum, & stipulationem poenalem nullius esse momenti, quæ sunt verba formalia dictæ Constitutionis, & in poena, quod non subsistat, posuit idem Affl. ibidem. nu. 40. in supradicto 9. notab. & eadem ratione Dec. in cons. 488. in fin. ex not. per glo. in l. si patronum §. patronum in verb. Fauiana ff. si quid in fraud. patr. Ias. in l. non dubium num. 56. C. de legi. & Roman. consil. 115. post num. 3. vers. his ergo premissis, Anna alleg. 114. num. 10.

6 Nec obstat consil. 2. Ioan. de Amicis, qui affirmatiuè concludit, substineri pactum factum inter contrahentes, per quod renunciatur facultati reuocandi venditionem vigore Constitutionis, ea ratione, quia prohibitio alienationis feudorum fuit introducta fauore priuato feudatariorum, non publico, vt colligitur ex verbis text. in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lotbar. ibi, Comoda subditorum inuestigare, & eorum calamitatibus diligenti cura mederi, & ex text. in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Feder. ibi, ita Reipublicæ curam gerere, & subditorum commoda inuestigare, & si prohibitio non est introductory pro bono publico, renunciatio prædicta non videtur posse irritari, vt ipse cōcludit, ideoq; fortius videtur substineri pactum, quod reuocante emptore fructus compensentur cum interesse. Quoniam opinio Ioan. de Amicis facile refellitur.

Primo, si *Constitutio Regni* nedum prohibet alienationem; sed dat eisdem contrahentibus facultatem reuocandi, si subsisteret prædictum pactum renunciationis, fieret fraus direcè contra legem, quod non est admittendum, iuribus, & autoritatibus superius allegatis; cum enim contractus sit de se illicitus, & datur facultas reuocandi, lex vetans non debet alia via circumscribi. *I. scire oportet in princ. ff. de tuto. Et curat. datis ab his, & l. cum bi. §. si cum lis ff. de trā fact.*

**8** Insuper ex contractu feudi sine assensu oritur cōdictio ex lege Regni ad reuocādū, vel actio in factum reuocatoria secundūm gl. in *Constit. Constit. diuī memor. in ver. reuocare*, & reuocatio fit auctoritate legis, & si non haberet locū reuocatio, adstringeretur contrahens ad id, quod lex prohibet alienari, & nulla eslet prouisio ipsius legis, quia nihil operaretur, vt considerat optimē *Frec. in 2. lib. in limit. ad d. Constit. lim. 12. post nn. 32. vers. & ne id fiat*; Est enim potestas, quæ speciali iure conceditur, reuocandi; ideo hoc priuilegium à lege introductum, & in corpore iuris *Constitutionis clausum ex pacto exclusum censeri non potest* *Imol. Roma. & Angel. in l. licitatio §. res exercitu iff. de publica. Bursat. in consil. 335. num. 3. vol. 3. & feudatario negligente reuocare, vel transacto cōgruo tempore Iudicis arbitrio, reuocaret Dominus, & feudatarius tunc perderet feudum, vt latē *Ifern. in cap. 1. §. post refutationem post num. 5. vers. in Regno Siciliae, & circa si. vers. si vero negligente de vasal. qui contra constit. Lotbar. & si pactum subsisteret, reuocante domino, feudatarius feudo amissio teneretur insuper ad interesse, & sic pactum contineret pœnam ex omni parte, quod iure improbatur, & propterea data nullitate contractus ob assensum non impetratum, omnia pacta, & conventiones annullantur, & quicquid ex eo sequitur, vel ob id, vt**

inferius etiam confirmabitur.

**9** Secundò, assumptum *Ioan. de Amicis*, quod prohibitio sit introducta ob priuatam utilitatem reiicitur ex eisdem iuribus per ipsum allegatis, quoniam *Imperator in d. cap. 1. de prohib. alien. per Lothar.* nedum prospexit calamitatibus subiectorum, sed præcipue bonum statum Reipublice, ac dignitatem Imperij omnibus priuatis commodis præponere voluit, vt expresse disponitur in *textu prædicto*, cùm ex alienatione multa damna resultent, de quibus per *Andream in cap. 1. §. Imperator Lotharius de prohib. alien. per Federic. & in eod. c. 1. de prohib. alien. per Fed.* respexit ad commoda subiectorum, vt scilicet Regni utilitas incorrupta persistat, & paulò inferius subdit, *Q. od honor Imperij, & nostræ felicis expeditionis complementum minuebatur, & clarius deinde disponendo exorditur per hæc verba: Nos autem ad pleniorum Regni utilitatem prouidentes, & sic ex omni parte publicum bonum Regni, & honor Imperij principaliter causam dederunt inhibitioni.*

**10** Commercium namq; feudorum non est sine iussu Principis, & feuda sunt in ysu publico propter seruitia, quæ præstatur pro Republica, & propterea sine iussu Principis alienari nō possunt, ideoq; si legentur alteri, non debetur estimatio, sicut hæc optimē confirmat *Napodan. in Consuetud. prima in tit. in quib. reb. hab. locum quartam in verb. concessa post num. 11. si modò pactum valeret, sustineretur venditio per indirectum sine Regis assensu; processerunt namquæ feuda à publico §. optimum in authent. de exhibend. reis, Affict. decis. 19. num. 3. & decis. 361. num. 40. glos. in Constitut. Si dubitatio in verb. faciente colum. 3. vers. cùm utique omnia feuda, & Bartholomæus de Capua in Constit. foriudicatorum bona post vers. & si diceretur ait, quod feuda de iure ciuili militia nuncupantur, & ab Imperiali munificen-*

tia habuerunt initium, allegat *text.*  
in d. S. optimum, & glos. in *Constitut.*  
*Vt de successionibus colum. 2. vers. cùm*  
feudum omne fueris de publico, ita ut  
nullum quæstum haberri possit, nisi ex  
Imperiali munificentia ex eodem *sex.*  
in d. S. optimum, sequitur modò, quòd  
si adest assensus, non cadit reuoca-  
tio, & deficiente assensu, si venditor  
non reuocat, perdit feudum, ideo  
pactum initum, quòd non possit re-  
uocare, nedum est inutile, sed inob-  
seruabile ob amissionem feudi, quæ  
sequeretur.

11 *Constitutio autem Regni Constitut.*  
diue memoria inspeclis damnis, &  
diminutione bonorum feudalium,  
edita fuit ampliatiuè, prohibens quā-  
libet commutationem, & facultatem  
concessit eisdem contrahentibus re-  
uocare, non obstante iuramento, quòd  
si prohibitio introducta fuisset ob pri-  
uatum vtilitatem subiectorum, Prin-  
ceps secularis non potuisset dispen-  
sare super iuramento, nec illud tolle-  
re, sed tantùm differre, & debilitare  
ad tempus vires eius secundùm  
*Felin.* in cap. constitutus num. 8. de-  
script. Roland. à *Valle* in consil. 31. à  
num. 13. volum. 2. *Surd.* consil. 299. vo-  
lum. 2. post num. 16. vers. respondetur  
quarto cum seq. sed benè id permitti-  
tur Principi, quando lex, aut Statu-  
tum processisset pro bono publico, vt  
latè *Gutier. de iuramen. confirm.* lib. 2.  
cap. 65. num. 2. *Alexand.* consil. 38. in-  
fin. volum. 3. dummodò de iuramen-  
to specialis mentio fiat iuxta glos. in-  
cap. cùm non deceat de elect. in sexto, &  
vbi versatur publica vtilitas iuramen-  
tum non substinetur *Ias. in authent.*  
*sacramenta puberum* num. 52. C. sì ad-  
uers. vendition. & latius in l. nemo po-  
test num. 82. cum seq. ff. de legat. 1. Go-  
Zadin. consil. 61. num. 16. *Roman.* con-  
sil. 437. num. 5. & 6. *Abb.* in cap. cùm  
contingat sub num. 7. de iure iurand. vbi  
*Imol.* num. 36. *Alexand.* consil. 59. sub  
num. 3. lib. 1. *Eald.* consil. 98. num. 32.  
lib. 1. & latè *Fortun.* *Garz.* de ultimo fi-

ne num. 305. 325. 328. & 364. tom. I.  
tract. fol. mihi 123. maximè vbi per  
viam legis Princeps aliquid mandaet,  
tunc actus quamvis iurati inclu-  
duntur *Geminian.* in dicto cap. cùm  
non deceat, *Ias.* in l. fin. num. 4. in fine  
llimit. 1. C. sì contra ius, vel utilit. pu-  
blic. *Bursat.* consil. 334. num. 16. & 18.  
volum. 3. & lex edita censetur pro bo-  
no publico cap. erit autem lex 4. di-  
stinct. sicut in casu nostro, aliàs *Con-  
stitutio* reddita fuisset inanis quòd  
iuramentum, & quoniam prædicta  
absque controvërsia sunt vndique  
recepta, remanet sublata opinio *Ioa.*  
*de Amicis* tainquam non roborata  
aliqua subsistenti ratione, & hanc  
partem, quòd non possit renuncia-  
ri tenet *Frecc.* in lib. 2. in dicto verb.  
a *Regnicolis* non ponitur una questio  
post num. 18. vers. ex hac ratione col-  
ligitur.

12 Et quoniam defendi non potest,  
substineri pactum, & conuentiones  
ad impediendam reuocationem,  
vt ex infrà dicendis clariùs etiam  
demonstrabitur, Marchio Paduli  
confugit ad infra scriptas exceptio-  
nes.

Dicit primò, pactum adiectum,  
quòd in casu reuocationis faciendæ  
à Ducissa, vt fructus interim percep-  
ti cum intetesse pretij compensen-  
tur, non posse adaptari ad stipulatio-  
nem, seù conuentionem pœnalem,  
& minùs per illud pactum impediri  
reuocationem, sed tantùm vt facta  
reuocatione non valeat petere inte-  
resse compensatis fructibus cum  
interesse prædicto, ita quòd ex fructu-  
bus vel tantumdem, vel paulò mi-  
nus habeat, quod non tendit direc-  
tò contra Constitutionem permetten-  
tem reuocationem, ita vt nec pœna  
possit appellari, & sic prætendit, quòd  
sit pactum extra calum *Constitutio-*

*nis.*  
Secundò dicit, ultra pactum vt supra  
adiectum in eodē instrumento vendi-  
tionis fuisse ad inuicem præstitam fi-  
dem.

dem de Caualiero more Nobilium de non reuocando venditionem. Terræ prædictæ inter ipsum Marchionem, & Ducem Sanctæ Agathæ virum, ad quem negotium principaliter pertinebat, exhibito tantum in emptione nudo nomine Ducissæ vxoris, ut prætenditur verificalse per testes, immò reuocatione facta per Ducissam iterum Ducem promisso expectare per alios menses sex impetrationem assensus, cuius expeditio impedita fuit facto eiusdem Ducis, qui promiserat annullare per alium cōtractum reuocationem factam, quod deinde distulit adimplere, & quoniam fides, & tot promissiones omnino seruandæ erant ad tex. in l. prima de const. pec. allegat hodie, Ducem non posse prætendere interesse, sed pactum esse seruandum compēsationis fructuum cum interesse.

Vtimum dicit, quod licet passim fuerit obseruatum, vt reuocata venditione fiat restitutio Terræ cum fructibus venditori, & pretij cum interesse emptori, id intelligendum erit, si vendor alienationem reuocauerit, secūs in emptore, vt extat per Sacrum Cōsilium iudicatum in causa Illustrissimi Principis Hostiliani cum Illustrissimo Marchione Corati in vēditione Terræ Caiuani, sicut in facto notatum est, & ex his prætendit restitutionem ducatorum trium mille liberatorum pro causa prædicta.

**13** Sed prædicta ex infrascriptis facilimè tolli possunt, ex quibus clariū apparebit iustitia Illustrissimæ Ducissæ, & quoad primam exceptionem attinet, pro parte Ducissæ considerandum est primò, quod dum lex prohibet alienationem, & ipsius reuocationem permittit, & quod magis ultra procedit nullando, prout aperchè legitur in d. Constitutione Constitutionem diuī memorie quilibet conuentio ex eodem contractu proueniens annullatur omnino, vt est casus in d.l. nō dubium, ibi sed & si quid fure-

rit subsecutum ex eo, vel ob id, inutile esse precipimus C. de legibus, quoniam stante prohibitione venditionis lex resistit formæ contractus, quo casu nihil valet, quod sequitur ex eo, sicuti Alber. in eadem lege declarat col. 3. etenim dum actus venditionis redditur nullus, quia lex resistit, non solum contentiones pœnales annulantur, sed quælibet alia accessoriæ Bald. in l. prima num. 4. C. de inof. dona.

Itē fortius aliquo reprobato, reprobatur quoque quicquid venit in eius concomitantiam, vel vigorem, siue sit lucrosum, siue pœnale, vt posuit Hipol. de Mars. ex mente Bal. in rub. de fidei. quæst. 50. nu. 416. immò loquendo etiam in materia statuti nullantis instrumentum, nēdum eo casu annullatur figura, & superficies contractus, sed quælibet obligatio iux. not. decisionem Bal. in l. seruum filij S. eum, qui ff. de leg. primo, sequitur Iaf. qui plura ad huius confirmationē adducit in l. si ita stipulatus 126. S. Chrysogonus à nu. 48. ff. de verb. obl. & similiiter principali extincto omnia dependentia, & accidentia extinguuntur, posuit Iser. videndus in cap. primo in additione circa fin. de vas. decr. etat. Doctores enim non distinguunt, an nullato contractu stāte prohibitio ne legis annuletur tantummodo stipulatio pœnalis, sed loquuntur generaliter, vt quælibet alia conuentio irritetur, quæ non potest fundari, nisi in virtute antecedentis prohibiti, sunt verba notabilia Bal. in d.l. non dubium num. 22. vers. ultimo opp. decimotertio, & clarū est in casu nostro, quod hęc exceptio fundatur in contractu venditionis à iure communi feudorum, & à l. Regni prohibito cum clausula annullativa, cuius reuocatio iure proprio ab eadē Constitutione permititur, quomodo igitur substineri potest pactum compensationis interesse cum fructibus, si contractus, à quo dependet, nēdum prohibitus

est à l. Regni, sed ut nullus reuocatur auctoritate eiusdem Constitutionis ab eisdemmet contrahentibus, nec dici posset, quod pactum predictum non sit dependens, sed separatum à principali contractu vēditionis, quoniam ultrā, quod fundatum est, quod lege prohibente, cum principali contractu annullantur omnia in eo contenta, & quilibet obligatio, & accidentia, vt Isern. posuit, affl. in d. Cōst. nu. 50. & alij supra relati, tamen clarissimè liquet contrarium, siquidem sola reuocatio contractus venditionis prohibitæ trahit secum in consequiam petitionem interesse, vt dictum est in secundo articulo, & reuocatio statim habuit effectum suum, executionem, & perfectionem iuxta verba Bal. in l. ab emptione in prima col. vers. tertia, & ultima perfectio ff. de pact. & eius effectus in primo instanti, & in primo momento iam est consumatus, annullando contractum per ea, quæ idem Bald. not. in l. generaliter la seconda num. 6. vers. or modò C. de Episc. & cler. Crau. videndus in conf. 102. num. 2. Idcirco non poterit pretendi pactum predictum omnino separatum, per quod Ducissa excluderetur à petitione interesse sibi debiti omnino stante contractu nullo, & reuocato vigore Constitutionis Regni.

14 Amplius dum de feudi alienatione loquimur, si ius commune feudorum attenditur, non solum alienatio prohibetur, sed quilibet machinatio irritatur, vt in cap. primo uerf. si quis uero de prohib. feud. alien. per Lothar. & in cap. Imperialē §. callidis de prohib. feud. alien. per Feder. De iure vero Regni nullus redditur contractus alienationis, & datur insuper eisdem contrahentibus facultas reuocandi predictam l. Regni Constitutionem diuæ memorie, ita quod licet scudum possit alienari cum assensu, tamen antequam impetratur, fiat contractus in finibus prohibitionis, & dicitur nul-

lus, quamvis adsit spes reconualidationis, vt per Camer. in cap. Imperialē lit. I. f. 17. ob quod cōceditur eiusdē contractus reuocatio, idcirco est indubitatum, nullam pēnam adiici posse ad circumueniendas has legum dispositiones, quia contrahens metu pœnæ sileret, nec reuocaret, nullaq; fraudem excogitari posse, aut aliquid contra apponi directe, vel indirecte, sed omnes conuentiones, & omnia mala, quæ possunt exinde consequi, tolluntur, & prohibita sūt, decisio est Iser, qui erit omnino legendus in d. c. primo §. commercium uer. uerius uideatur de prohib. feud. alien. per Lothar. respiciat ergo pactum hoc, vel pēnam, vel aliud quodcumque damnum ex parte Ducissæ, quoniam sicuti contractus pro nullo habetur, ita ex eo nullum damnum sentire, aut pati debbit, ultra quod in casu nostro apertere patet, pactum hoc fuisse appositum in pēnam Ducissæ fortè reuocantis, & ad impediēdam reuocationem per indirectum, vt est notatum in facto, & hac via facillimè Regni Constitution, & tot iurium dispositiones circumveniuntur, quoniam data validitate pacti predicti, cum notum sit interesse longè excedere summa fructuum, qui communiter emuntur ad rationē trium, vel quatuor pro centenario, metu pœnæ amissionis interesse empator sileret, nec reuocaret, & sic lex circumueniretur, quod eadem ratione permitti non debet.

Insuper aperte patet, pactum hoc fuisse nedum appositum in pēnam, sed directo ad impediēdam reuocationē, quoniam testis Marchionis Marinus Cortesius deponit, che per non reuocare la compra oltra l' altre pene, che se posero l' uno all' altro in detto instrumento, fu concluso, che se desse la sede di Cavaliero di non reuocare, ideo pactum fuit appositum in pēnam, & sic talis conuentio ut pēnalis non substinetur, & quia adiecta ad impediēdam reuocationem.

Deniq;

15. Denique ut cesset omnis difficultas in casu nostro fructus fuerunt inter partes liquidati ad rationem duc.  
 3500. pro qualibet anno, vt in contractu, interessè verò fortè restituendum in casu reuocationis faciendæ per Marchionem venditorem ad rationem decem pro centenario, sed faciamus interesse non ad rationem decem, quia illud fortè fuit similiter in penam reuocatis, sed ad rationem octo pro centenario, interesse excedit summam introitum pro ducatis  
 2460. quia pretium Terræ fuit ducat.  
 78.mil.idcircò clarè colligitur, quod dum excluditur Ducissa à petitione interesse, pactum istud respectu quantitatis interesse, quæ excedit quantitatem introitum est appositi nomine pena, & successiuè nullum erit iudicandum, ratio est in promptu, quia dum quælibet si aus, & machinatio prohibetur in his terminis non est facienda differentia in nomine, an sit pena promissa, vel aliud interesse, sed veritas attendi debet, cum non sit in potestate contrahentium mutato nomine circumuenire dispositionem legalem, decisio est Bald. in locum allegas per illum text. num. 10. vers. in contrarium videtur C. de usur. qui loquitur propriè in pacto quantitatis promissæ excedentis debitam summam in fraudem, & ex his liquet de nullitate patet prædicti.

Nec dicat Pars, quod ultra fructus liquidatos aderat prouentus, qui poterant ascendere ad maximam quantitatem, quoniam dum fuit inter eos facta liquidatio fructuum ad rationem duc. 3500. per annum; illa liquidatio comprehendit omnia, ultra quod suo tempore demonstrabitur, nec suisse perceptos duc. 3500. sed mirum est quomodo Pars vult augere hanc quantitatem ratione prouentuum; postquam illi incerti sunt, & quia ex accidenti proueniunt, fructus ex illis non augentur, vt posuit Frecc. in 2.lib. in 3. author. num. 52. in fin.

16 Secunda exceptio pariter facilimè tollitur, quoniam si iuramentum expeditis non substinetur, & minus quælibet conventiones, aut pacta iuxta superius relata, & posita per Afflct. in d. Constitut. num. 35. & 40. similiter fides præstata, vt prætenditur, non obest, quoniam fides præstata habet vim iuramenti, vt Afflct. tradit in dec. 389. nu. 2. Vrsell. ad eund. Affl. decis. 120. num. 5. & 6. Abb. in cap. 2. nu. 3. de his, quæ vi, metus è caus. fiunt, & in cap. querelam colum. penult. in fine de iure iuran. Imol. in cap. ad aures nu. 4. in præd. titul. de his, quæ vi, Bursat. cons. 304. num. 51. li. 3. & particularius quod si fuerit promissum sub fide sua de Caualiero quæ tenetur, ac si jurasset Riminal. Iun. cons. 521. nu. 75. lib. 5. immò quod talis fides importat minus quam iuramentum declarat ibidem Rimini. nu. 82. cum seq. cū iuramentum præstetur Deo cap. & si Christus de iur. iur. Ideoq; si in casu nostro oēs conventiones eiudē contractus annullantur non obstante iuramento, vt supra dictum est, & datur reuocatio, pariter id dicēdum est, quamvis fides intercesserit, & eadem ratione quæcunque alia promissio, quæ tendit ad idem, nullius efficaciz esse possunt, quoniam lex illas penitus annullat, vt supra scriptum est, etiam si negotium ad Ducem virum pertineret.

17 Nec Marchio iuuari poterit ex alio capite dilationis datæ per Ducem sex mensium ad impetrandum assensum, quoniam deficiēte Regio assensu ex illa permissione nulla oritur actio nec personalis, sicut dicimus in eo, qui promittit vendere feudum, vt ad nihil teneatur non impetrato assensu Dominus de Franchis decidit reicta opinione Afflct. in decis. 48. in primo dubio, pariter dicendum est in casu nostro in dilatione data ad obtinendum assensum pro emendo iterum feudum, quæ nullam vim obtinet ex defectu assensus, ultra quod in casu nostro respectu huius nouæ conventionis

uentionis non adest cōtractus stipulatus, sed tantum quādam minutæ, ut in factō notatur, quæ stipulatæ non sunt, nec possunt producere actionē, quam non producit principalis contractus emptionis Terræ Paduli ex supradictis.

Insuper minutæ p̄dictæ non opitulantur Marchioni, quoniam ante reuocationem per menses 13. non impetravit assensum, nec per memoriale per verbum, *fiat*, & reuocatione facta, quamvis fuissent confessæ minutæ pro reuocatione reuocationis, id Marchioni non sufficiebat: quoniam facta reuocatione reuocationis requirebatur noua dispositio, & nouus contractus emptionis, & super nouo contractu nouus assensus, vt *Frec. posuit in 2. lib. in verb. pluribus autem modis limit. 28. fol. 119.* & ideo poterat Marchio impetrare assensum super venditione facienda, postquam ex minutis impedimentum non oriebatur, quod cūm non egisset, meritò Ducissa egit pro restitutione pretij cum interesse, cuius depositum factū fuit post alios 14. menses sub die 23. Decembris 1587. Marchio, qui tempore venditionis asseruit, fuisse impetratum assensum per verbum, *fiat*, asseruit falsum, & cūm illum impetrare debuisset (licet sumptibus Ducissæ) elapsis iam mensibus 13. nec principium dedit impetrandi, & ideo non mirum si Ducissa reuocauit, dum verò deindè verbo data fuit dilatio aliorum mensium sex finiendorum in mense Aprilis 87. adhuc Marchio assensum impetrare non poterat, quoniam consultatio Regiæ Cameræ fuit expedita sub die 14. Martij 87. & sic impossibile erat infra terminum trāmitti, & illius vigore assensum impetrari, ideo non fuit facta reuocatio reuocationis iuxta minutas, sed vt cefset omnis difficultas, dato quod fuissent stipulatæ minutæ reuocationis, & Ducissa iterū de nouo emisset, nonnè potuisset reuocare hanc reuoca-

tionem reuocationis, & nouam emptionem similiter authoritate iuris, & Constitutionis, quomodo igitur Marchio fundatur super his tractatibus, & promissionibus, s̄eu minutis, quæ nullam vim obtinent non impetrato a sensu, qui Marchio distulit deindè facere depositum pretij v̄sq; ad diem 27. Decembr. 87. & nunc vult, vt fructus cum interesse compensentur.

18 Ultimò non obstat, quod in emp̄tore reuocante diuersum iudicatum sit, vt interesse pretij cum fructibus compensetur, quoniam exemplum sententiæ latæ cum perpetuo silentio in causa Marchionis Corati cū Principe Hostiliani in venditione Terræ Caiuani non meretur allegari in casu questionis nostræ, cùm in illa causa ex alio capite, & alia ratione emptor reuocans interesse consequi non potuit, & ideo est notandum in factō respectu illius causæ, quod venditio fuit facta Marchioni Corati sub die 4. Decembris 1576. & fuit impetratus assensus eodem die per memoriale per verbum, *fiat*, de quo fuit facta mentio in contractu v̄ditionis per Notariū, ibi, cum Regio assensu expedito bode presenti die, prout nobis constat, & sic dabatur tempus biennij per Regiam Pragmaticam ad expediendum aſſensum in forma Cancellariæ, quod tempus terminabatur in die 4. Decembris 1578. subsequitur reuocatio facta per Marchionem Corati sub die 12. Decembris 78. & sic post octo dies elapso biennio, ex quo dicebat Marchio, non interuenisse assensum. Ex hoc facto Marchio excludebatur meritò à petitione interesse ex duobus.

Primò, quia stante memoriali assensus expedito per verbum, *fiat*, durante biennio reuocare non poterat, quia perfecta est gratia, vt ponit *Aſſiſt. decif. 2 53.* & assensus dicitur validus ab eo die, licet reduci debeat in formam Cancellariæ infra biennium, & hoc iure utimur elapso biennio, deindè

deinde sub dicto die 4. Decembr. 78. Marchio reuocauit contractum post octo dies sub die 12. Decembbris eiusdem anni 78. cuius vigore statim facto deposito per Principem sub die ultimo Ianuarij sequentis anni 79. fuit restituta possessio Terræ Caiuani praetrita cautione. Si igitur reuocatio fieri non poterat durante biennio stante assensu per verbum, *fiat*, quomodo poterat Marchio pretendere interesse pro tempore, quo reuocatio non permittebatur?

Secundò & melius, Marchio Corati dolo versatus fuit, quoniam dum emit Terram Caiuani cū assensu expedito per memoriale per verbum, *fiat*, dolosè labi fecit tempus biennij, vt deinde contractum reuocare potuisset, qui facillimè assensum poterat in forma expediri facere, & absque contradictione, seu impedimento; dum enim assensus per verbum, *fiat*, erat penes Marchionem, qui non procurauit registrationem in forma Cancellariæ, sed malitiosè labi fecit tempus biennij, & mox post octo dies reuocauit, iniquum videri debebat, vt ex eius malitia, seu fraude premium consequeretur, & venditori damnum inferretur, restituendo premium cum interesse, dicit *text.* not. in l. apud Colsum S. quæstum est in vers. ait enim ff. de dol. mal. & met. except. ibi: Iniquum est petitori malitiam premio esse, ei vero, cum quo agat, pœna esse, cum longius æquius sit, ex eo, quod per fidem gestum est, actorem nihil consequi, & cū facto ipsius Marchionis lapsu fuisset biennium, idem censi debeat, ac si registratum fuisset l. parem ff. de regul. iur. non ad finem conualidandi contractum stante reuocatione, sed ut non lucraretur interesse ex suo dolo, ex qua calliditate nedum exceptio, sed actio competebat Principi ad euitadum solutionem interesse l. consilij ff. de reg. iur. tantò magis, quia solutum est, expeditionem assensus procurari ab emptore, ut notorium est, &

latissimè verificatum fuit in illo processu; & ideo Princeps Hostiliani in eodem processu recouenit Marchionem pro omni interesse, ex quo contractus venditionis processit de speciali licentia, & cum assensu; & dolosè Marchio non procurauit expeditiæ priuilegiæ in forma Cancellariæ, ut ex supplicatione. Nimirum igitur si in illa causa Marchio emptor reuocans fuit exclusus, & absolutus Princeps ab interesse pretenso ob dolum, & fraudem. At in casu nostro assensus non erat expeditus aliquo modo, nec concedi poterat per Viceregem, sed per Catholicam Maiestatem stante venditione feudi titulati, cuius expeditio poterat per annos differri, immò dum Marchio vendidit, expressit, fuisse expeditum memoriale per verbum, *fiat*, quod verum non erat, & hæc veritas non expressa, immò mēdaciū deinde patet factum causam præbuit Ducissæ reuocandi, quæ post menses 13. elapsos non impetrato assensu aliquo reuocauit, & ideo casus ille longè diuersus est à specie, de qua agimus, in quo non potest ratio diuersa assignari, cur interesse debeat compensari, si reuocatio fiat ab emptore, non autem si fiat à venditore?

Remanet igitur ex predictis fundatum, Ducissam reuocare potuisse venditionem, & consequi premium cū interesse, & ideo nedum non esse molestandam respectu ducatorum trium mille liberatorum per Sacrum Consilium, sed condemnandum esse Marchionem ad restantem quantitatam debitam pro interesse pretij non solum à die reuocationis factæ cittâ, seu à die petitionis, in quo non potest esse dubium, quoniam reuocatio habuit effectum, & debebat Marchio etiam vigore pacti statim restituere premium iam solutum, quod non fuit restitutum, nisi post 14. mēses; sed etiā à die solutionis pretij predicti factæ post contractum venditionis immedia- tè, cū nullus adfuerit alsus expeditus

datus, nec memoriale per verbum, fiat, cum quo interese poterunt compensari fructus percepti ad dictam rationem ducat. 3500. Cetera suppleant Illustres Iudices.

Fuit lata sententia per Sacrum Consilium, per quam fuit condemnatus Marchio ad soluendum Ducisse Sanctæ Agathæ interesse du. 78. mil. pretij Terræ Paduli ad rationem ducat. Septem cum tribus quartis pro quolibet centenario à die primo Maij 1587. usque ad diem 26. Decembribus eiusdem anni compensatis fructibus perceptis ex Terra prædicta ad rationem dueatorum trium mille, & quingentum anno quolibet, ab interesse vero prætenso per Ducissam pro tempore præterito usque ad diem ultimum Aprilis 1587. Marchio fuit absolutus.

Fuerunt decisi præcipue tres articuli, Primus, quod stante dilatione data Marchioni pro impetracione al sensus non teneretur soluere interesse, & sic quod usque ad ultimum tempus attenderetur dilatio data, non reuocatio, ea fortè ratione, quod dilatio data fuit longè post stipulationem venditionis, sicuti si pactum fuisset, ne pecunia usque ad certum diem peteretur, de quo pacto non concernente venditionem excipi potuisse iuxta text. in l. 2. S. item queritur ff. de doli except. comprobatur ex text. in liurisgentium S. sed si fraudandi de pact. Secundus, quod in restitucione, seu compensatione fructuum non fuit habita ratio prouentuum. Reliquus, quod finita dilatione prædicta à die primo Maij 1587. usque ad diem 26. Decembribus eiusdem anni, quo die Marchio fecit depositum pretij Terræ prædictæ, tenetur ad interesse pretij, & sic non obstante pacto, quod fructus compensarentur cum interesse.

## ARGUMENTVM.

Interesse lucri cessantis an, & quando debeatur data dilatione ad soluendum sortem principalem, & an valid sit ab initio inter Partes ad certam summam illius facta taxatio.

## S V M M A R I V M.

1. Facti vicem subit duplex iuris articulus, qui ab initio proponitur.
2. Interesse non debetur dilatione pendente, nisi sit conuentum, ut infra n. 4. Debitor non est in mora durante dilatione.  
Interesse non debetur sine mora, præterquam in tribus casibus adnotatis num. seq.
3. . . . lucri cessantis peti potest post moram.
4. . . . promissum dilatione pendente in recompensationem fructuum, qui percipiuntur ex fundo vendito, licet peti potest.  
. . . . mora etiam non commissa debetur marito matrimonij onera substituenti.  
. . . . necnon solito negotiari.  
Ita tamen si interesse conuictum sit lucri verisimilis.  
Quo euentu quantitas missa petitur pro interesse, non autem pro dilatione.  
Dilatio simplex data debituri ad soluendum sine conuentione super interesse lucri cessantis multum differt ab ea, qua dictæ conuentioni coniungitur.
5. Interesse lucri cessantis nec in mutuo damnatur in solito negotiari.  
Venditionis contractu resoluto debet restituui premium cum interesse.  
Interesse lucri iam radicati, & acquisiti

- fili equiparatur interesse dāni emer-  
genſis.*
- ... ab initio facta taxatio ad ratio-  
nem octo pro ſingulis centum, prout  
eadem, & maior currit in Ciuitate,  
eft licita, ibid. in fine.
- 6 Creditor etiam ex cauſa mutui poſt  
ab initio pacifici tam de intereſſe  
damni emergetis, quam lucri ceſ-  
ſantis pendente dilatione data etiam  
ante moram, iuxta opinionem fre-  
quentioribus ſuffragijs receptam.  
& ſatisfit decisioni Rotæ Ianuen.  
que contrarium fuadere videtur.  
Interesse ſecundum morem Regionis  
licet petetur.  
Dec. perperam allegatur pro opinione  
Rotæ Ianuen.
- 7 Interesse lucri veriſimiliſ taxatio etiā  
ab initio valet, excessua nequa-  
quam, ſed remittenda erit Iudicis  
arbitrio.  
Cerum quid dicitur ab initio ſecun-  
dum communiter accidentia.  
Probationes ex coniecturis deductæ  
ſufficiunt in huiusmodi materia.  
Item instrumenta inter alios confe-  
cta.  
Notorium, ſatis eſt, ut allegetur, non  
enim indiget probatione.  
... habet vim ſententia.  
Requifita illa Caſtreñi. in bac intereſſe  
materia quando notoria ſunt,  
prout in bac Ciuitate, non indigent  
probatione, preſertim in ſolito nego-  
tiatore.
- 8 Deciſio.
- contractu ex Partium conſensu de-  
beatur intereſſe durante dilatione  
prædicta ratione lucri ceſſantis.  
Secundò, ſi debetur, an potuerit  
ab initio ab eisdem Partibus taxari ad  
certam rationem.
- 2 Ad primum videtur dicendum,  
dilatione pendente intereſſe non  
deberi, cum dilatione non finita debi-  
tor nō ſit in mora, & vbi nō eſt mora,  
interesse non debetur l. lecta, vbi Do-  
ctores ff. ſi certe petat. & in l. insulam  
S. uſuras ff. ſolus. matrim. & in intereſſe  
lucri ceſſantis quod possit peti post  
moram, poſuit Dec. conf. 116. colum. fin.  
vers. ſecundo non obſtat, & in conf. 441.  
colum. fin. vers. venio ad ſecundum du-  
biuſ, Craueſt. conf. 87. colum. fin. vers.  
circa ſecundum, & conf. 189. & parti-  
cularius quod agi non poſſit ad intereſſe  
prædictum data dilatione debiti-  
tori, poſuit idem Dec. conf. 119. ex eo,  
quod ſtante mora creditor abſque  
dubio petere poterit intereſſe lucri  
ceſſantis, ex his, que latè ſcripſerunt  
Bart. & ceteri in l. unica num. 25. vers.  
ſi vero confueuit C. de ſenten. que pro eo;  
quod inceſt. & in l. nummis circa finem,  
vers. quero, utrum ff. de in lit. iuran. per  
tex. not. in l. 3. S. fin. ff. de eo, quod certo  
loco, etiam ultra legitimum modum,  
Ancharan. in clem. 1. S. ſanc de uſur.  
Abb. & alij in cap. conqueſtus colum. 1.  
eo. tit. de uſur. & conf. 39. col. 2. circa fin.  
vol. 1. & Aret. in conf. 9. circa fin. vers.  
expeditum eſt.
- 3 Sed vt hic primus articulus bre-  
uiter reſoluatur, eſt aduertendum,  
quod licet regulariter mora non co-  
missa intereſſe non debatur, recipit  
tamen hęc regula tres veriſimas li-  
mitationes. Primò, ſi intereſſe promi-  
tatur dilatione pēdente in recōpen-  
ſationem fructuum, qui ex prēdio vē-  
ditio colliguntur, ad text. vulgatum in  
l. curabit C. de actio. empt. per gloſ. in l. 2.  
C. de uſur. & in cap. conqueſtus, vbi Ab-  
bas, & ceteri exer. cod. tit.

## Pro Georgio Centurione.

## CONSILIVM L.

**N** causa Georgij Cen-  
turionis cum Marchio-  
ne Bonatorum de duo-  
bus tantummodo di-  
ſcuriendum erit.

Primò, an data dilatione vnius an-  
ni ad ſolutionē capitalis, reſiſto iam

dilatione in recompenſationem fructuum, qui ex prēdio vē-  
ditio colliguntur, ad text. vulgatum in  
l. curabit C. de actio. empt. per gloſ. in l. 2.  
C. de uſur. & in cap. conqueſtus, vbi Ab-  
bas, & ceteri exer. cod. tit.

Secundò, in marito, qui ſubſtinet  
onera matrimonij, ad text. in cap. fa-  
lubriter

*lubriter eodem titul. de usur.*

Et tertio in solito negotiari, ut habetur in eodem *cap. conquestus, Alex. conf. 200. post num. 6. vol. 6. Natta*, qui sequitur *Alexand. in conf. 417. volu. 2. Soc. latè in conf. 176. vol. 2. colu. ultima vers. quinta difficultas, & in conf. 103. vol. 4. col. 3. vers. 7.*

4 Et particularius, quod valeat cōuentio in solito negotiari pro interesse lucri cessantis, & sic ex pacto pendente termino, & dilatione, ultra supra citatos posuit *Dec. in cap. cum venerabilis num. 14. de exception.* dummodo conuentio contineat interesse verisimile *Paul. de Castr. in l. Iulianus §. ex vendito ff. de action. empt. Abb. in dicto cap. conquestus, & in cap. nauiganti col. 3. vers. nota primò eod. titul. Hostien. in dicto cap. salubriter*, ita tamen si fiat pactum de lucro verisimili, quemadmodum *Dec. supra docuit, Ancharan. in regula peccat. vers. sexto quero, Ruin. conf. 73. colum. fin. vers. non obstat volum. 1. & conf. 104. col. 2. vol. 4. Paris. conf. 60. num. 21. volu. 1. & GoZad. conf. 55. num. 9. & de interesse lucri verisimilis loquitur Afflict. decif. 20. num. 2. ex notatis in dd. cap. conquestus, & cap. salubriter, in his n. casibus, & signanter in solito negotiari siue data sit dilatio, siue non, petitur quantitas promissa, non pro dilatione, sed pro interesse, ut posuit *Alexand. in conf. 221. super titul. questionis post num. 8. volum. 2. est enim differentia, an sit data dilatio debitori, nulla alia conuentione adhibita pro interesse lucri cessantis, & hoc casu debitor in eo, quod non promisit, cōueniri non potest, aut vero pactum adiectum est pro interesse creditoris, & debebit habere lucrum cessans, licet sit datus terminus ad soluendum Dec. optimè qui erit videndus in confi. 111. num. 9. & clarius post num. 13. vers. non obstant quædam responsiones, & hac responsione tolluntur contraria deducta ex consilijs eiusdem Dec. & aliorum, quod sequi videtur**

idem *Dec. in d. conf. 119. colu. fin. vers. sexto respondendo*, licet dicat, quod interesse probari debebit, quoniam tractatur ibi de interesse ad rationem duodecim pro centenario, quod non erat cessum, de quo in secundo articulo dicemus.

5 Insuper aduertatur, quod in casu nostro non sumus simpliciter in mutuo, in quo adhuc in solito negotiari dicuntur DD. tam *Ciuilista*, quam *Canonista*, deberi interesse lucri cessantis, relati latissimè per *Tiraquell.* more solito *in tract. de retract. lignag. §. 1. glof. 18. nu. 71. Molin. de contract. tract. 2. disp. 565. lit. D.* Sed Georgius creditor tenebat emptos annuos introitus à Marchione Burgetiæ ad rationem septem pro centenario, & rescisso contractu, ac data dilatione vnius anni ad solutionem faciendam, pro qua insolidū se obligauit Marchio Bonatorum, sine dubio ad eandem rationem, vel ratione fructuum, & introituum, qui percipiebantur ex re vendita, iuxta terminos *d.l. curabit*, vel etiam ratione interesse pretij, quod debebatur etiam resoluta venditione ad text. in l. 3. in 2. responso iuncta glof. in verb. offerri ff. de distract. pignor. per Bald. in l. acceptam in 6. oppos. C. de usur. potuisset cōsequi Georgius creditor interesse, etiā pendente dilatione ad rationem prædictam, immò nō vocaretur lucrum; sed dānum emergens, postquam licet diceretur lucrū, erat tamen conuētum, & radicatum, sēcū potius acquisitum ex instrumento emptionis, & idem iudicatur de amittendo lucrum iam quæsumum, sicut de damno glof. not. in l. 1. §. si quis autem ff. de itin. act. priu. Alex. consil. 164. nu. 4. vol. 5. & conf. 89. nu. 13. vol. 2. latè *Magon. decif. Lucens. 25. nu. 87.* & hoc modo non fuisset opus tanta disputatione, sed quia data dilatione fuit promissum interim interesse ad rationem octo pro centenario, & sic superaddito uno ratione lucri cessantis, idcirco ex abundantī demonstra-

ui-

timus, potuisse licet fieri ex supradictis; verum adhuc dicere possumus, licet fuisse conuentione ad rationem octo pro centenario, & non posset vocari simpliciter lucrum: quoniam notorium est, eodem tempore fieri venditiones in Civitate ad maiorem rationem, & taxatio legitima est, prout in Civitate currit, posuit Corne. in consil. 13. post lit. D. colu. fin. vol. 3.

6 Sed quid ultra moram facimus in hoc articulo, postquam fortior opinio frequentiori calculo recepta est, posse scilicet creditorem etiam ex causa mutui ab initio pacisci de consequendo interesse siue in danno, siue in lucro consistat, pendente dilatione, data etiam ante moram, quando tamen fraus abest, & verisimilis sit eius certitudo, ut in specie nostra, quam communem posuit latissime Couarru. videndus omnino pro decisione huius causae, eamque confirmauit authoritate Ciuilistarum, Canonistarum, Summi Starum, & Theologorum, non obstantibus contrariis in 3. lib. variar. resolution. cap. 4. post num. 5. & propriè in vers. item & illud, ad quem omnia remittimus, & si regulariter in Civitate similes contractus licet fiant, & permittuntur à Negotiatoribus, ut passim observari videmus, poterit sine dubio secundum morem Regionis, & loci mérito peti interesse lucri cessantis Corneus in consil. 145. volum. 2. & consil. 154. volum. 3. & Paris. consil. 60. colum. fin. vol. 1.

Nec obstat Decisio Rote Genue 91. num. 30. in fin. cum sequ. in qua deciditur, data dilatione non deberi interesse, nec à principio taxari possit, quoniam ibi casus diuersus est, cum ab initio factæ fuerint literæ cambij de soluendo medietatem infra sex menses, & aliā infra sex alios menses. Insuper non fuit promissum interesse taxatione lucri cessantis.

Et denique verior est opinio, & communis, deberi interesse prædictū etiam dilatione pendente, vt omnes supra citati Doctores concludunt, & signanter Decius in allegato consil. 111. qui allegatur in dicta decisione Rotæ, & mirum est, quomodo allegetur, cum aperte ibi contrarium substineat, & hanc nostram opinionem riteatur, sicq; patet, regulam contraria, & supradictam decisionem non militare, nec subsistere in casu nostro, etiam respectu taxationis interesse, de quo in sequenti articulo dicemus.

7 Secundus articulusmodicam, aut nullam habet dubitationem in casu questionis nostræ, dum enim de interesse agimus lucri cessantis, licet lucrum non sit omnino certum, & posset etiam esse, quod creditor lucratus non fuisset, cum multa in contrarium evenire potuissem, secundum Paulum de Castr. in l. 3. S. nunc de officio ff. de ev. quod cert. loc. per Afflictum dicta decis. 20. & Dec. consil. 322. circa fin. vers. & in lucro, & proinde videatur dicendum, quod à Partibus à principio taxari non possit, siveque requiratur probatio, & liquidatio Iudicis, ut Dec. posuit in dicto consil. 119. à num. 7. & in fin. per Bald. & alios in l. rogaisti S. si tibi ff. si cert. petatur, hoc tamen procedit, quando interesse fuisset excessuum, & ultra legitimum modum, quo casu Iudicis arbitrio remittenda est taxatio, dicit text. not. in l. 4. ff. de eo, quod cert. loc. cum S. final. precedentis, secùs autem si verisimiliter tantum lucrari potuisse, quia valebit conuentio de certa quantitate, posuit idem Dec. in d. consil. 111. num. 14. vel si certitudinaliter ad summam prædictam ascenderet, ut dicit Afflict. dicta decis. 20. num. 2. & Couarru. loco citato, ultra dicta eiusdem Decij, & aliorum citatorum in primo articulo, etenim si interesse potest esse cer-

L1 tum

tum ab initio, ut in casu nostro, vel si verisimiliter ad eandem quantitatem ascendit, taxatio valebit, & certum etiam potest dici ab initio secundum communiter accidentia, ita Caccialup. in l. cunctos populos num. 82. C. de Summa Trinitate, & fide Catholica, Rebuff. latè in d. l. unica num. 618. & sequ. C. de sentent. quæ pro eo, quod inter, etiam clarum est, similes promissiones, & venditiones fieri in Ciuitate, & quòd possit fieri taxatio ad rationem septem, vel octo pro centenario, prout in Ciuitate currit, dixit Corneus dicto cons. 114. in finalibus verbis, & GoZadin. dicto consil. 55. num. 11, & sufficiunt coniecturales probationes, ut per Cagnal. in l. quatenus num. 26. ff. de regul. iur. & in d. b. curabit nu. 57. cùmquè notorium sit, in Ciuitate eo tempore, ante, & ad præsens factas fuisse venditiones ad maiorem rationem, non est opus alia probacione, & procedere posset interesse etiam iuxta instrumenta inter alios confecta, secundum glos. in d. l. unica in verb. subtilitatem, & ibi Bald. colum. final. vers. nunquid per instrumenta C. de sentent. & quia hoc notorium est, sufficit, quòd allegetur absque alia probacione glos. in clemen. appellanti vers. alias de appellation. & ibi Doctores, quoniam notorium habet vim sententiae glos. & Bart. in l. ictus fustium ff. de his, qui notant. infam. nec erat necesse probari, quòd Georgius creditor solitus erat facere similes emptiones, quas pro certo fecisset, si pecuniam habuisset iuxta notata per Paulum de Castr. in dicta l. 3. S. nunc de offic. quia hodie notorium est, tanto magis in persona Georgij creditoris Ianuensis, & tanquam notorium non indigeret probacione, ita Lanarius loquens in his terminis soliti Negotiatoris in consil. 79. num. 9. ex dictis per Bart. post glos. in l. si vero S. qui præ rei qualitate ff. qui satis d. cogant. Ex quibus patet,

Georgium in omnibus debere obtinere, & confirmandam esse sententiam Magnæ Curia.

Die 14. Nouembris 1603.

- 8 Referente Vespulo fuit iudicatum in fauorem Centurionis, confirmando sententiam Magnæ Curia. Actuarius de Ferrarys.

#### ARGUMENTVM.

Filij spurijs institutio legitima censenda erit, si instituatur casu, quo à Principe legitimabitur.

Hinc quædam ad legitimatio-  
nis materiam, & filiationis  
probationem pertinentia re-  
soluuntur.

Post hæc adnectitur, hæredem particulariter institutum posse propria autoritate capere bona sibi legata, non autem obstrictum esse illa à manu hæredis vniuersalis accipere.

#### S V M M A R I V M.

1. Facti loco tres iuris quæstiones praemittuntur.
2. Legatum filio spurio fieri non potest à patre, nisi ratione akientorum secun-

- secundum aequitatem Iuris Pontificij.
- Sed quomodo debeantur buiusmodi alimenta?
- Filius spurius est capax institutionis, si instituatur casu, quo à Principe legitimabitur, & subsequuta legitimatione paternam consequetur hereditatem.
- Quod obtinet etiā in filio Sacerdotis.
- Institutione veluti erronea corruit, si quis instituatur, ut filius, qui verè talis non est, ibid. in fi.
- 3 Filii spuri legitimatio facta ad instantiam patris viuentis valida est etiam nomine citato.
- Idq; obtinet, etiam si facta post patris obitum, præcedente tamen illius mandato, etiā Agnatis non citatis, dummodo non supersint filii legitimi, & naturales.
- Nec hoc casu erit in precibus facienda mentio de Agnatis.
- Qui nuncupatim nominandi essent in casu posito, ibid. circa fin.
- Legitimatio retrahitur ad tempus institutionis, immo ad tempus conceptionis natiuitatis.
- Legitimatio filii spuri validia est, etiā si in genere de illegitimitate sit facta mentio ex multorum Doctorum sententia.
- 4 Filius iuxta iuris presumptionē procreatus intelligitur ex viro, & non ex adultero, etiam si mater contrarium affirmaret. sed declarata, ut num. seq.
- 5 Intellexus S. defuncto l. miles ff. de adult.
- Filiatione, ex quo respectu patris difficultis est probationis, ideo poterit probari coniecturis, vel presumptionibus.
- Erit interdum sufficiens unica conjectura.
- Quandoq; plures simul coniungentur ad filiationem probandam.
- 6 Filiationis presumptiones aliquot reconsentur.
- Quae erunt sufficientes etiam in petitorio, nedum in possessorio.
- 7 Heres non potest Defunctis factum impugnare præterquam si illud sibi nullum.
- 8 Heres etiam particulariter institutus potest propria autoritate capere bona sibi legata.
- 9 Praesentis controvrsiae exitus.

## Pro Cæsare Massa.

### CONSILIVM LI.



**I**n casu questionis propositæ inter Cæsarem Massa filium q. Francisci Massa hæredem particulariter institutū, & Lanfranchum Massa vniuersalem hæredem, dūm centrouertitur institutio facta in personam Cæsaris tanquam spuri, non obstante legitimatione validè impetrata, pro resolutione videntur. Primo, an institutio legitimè processerit in beneficium Cæsaris in tempus legitimationis obtinēdæ. Secundo, an legitimatio iam concessa in aliquo possit impugnari per Lanfranchum hæredem. Ultimo, an Cæsar teneatur res sibi legatas capere à manu hæredis vniuersalis, qui adjt hæreditatem.

Ad primum, & si regula sit communis, filio spurio à patre legari non posse, nisi ratione alimentorum attenta æquitate iuris canonici, vulg. text. in cap. cùm haberet de eo, qui duxit in matr. quam polluit per adult. quæ alimenta non deberentur tantummodo iuxta indigentiam naturalem, sed præmodo facultatum, & secundum qualitatem, & dignitatem obligati, scripsit Couar. in epit. de spons. c. 8. S. 6. num. 7. & 8. quoniam aliæ non dicerentur alimenta, sed tantum substantatio naturæ, quod esset iniquum, dixit Tellus Fernand. in suo comment. ad leges Tauri l. 10. num. 2. & sequitur Ioan. Mau-

tienz. in recoll. legum Hispania tit. 8. lib. 8. glo. 1. num. 10. Nihilominus filius quamuis spurius recte institui poterit casu, quo à Principe legitimabitur, & sequuta legitimatione cōsequetur patris hēreditatem absque periculo Bal. Caſtren. & alij in l. Gallus S. instituens ff. de lib. & posth. probat text. apertus in l. in tempus ff. de hāred. inst. ubi Angel. I mol. & alij, idem Bal. in l. 1. num. 17. C. de instit. & substitut. & talis institutio tutissima erit, dixit Couarru. in d. cap. 8. S. 5. num. 12. sequuntur alij quāmplures relati per Matienz. latē cod. titul. 8. lib. 6. glof. 8. num. 19. quod procedit etiam in filio Sacerdotis, vt sub conditione prædicta institui possit Angel. & I mol. in l. si quis instituatur ff. de hāredit. instit. & prosequitur Bermond. in tract. de concubin. in ver. qui etiam filios num. 37. fol. mihi 327. quæ conclusio non patitur aliquam controvēsiam; proinde Lanfranchus hāres confugit ad aliam leuorem exceptionem, negando, Cæsarem esse filium Francisci, qui dūm fuit institutus, vt filius, & verè non est filius, vitiatur institutio tanquam erronea, l. neque professio C. de testament. Bar. post glossam in l. 1. S. si quis filium, & in l. Carbonianum ff. de carbonian. edit. & Dec. in consil. 116. Sed quoniam hæc exceptio respicit etiam legitimatis obiectum, ideò inferiùs respectu utriusque capituli facile diluetur, & remanet firmum, institutionem legitimè processisse in casu prædicto.

3 Quād ad secundum; sicuti legitimatio filij spurijs concessa, instanti patre viuente, valida est, nemine intimato, vt per Doctores in cap. per duas de probationib. in cap. transmissæ qui fil. sint legitim. per Alexand. in solemni consil. 88. à num. 10. cum sequ. volum. 7. Dec. consil. 85. colum. final. Ruin. consil. 36. num. 6. volum. 1. Bart. Bald. Salycet. & Angel. in dicta leg. neque professio, & latē Tiberius Decian. in consil. 1. num. 110. volum. 3.

pariter mortuo patre præcedente ipsius ordinatione, eodem modo filius licet spurius legitimari poterit, Agnatis non citatis, non existentibus tamen filijs legitimis, & naturalibus, & quād bona, de quibus pater disponere poterat, vt in casu nostro, quamuis in precibus nulla facta fuerit mentio agnatorum, Bart. posuit in d. l. Gallus S. & quid si tantum num. 14. cum seq. ff. de liber. & posthum. ubi Caſtren. Aretin. & Socinus, Bald. in dicta l. 1. C. de instit. & substitut. Crotus in eodem S. & quid si tantum num. 139. & Lancelot. Galiaul. ibidem num. 84. cum sequ. Corneus in notabili consil. 1. column. 6. litera M. usque in fin. volum. 3. Molin. de primogen. Hispanorum lib. 2. cap. 7. num. 40. & latē Matienz. cod. titul. 8. lib. 10. glof. 1. & 2. num. 19. quam legitimationem ipsem filius poterit impetrare, faciens mentionem de mandato paterno, vt dicit Corneus loco citato, & probat text. in authent. item sine, ibi Filij supplicant testamentum ostendentes C. de natural. liber. adducunt rationem præfati Doctores, quia spes agnatorum non est de iure considerabilis, cùm eis testator de bonis quæsitis nihil relinquere teneatur, ideò tanquam eorum non intersit, citandi non sunt, & legitimatio retrotrahitur ad tēpus institutionis Bart. in dicto S. & quid si tantum, Corneus loco citato, Molin. optimè dicto num. 40. & num. 42. cum sequ. Bermond. in loco allegato num. 38. & 41. qui dicit, quod retrotrahitur nedūm ad tempus natiuitatis, sed conceptionis, & quamuis sufficeret filio exprimere illegitimatem in genere, vt multi Doctores testantur, tamen ad tollendam omnem dubitationem fuit specialiter expressum, procreatū fuisse ex tali muliere coniugata, declarat Decius consil. 55. num. 4. & Couarru. qui alios allegat in dicto cap. 8. S. 9. post num. 2. Agnatorum autem mentio fieri debuisset

buisset, si mortuo patre ab intestato, cessante illius voluntate filius impetraret legitimationem, cùm in casu prædicto ius fuisset quæsumum agnatis ab intestato succedentibus, maximè adita hæreditate *Cuarru loco cit. num. 9. Matienz. eodem sis. 8. lib. 10. glos. 1. & 2. nu. 20. & Lancellot. Galiaula in d.S. & quid si tantum num. 89.* quod non procedit in filio in instituto sub conditione legitimatio- nis obtinendę, ordinatę Genitore ex communi traditione *Dotorum à nemine controuersa*, & ex abundantia, dūm Cæsar Massa obtulit preces pro legitimatione, presentando particulā testamenti, expressit Principi existen- tiā Lanfranchi nepotis testatoris, & hæredis vniuersalis, sicut in particula continetur.

4 Aduersus prædicta, quæ non pa- triuntur difficultatem, Lanfrâchus nouissimè opponit de nullitate legitimatiōnis, ex eo quòd Cæsar non sit filius Francisci testatoris, cùm natus sit ex muliere cōiugata; quo casu iuris præsumptione resultat, esse filium mariti, non adulteri, etiam si mater contrariū affirmaret *Bart. & cæters in l. filium, definimus ff. qui sunt sui, vel alien. iur. per tex. in l. miles S. defuncto ff. de adulserijs*; ita quòd inducatur præsumptio iuris, & de iure, contra quam non ad- mittitur probatio in conterarium.

5 Sed exceptio prædicta mirum est, quòd allegetur à Lanfranco, qui be- nè sciens omnia, de quibus inferiùs, abstinere debebat ab omni contradic- tione; etenim exceptio prædicta in casu nostro nullam habet subsisten- tiā, quoniam *tex. d.S. defuncto non decidit, vt natus ex coniugata semper præsumatur filius mariti, sed tantummodò, quòd non est bona cōsequen- tia dicere, mulier est adultera, ergò filius est spurius, nām possunt stare si- mul, quòd sit adultera, & quòd sit fi- lius mariti, nō autem probatur, quòd inducatur præsumptio iuris, & de iure, ita vt omnino iudicandus sit filius*

mariti, ita ex mente *Angel. ibi, Dec. in d. cap. per tuas col. 2. vbi Feli. in princ. declarat Paris. in notabili, & solemini conf. 10. num. 83. volum. 2.* qui viden- dus erit omnino, ideò procedit ille *text. non existentibus alijs conjectu- ris in contrarium Alexan. latè in conf. 88. num. 14. volum. 4.* vel procedit, si natus fuisset in domo mariti, & ab eo- dem traetatus vt filius, vt *ibidem de- clarat Alexand. num. 15. & 16.* vel quandò talis præsumptio est fauorabilis filio, & filius illam opponit, vt di- cit *GoZad. in conf. 13. post nu. 48. vers. præterea, & latè Decian. in d. conf. 1. nu. 128.* & in summa ille *text.* procedit in dubio, cessantibus alijs cōiecturis, sed non excluditur probatio in contrariū *Henric. Boich in d. cap. per tuas, Anch. conf. 225. Alexan. dicto conf. 88. nu. 9. Paris. eod. conf. 10. num. 39. & Decian. d. conf. 1. nu. 122. cum seq.* & cùm aga- tur de probatione filiationis, quæ dif- fícilis est respectu patris, & propter difficultatem reputatur impossibilis, quieuerunt DD. in cōiecturis, & præ- sumptionibus, ex quibus cessat illa- præsumptio, quæ deducitur ex *text. in d.S. defuncto*, vt præcitatı *Dotores lō- go examine affirmant, & iuribus, ra- tionibus, & authoritatibus compro- bant ex not. in tex. iuncta glos. in ver. testamentum in l. Lutius Titius ff. de- condi. & demonst. in d. cap. Michael, & in d. cap. per tuas, Dec. in cap. 1. nu. 166. de probat. Paris. inter ceteros d. confil. 10. num. 40. Lopus alleg. 83. nu. 3. Con- jecturæ autem, & præsumptiones non requiruntur copulatiuè, sed alterna- tiuè *Felin. in d. cap. per tuas num. 13. Dec. conf. 54. in fin.* & si vna coniecta- ra firmiter probetur, sufficiens est, & si plures adducuntur, iungi possunt ad filiationem probandam *Corn. d. conf. 1. col. 11. lit. Q. vers. ex quibus, Paris. d. conf. 10. num. 106. respondens ad conf. Barbas. 27.**

6 Præsumptiones autem, quæ con- ferunt ad speciem, quam agimus, no- toriae sunt, & ponuntur à DD. in locis

*predicis*, quæ sunt magis proportionabiles filio, quam in personam extranei, nempè tractatus longo tempore cum alimentatione, & educatione condigna, sicut in casu nostro, ut benè est notum omnibus, nominatio filij pluries facta in publicis scripturis, in apocis, & testamento productis, communis reputatio, & fama, institutio facta in testamento, quæ sola attendenda esset, legitimatio ordinata per patrem in eodem testamento, maximus amor, & affectio, nedùm ex gestis patre viuente, sed ex eodem testamento, dùm summè commendat filium eius Aduocato, quæ non cadunt in alienum, similitudo filij, & patris pariter consideranda est, & demùm quòd maritus adulterè nunquā aliquid dixit, aut allegauit, quæ omnia fatis, superquæ sufficiunt ad probandum filiationem, nedùm in possessorio, sed etiam in petitorio, vt latissimè posuerunt Alex. d. cōf. 88. Paris. d. cons. 10. à nu. 44. cum seq. Corn. d. cons. 1. col. 11. lit. Q. vol. 3. & Decianus, qui loquitur in filio Sacerdotis adhuc dubitantis de filio in d. cons. 1. à num. 103. cum seq. qui in numeros allegant, vbi yideri possūt ad satietatem. Et nouissimè reperta est descriptio nativitatis Cæsarii tali die, & hora in anno 1570. scripta in quodam libro manu eiusdem Francisci patris, & iudicio Dei reperito cum scripturis cōsignari petitis per Lanfranchum, quæ descriptio inducit probationem filiationis secundùm Bald. in l. neque natales colum. 1. vers. vel si ipsem pater C. de probat. Paris. d. cons. 10. num. 58. qui alias cumulat, & additur alia præsumptio multum efficax, dùm testator instituto nepote hærede vniuersali, Cæsari filio reliquit onus solutionis pretij Capellæ, & in sui beneficium, & descendentium ab eo vti ipsius filio prohibuit alienationem Capellæ prædictæ, cōsiderando Cæsarem filium de ipsius familia, & non aliter, iuxta text. in l. familiaria ff. de relig. & sumptu. funer. & quòd magis?

domum maximi valoris, & ad oblectandos animos summis vigilijs, & expensis accomodatam reliquit Cæsari filio, præferendo ipsum Lanfranco nepoti, quæ sine dubio non cadunt, nisi in filium charissimum, & penitus extranea sunt quoad alienos.

7 Mirum est etiam, quòd Lanfranchus, qui suis sumptibus legitimatem ex ordine testatoris procurare debebat, nunc oppugnat legitimatem obtentam vti hæres, qui agnouit hæreditatem, & qui factum defuncti impugnare non potest vulg. l. cùm à matre C. de rei vend. nec dicatur, hæredem teneri habere ratum factum defuncti validum, non autem actum nullum, qui non obligat hæredem S. his igitur in Authen. de hæred. & falcid. authen. hoc amplius C. de fideicommiss. de quo Andr. latè in cap. 1. S. donare post nu. 8. in vers. Si ergò, qual. ol. feud. pot. aliena. Afflct. decif. 240. num. 7. & Camerar. in cap. Imperiale fol. 89. lit. G. cum sequ. Siquidèm in casu nostro si loquimur de institutione, validissima est, vt fundauimus, si de imperatione legitimatis ordinata à patre, nedùm nullitas non consideratur, sed mera dilatio ex parte Lanfranchi, qui pro tot beneficijs acceptis à patruo, nunc explere conatur munus gratitudinis cum ingratitudine, impugnando iustissimam dispositionem, & legitimatem obtentam.

8 Vltimus articulus breuiter resolutur, dùm Cæsar filius est hæres particulariter institutus, & taliter declaratus per M. C. obtenta legitimatione, ex quo bona sibi legata propria auctoritate capere poterat, minus autem à manu hæredis, vt Bart. posuit in l. ex factu num. 2. in fin. ff. de hæred. inst. & Alexand. in l. quoties post num. 5. vers. & sic licet legatarius C. eod. tit. Nec est considerabilis prætensa possessio domus clandestinè capta per Lanfranchum, cùm loquatur de possessione appartamenti suæ habitacionis relictae per testatorem, vt ex lectione

ra patet, quæ in aliquo officere non potest ex prædictis, aduersus quæ Lanfranchus non est audiendus, sed conseruandus Cæsar in possessione omnium sibi in testamento relictorum.

- 9 *Causa fuit compromissa, & decisa vi-gore laudi, scèn arbitramenti.*

## ARGUMENTVM.

De Legati caducitate propter Legatarii obitum ante conditionis euentum.

S V M M A R I V M .

- 1 *Casus.*
- 2 *Verbum disponere refertur ad ultimas voluntates.*  
*Legatum factum sub die incerta non distinguitur à conditionali, & n. 4.*  
*Legatario defuncto ante conditionis euentum, legatum babetur pro non scripto.*  
*Et sic ad legatary heredem non transmittitur, & num. 6. & 7.*  
*Obligatio nata non est, nemùm actio ante conditionis euentum.*
- 3 *Disponendi post mortem habens aliquis facultatem, non poterit in vita disponere, nec è conuerso.*  
*Hinc habens facultatem disponendi in vita, non poterit testari vigore illius facultatis.*  
*Donatio inter viuos quomodo distinguatur à donatione causa mortis, si utraque sit in vita.*
- 4 *Fideicommissi conditio ante mortem grauati non purificatur, si is facultatem habet restituendi post mortem, & eligendi fideicommissarium.*  
*Et si elegerit in vita poterit electionem mutare.*  
*Dispositio facienda post mortem, si fiat*

*in vita, non habet effectum, nisi mor-te secuta.*

*. . . & interim beneficiato nullum ius tribuit propter incertitudinem diei.*

- 4 *Dilatio in dubio an censeatur concessa gratia heredis, vel legatary.*  
*Restitutio facta ante tēpus interdum propter heredis præiudicium non tenet.*
- 6 *Restituere post mortem grauatus quando pro libito possit facere in vita re-stitutionem.*
- 7 *Legatarius an quis sit, vel nudus mi-nister, quanti interficit, & quomodo dignoscatur.*  
*Mortis adiectio quando faciat, vel nō dispositionem conditionalem.*
- 8 *Consensus simpliciter præstitus mul-tum differt à consensu præstito sub conditione, siue cum protestatione.*
- 9 *Causa adhuc pendet indecisa.*

Pro Antonio Sebastiano.

## C O N S I L I V M L I I .

**I** O: Baptista Sebastianus, instituto Torquato eius filio hærede vniuersali, fecit infra scriptum legatum, *Voglio, che à Vittoria Coppula mia moglie, guardando il letto viduale, dopò sua morte li sia lecito posser dispanere sopra la mia heredità di docati cinquecento pro una vice tantum, in beneficio però della sopradetta Laura nostra comune figlia, e non altrimenti, quo defuncto, dum Laura fuisset nuptui tradita Michaeli Grisone, Victoria ma-ter in capitulis matrimonialibus consentiente Torquato hærede cessit eidē Lauræ prædictos ducatos quingentum ex facultate attributa à Io. Baptista viro, verū cum speciali pa-cto, che per questo non s'intenda fatto preiudicio alle ragioni, che competeno à Torquato, quando soccedesse morte alla*

pre-

*predetta Laura auanti la morte di Victoria.*

Prædefuncta Laura antè obitum Victoriae matris, per sententiam Sacri Cons. sub die 30. Martij 1601. fuit declaratum, dotes, & iura dotalia Lauræ spectare ad Victoriam Grisone eius filiam, cùmque eadem Victoria filia prætendisset, in dotibus prædictis includi prædictos ducatos quingétum, quorū Victoria Coppula facultatem habebat disponendi in beneficium Lauræ, & disposuit in capitulis matrimonialibus, vt superiùs dictum est, per aliam sententiam eiusdem Sacri Consilij fuit decisum, quòd in sc̄tentia lata sub dicto die 30. Martij 1601. non includantur duc. 500. de quibus Io. Baptista dedit facultatem Victoriae Coppulæ disponendi in beneficium Lauræ tanquam caducati ob mortem Lauræ antè mortem Victoriae matris, non obstante dispositione facta in capitulis matrimonialibus, à qua sententia dicta Victoria Grisone filia prædictæ Lauræ reclamauit, & agitur hodiè de expeditione causæ prædictæ reclamationis.

Et defendendo partes Antonini Sebastiani conuenti sine controvèrsia concludendum est, ob mortem Lauræ superstite Victoria matre, legatum prædictum fuisse effectum caducum ex infra scriptis.

2. Primò, non est dubium, quòd dispositio prædicta collata in arbitrium Victoriae Coppulæ importat actum ultimæ voluntatis, quia usus est testator verbo, quòd liceat disponere, quod verbum disponere refertur ad ultimas volūtates S. disponat in Autb. de nuptijs, Alber. in suo Dictionario in verbo dispositio, glos. & Alexan. in rub. nu. 16. ff. solut. matr. Ruin. consil. 153. num. 12. volum. 2. & Napodan. in Conſuetudine. Et si testator in verbo disponere num. 4. & in casu nostro habemus claram voluntatem testatoris, dū expressis verbis dixit, quòd liceat disponere post mortem, quo casu lega-

tum prædictum c̄setetur conditionale. tanquam factum sub die incerta ad sex. in l. bares meus ff. de condit. & demonstr. & præmoriente legatario ante conditionis euentū extinguitur legatum, quia dum alicui legare permittitur, intelligitur secundum iuris dispositionem, dūmodò superstes reperiatur tempore dispositionis facienda, cùm alijs pro non scripto haberetur l. 1. S. 1. & S. fin autem sub conditione C. de caduc. tollend. Napodan. in Conſuetudine. Si aliquis moriens in verbo tenetur sub num. 25. & cùm ante euentum conditionis non sit nata nec actio, nec obligatio l. cedere diem ff. de verb. significa. legatum prædictū conditionale peti non potest l. legata sub conditione, ubi Soc. num. 2. ff. de conditio. & demonstr. & præmoriente legatario, ad eius hæredem non transmittitur l. cùm quidā S. planē ff. de legat. 2. & clariū in l. si cùm bares ff. quando dies legat. ced. proinde cùm Laura, in quam erat facienda dispositio post mortem Victoriae, prædecesserit, ad ipsius hæredem legatum non transmittitur.

3. Secundò, licentia disponendi concessa Victoriae fuit exp̄resse collata, vt disponeret post eius mortem, id circò anteà in vita disponere non poterat, quemadmodum concessa facultate disponendi in vita, non permittitur testari, & sic disponere post mortem secundum Bart. in suo conf. 26. pater filio vol. 1. cuius opinio communiter recepta est, vt per Alex. in l. Stipulatio hoc modo concepta num. 18. ff. de verbis oblig. per Dec. consil. 20. num. 3. Iulius Clarus in S. donatio q. 19. vers. sed bene, Roman. in conf. 476. & latè Peregrin. de fidei commiss. ar. 40. num. 43. & num. 62. propterea quia Laura poterat præmori, sicuti iam prædecessit, repellebatur interim à petitione, vt dicit text. in l. Statius Florus S. Cornelio Felici ff. de iure fisci, & ad hæredes suos legatum transmittere nō potuit d. S. planē cum alijs superiùs alle-

all egatis; etenim quamuis quælibet facultas disponendi explicetur in vita, ex quo licet quis testetur, tamen disponit, dum viuit, nihilominus quia effectus ultimæ voluntatis non incipit habere vires, nisi post mortem, idcirco aliud est disponere in vita, aliud post mortem, sicuti aliud est donatio, quæ sit inter viuos, & alia, quæ causa mortis, non quod utraque non fiat inter viuos, sed quod una vires obtineat in vita disponetis, alia post mortem, ut latè T besaur. in decif. 209. post num. 1. vers. nam si istam reservationem cum num. seq. & colligitur ex Bart. in d. conf. 76. ideòq; requiritur superexistens legatarij tempore mortis, ut legatum deinde ad eius hæredes transmitti possit.

4 Tertiò, quandò quis grauatur restituere, cùm moreretur filijs, vel cui ex his voluisset, & sic habet facultatem eligendi, fideicommissi conditio ante mortem grauati non existit, & fiunt viriles portiones inter eos, qui tempore mortis vixerint, dicit *tex. in l. cùm pater S. bæreditatem ff. de legat. 2.* & ideò si grauatus elegerit in vita, poterit electionem mutare, dicit ibi *glos. in verb. existere*, & sic dispositio facienda post mortem, etiam si fiat in vita, non habet effectum, nisi morte sequuta, & superexistente electo, qui si præmoriatur, nullū ius ei quæritur, vt in *l. unum ex familia in prin. vbi Bar. Bald. & Castrens. ff. de leg. 2.* & clarius habetur in *S. à filia eiusdem legis*, vbi in electione facienda post mortem, si viua donavit, non esse electionem propter incertum diem, qua ratione similiter dispositum est, quod si Titius legauit Seio post mortem vxoris suæ, si interim moritur viua vxore, legatū peti non poterit, quia sub conditione datum intelligitur *l. quibus diebus S. quidam Titio ff. de condi.* & demonst. si ergo ex dispositione facienda post mortem nullum ius quæritur, si fiat in vita ob incertitudinem diei, quamuis Victoria disposuerit in beneficium

Lauræ de dictis d. 500. ante mortem Victoriae, nullum ius querere potuit, & ipsa prædefuncta legatum effectum caducum non transmittit.

5 Quartò, in casu nostro sumus irre, vel quantitate particulari relicta ad dispositionem Victoriae post mortem suam, ob quod videndum est, cuius gratia sit data dilatio disponendi, hæredis scilicet, an legatarij propter fructus medijs temporis, & in hac specie semper censemur data gratia hæredis, vt non detur legatario cum incremento, nisi expresse dicatur *l. si ita relictum S. Pegasus ff. de legat. 2. l. in fideicommissi S. Pollidius ff. de usur.* & ita præsumitur in dubio *l. tempus ff. de re iud. glos. in l. eum ff. de annuis legat.* proinde dilatio illa attendenda erit, dicit *glos. in l. post mortem in verbo restituere in f. C. de fideicom.* & dum speratur alij cedere legatum, quam ei, cui fit restitutio, non tenet restitutio *l. filius famili. S. diui il primo*, vbi *Bald.* post num. 2. ff. de leg. 1. & quia præcessit Laura ante mortem Victoriae, restitutio, siue dispositio facta in vita in præiudicium hæredis non subsistit.

6 Quintò est verum, quod grauatus restituere post mortem, maximè in beneficium certæ personæ potest ad libitum restituere in vita, est casus in *d. l. post mortem C. de fideicomiss. & l. uxorem S. Sc euola cum glos. ff. de leg. 3.* sed illud intelligitur vel quando conditio erat omnino extitura, vel poterit fieri restitutio in præiudicium grauati tantum, non hæredis, si conditio esset omnino extitura, recte procedit restitutio in vita secundum *glo. in l. sed & si alio in fin. ff. ad trebell.* in casu autem nostro quamvis certum esset, Victoria morituram, & sic debitum iri, tamen legatum ad hæredem legatarij transire non potuit, dum viua Victoria decepsit ad *tex. in l. huiusmodi ff. quand. dies lega. sed.* etenim licet certum sit, hæredem moriturum, tamen incertum est, an viuo legatario dies

dies legati cedat, & non est certum, legatum ad eum peruenturū d.l. bres meus ff. de condi. & demonstr. proinde glof. in d.l. huiusmodi in verb. debitum iri, declarando hanc maximam, quādo conditio est extitura, dicit, non esse extituram omnino ex persona eius, cui fit legatum, quoniam poterit non esse tunc, cùm hæres moreretur, & sic conditionis euētus facit deberi legatum, si aliud non impedit, scilicet mors legatarij ante hæredem, vt accidit in specie nostra.

Insuper diximus, quod grauatus post mortem in sui præiudicium tantum restituere potest in vita, secus autem in præiudicium alterius, cui ob mortem legatarij legatum acquiritur, probat text. in d.S. diui il primo, glof. in d.S. à filio, & est casus in l. uxorem S. Scium maritum ff. de leg. 3. probat etiā text. in d.S. Cornelio Felici, & ita intelligitur, & declaratur text. in d. l. post mortem, vt habetur ibidem in addit. ad glof. ex mente Bart. Paul. Salyc. & Ias. modò dum præmoriante Laura quātitas legata remanebat penès hæredem, Victoria, cui data erat facultas disponendi post mortem, non potuit disponere in vita in præiudicium hæredis, cùm per mortem Lauræ defecerit dispositio, & dici non pōt, quod conditio erat omnino extitura, vtrūq; posuit Ancharan. in not. consil. 203. declarando text. in d.S. diui post num. 5. vers. item in d.S. diui.

7 Sextò, & vltimò, Victoria Coppula non fuit hæres instituta, nec legataria, & fortè grauata restituere Lauræ, sed in ipsius arbitrium simpliciter collata facultas disponendi post mortem in beneficium Lauræ, & sic electa, vt nudus minister ad disponendum, quo casu prædefuncta Laura legataria, legatum remanet penès hæredem Ioan. Baptistaræ, est casus in l. si quis Titio ff. de leg. 2. vbi Paul. de Cast. in prin. vers. ex quo verba dispositiua, & in l. unum ex familia S. si de falcidia num. 2. ff. de leg. 2. glo. in l. si quis quos 31 ff. de

legat. 2. & in l. pecunia, & in l. solent S. 1. ff. de aliment. & cibar. lega. & melius in l. filio S. matris sua ff. de adimen. lega. & sēper dicetur nudus minister, quādo in eum non præcedunt verba dispositiua, vt quia dixisset, lego, secus quando tantum committitur, vt disponat, iuxta declarationem Pauli de Castro in d. l. si quis Titio, si enim testator voluisse, transire dominium in Victoriam, & de ea in Lauram legatariam, seu fideicommissariam, tunc non fuisset nudus minister tantum, posuit glo. in l. si legatarius ff. de leg. 2. & eo casu potuisset fieri restitutio, quia tractabatur de sui præiudicio, nō alterius, secundum Bald. in d. l. post mortem post nu. 10. vers. non obstat S. à filia, & nō facta restitutione prēmortiente Laura remāsisset penès Victoriam, si fuisset legataria l. pater S. Tu sculanus ff. de legat. 3. quod diuersum est à specie, quam agimus, vbi nudum ministerium tantummodo collatum est disponendi post mortem in beneficium Lauræ, & insuper dum testator facultatem dedit Victoriæ disponendi in beneficium Lauræ, censetur, testatorem ipsum legasse Lauræ dictos ducatos quingentum post mortem Victoriæ, iuxta text. in d.l. unum ex familia S. si de falcidia ff. de legat. 2. & proinde succedit dispositio text. in d.l. quibus diebus S. quidam Titio in fin. ff. de condi. & demonstr. vt legatum sit conditionale, & ad hæredes minimè transmittatur cum alijs iuribus superiùs adductis, mors namq; fuit apposita substantiæ dispositionis, dum cōcessit, quod valeat disponere post mortem in beneficium Lauræ, & ideo cōditionalis est dispositio, licet secus esset, si fuisset apposita executioni, & solutioni legati, quia tunc esset dies, & non conditio, vt Bald. declarat in d.l. post mortem post num. 4. vers. tu dicas subtilius, & probatur in d. S. quidā Titio in princ.

8 Nec obstat, quod summa dictorum duc. 500. fuerit assignata Lauræ per Victo-

Victoriā viuentem consentiente Torquato hērede, siquidem ex eadem scriptura constat de consensu præstito per hāredem cum protestatione, & conditionaliter, si Laura superuixisset post mortem Victorīæ, se-  
cus autem si prædecessisset, quo casu voluit, ipsius iura remanere illeſa, potuisset enim hāres dispositioni consentire simpliciter, & tunc videretur plus præstisse, quām debuisset, dicit *text. in l. eum in fin. ff. de annuis legat.* sed quia consensus pariter sub conditione fuit adhibitus præmoriente Laura ante conditionis eventum, legatum remanet ex omni parte cadūcum. Ex quibus sine dubio decernendum erit, benè fuisse iudicatum per idem Sacrum Consilium.

9 Causa reclamationis non fuit expedita.

## ARGUMENTVM.

Consuetudo Neapolitana, qua cautum est, dotem, & quartam peti non posse sine instrumento dotali, veluti exorbitans multis restringitur, & limitatur modis.

## S V M M A R I V M.

1 Dos, & quarta attentis terminis Cōsuetudinis Neapolitanæ peti non potest absque dotali instrumento. Dotis rāmen solus non obstante hac Cōsuetudinis exorbitantia probari posset per quinque testes, & per Partis confessionē, & per partitam Banci. Et amplius nostri Regnicole superad diū causelam, ut petatur, cōdemnari bāredes mariti ad conficiendum instrumentum, & unico contextu probari solutionem per testes, & ita

- alias decisum, & num. 5.
- 2 Census, siue anni introitus connumerantur inter immobilia.  
Dos promissa constitui in Stabilibus, & annuis redditibus habetur pra constituta, & num. seq.
- 3 Antefatum promissum constitui debetur, etiam si expressè nan fuerit constitutum.  
Et petitur, ac si esset verè constitutum.
- 4 Debitum quando est certum, non potest impediri petitio tanquam intempestiva, & facta ante tempus.
- 5 Instrumenti dotalis confessio unico contextu cum solutione ex nunc pro tunc peti potest.  
Et haec opinio iuuatur ex traditione Couarru. in similibus terminis, & num. 6.
- 6 Antefati condemnatio alias in S. C. fuit facta ex solo capitulorum instrumento, non aliter precedente illa dotali.  
Antefatum promissum etiam dote non soluta, adhuc ex alijs causis debetur, ibidem in fine.
- Deciso.

Pro Portia Calamatia.

## C O N S I L I V M L I I I .

- 1  Vamvis per Consuetudinem cautum sit, vt dos, & quarta peti non possit absque instrumento dotali, vt in Cōsuetudine Dos, & Quarta, tamen quia illa Cōsuetudo est exorbitans, poterit adhuc dotis solutio pbari per testes numero quinq; & per confessionem Partis, de testibus loquitur Hippolyt. in materia Statutis singul. 157. & Salernus ad dict., Cōsuetud. in verb. licet circa medium, & Frec. ibid. in verb. an haec cōsuetudo de confessione Partis Aymon consil. 61. num. 3. & in addit. de Boetis in ver. vide

*vide Alexand. circa fin. & hodie cautela est, vt petatur, condemnari hæredes mariti ad conficiendum instrumentum, & probetur solutio per testes ex doctrina Salyc. in l. si quis argentum s. fin. in fin. C. de donat. relati in i. addit. ad Consuetudinem prædictam, & Salernus ibid. refert decisionem. S. C. & poterit etiam probari per partitam Banci, vt per Anton. de Alexa. ibid. in verb. se non producitur.*

3 In casu autem nostro quæstio est minùs dubitabilis, quia adsumt capita-tula matrimonialia stipulata, in quibus non promittitur dos in pecunia, sed cōstituitur in stabilibus, & annuis introitibus, qui similiter inter immo-bilia connumerantur *clement. ex iui de verb. sign.* & in mobilibus pro summa duc. centum tantum, quæ mobilia iam contracto matrimonio translata fuerunt ad Ciuitatem Puteolorum, & soluto matrimonio retraducta Neapol. vt per testes. Igitur in casu nostro non erat necessaria dotis solutio, sed tātūm debebat fieri assignatio introi-tuum, & stabilium iuxta promissionē factam in capitulis, quæ assignatio promissa habetur pro facta, & consti-tuta, vt per Afflīct. decis. 61. & hoc sufficit cum instrumēto capitulorum, vt expressè posuit Scip. Bucinus in ea-dem Consuetud. in verb. quid si non ex-iset, & vbi est necessaria solutio cum instrumento capitulorum tātūm suf-ficit partita Banci, vt dicit Anton. de Alexan. loco citato, & ex abundanti in casu nostro probatum est, quòd dū esset carceratus Hieronymus Morales maritus in Magna Curia, scripsit Ioan. Antonio Calamatiæ Cognato, & similiter obligato in capitulis, vt solueret vxori aliquam quantitatē in compotum dotium, vt ex literis, & testibus super solutione duc. 35.

3 Nec est mirūm, quòd statim non fuit subsecuta assignatio bonorum promissorum in dotem, ex quo stipu-latis capitulis de mense Martij in do-mo quond. Consiliarij Veſpuli; ma-

trimonium fuit deindè perfectū sub die 9. Maij eiusdem anni 1604. & cō-sumatum in domo dicti Ioan. Antonij Calamatiæ fratri, vt per testes, ibiq; permansit maritus, quo usq; fuit in M. C. carceratus de mense Iulij eiusdem anni, & post carcerationem de ordine viri vxor se contulit ad Ciuitatem Puteolorum, vt ex testium de-positione, cùmquè Hieronymus fuisset de mense Ianuarij sequētis anni habilitatus, ab hac luce migrauit, vt ex eadem fide Magnæ Curiae pa-tet. Igitur dum contracto matrimo-nio, & consumato, & vxore non tra-ducta subsecuta fuit carceratio viri, illa dos promissa cōstitui in stabilibus habetur pro constituta, vt dictum est, & per vxorem non stetit, quominus effectualiter assignaretur, ultra solu-tionem certæ quantitatis dictorū duc. 35. & successiuè antefatum pro-missum constitui debebitur, etiam si expreſſè non fuerit constitutum, ita ex mente Napodas. docuit Anton. de Alexan. in Consuetud. quartam autem in verb. Nota ex mente, & in verb. se-quenti, & agitur ac si esset cōstitutum, vt ibid. Gramat. in verb. mulier etiam dote non data, & quia, vt dictum est, dos non erat soluenda in pecunia; sed promissa constitui in stabilibus, & introitibus, habetur pro constituta, & si post matrimoniū statim fuit subsecuta carceratio viri, non poterit aliquid mulieri imputari circa lucrificationē antefati promissi constitui, quod pari-ter habetur pro constituto, & iam de-ductum est, bona in dotem data esse existentia, & possideri per vxorem, vt per testes.

4 Idcirco, quia Antonius Morales fideiussor dotium, & antefati iam fuit condemnatus ad conficiendū instru-mētum dotale, & per aliud decretum fuit prouisum, quòd habeatur pro fa-feto, meritò nunc iuxta petitionem debet condemnari ad soluendum ante-fatum prædictum.

Nec obstat, si dicatur, quòd petitio circa

circa solutionem antefati fuit præmatura antequam conficeretur instrumentum dotale, ex quo oritur actio mulieri, & quod debet alijs terminus impartiri, quoniā ex multis resoluitur obiectio prædicta facillimē.

Primò, quia pro antefato certum erat competere actionem cōfēcto instrumento, idcīrco non dicitur ante tempus petere, nec impediri potest, quando certum est debitum iri l. pecuniam cum l. seq. ff. si cert. petat.

Secundò, non est inconueniens, q<sup>5</sup> vnico contextu petatur, cogi promissorem ad conficiendum instrumentū, & ex nunc pro tunc ad soluendū, quia nedūm non sunt incompatibilia, sed probationes, quæ profunt ad conficiendum instrumentum, dum probatur solutio dotis, illæ respiciūt etiam substantiam petitionis, ex qua sequitur cōdemnatio, quoniam sine probationibus non posset cogi aduersarius ad conficiendum instrumentum, ideo factis probationibus nihil aliud est deducendum, & cōfēcto instrumento, vel prouiso, quod habeatur pro factō, aliquid cōtra opponi non potest, vt in *Consuet. seq. incip. contra instrumentum.*

Tertiò, in casu nostro non erat necessaria solutio, sed tantū assignatio, quæ vti promissa habetur pro facta, & constituta, vt probatum est.

Quartò, illa *Consuetudo* intelligitur strictissimē, & nō obseruatur ita rigorosè, maximē existente instrumento capitulorū, vt in casu nostro, sicut supra fundauimus, & ex abundanti fuit petitum, cogi ad cōficiendum instrumentum dotale, in tātū quod ex solo instrumento capitulorum in causa *Hyppolytæ Iesualdæ* nō præcedente instrumento dotali, fuit secuta condēnatio antefati relatore quond. *D. de Francb.* & ibi fuit decisus alijs articulis, quod etiam dote non soluta, si antefatum fuit promissum ex alijs causis adhuc debebitur iuxta doctr. *Ioa. Ang. Pisanel. in Cōsue.* Quartā autem in ver. *Nova ex ista glo.* quæ promissio pariter

adest in casu nostro, idcīrco sine dubio condēnandus erit conuentus ad solutionem antefati vnā cū interesse.

Poterat enim vtrūq; peti etiā quod adesset impedimentum quoad petitio- nē antefati, instrumento nō cōfēcto, vt optimē in similibus terminis cōprobat *Couar. var. resol. c. 4. lib. 1. post nu. 5. ver. secūda huius corrouerſa species est.*

*Et ita fuit iudicatum in hac causa per bina decreta S.C. & condemnatus ad antefatum. Actuarius cause. . . . .*

6 Similiter in causa *D. Portia Caetang* cum bāred. Comitis Magdaloni fuit petitum, cogi ad conficiendū instrumentū dotale, & ad euitandum circuitum condonari ad soluendum dotes solutas, & fuit subsequata sententia in R.C. ad quā causa fuit remissa per S.C. vt in processu in Banca *Claudij de Maio.*

*Et eodem modo fuit decisum in causa Camilla Vngbaræ, in Banca de Cantone.*

## ARGUMENTVM.

De cedente, & cessionario, eorumdem actionibus, directis scilicet, & vtilibus, ipsarumq; differentia.

Et amplius qñ cessionarius possit incusare obligationē exercēdo directas nomine cedētis, & si elegit viā ordinariam an possit ad executiū redire.

Et insuper quomodo dignoscatur, an sit expertus actionibus directis, vel vtilibus cum aliquot alijs dubitationibus hic optimē resolutis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Casus positio.
- 2 Venditionis vicem obtinet datio in solutum.

Mm

Clau-

- Clausula generales non immutant cōtractum in aliam speciem, sed regulantur secundū illius naturam.*
- 3 *Obligationis incusatio requirit speciale mandatum.*
- Clausula generales non attenduntur in his, quae requirunt speciale mandatum.*
- Procurator cum libera quando constitutus censeatur.*
- Clausula generales quia magis ad stylum communem, quam ad actus dispositionē spectant, ideo non surātur. Obligatio ut incusari possit cautela subiicitur.*
- 4 *Ius executiū potest cedi expressè, facta tñ liquidatione, & incusatione. Actor se ordinariē instituit iudicium an possit redire ad viam executiū, præsertim si nō sit usus illa clausula, q̄ vna via electa, alia non tollatur. Electio unius remedij nō solle alterū, qñ utrumq; tendit ad executionem. Relatum dicitur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
- Actiones directæ ab utilibus quam maximè distinguuntur, idq; fusè declaratur, & exornatur.*
- Cedens an post cessionem agere possit. Debitor male soluit cedenti postquam interuenit unum ex tribus requisitis positis in l.3. C. de nouat.*
- Clausula quæ sint adhibendæ in cessione, ut illa strictius, & validius operetur.*
- Actiones directæ in cessionarium træfieri non possunt; sed benè illarum exercitium.*
- 5 *Cessionarius an sit usus actionibus directis, vel utilibus quomodo dignoscatur.*
- ... si proposuit iura utilia, non potest amplius agere, & experiri iuribus directis, & cum notabili ratione, qua hic recensetur.*
- 6 *Duplex Partis motiuam commemoratur.*
- Cui satisfit num. seq.*
- 7 *Procurator an, & quando possit incusare obligationem.*

*Cessionary sola denunciatio, immo sola protestatio sufficit, ut cedens non possit amplius se intromittere.*

8 *Controversia hac non fuit diffinita.*

Pro Mario Pagano.

#### CONSILIVM LIV.

1  *Ontrouersia, quæ vertitur circa incusationem obligationis contra Marium Paganum ad instantiā Placidiæ Grimaldæ Marchionissæ Petræ patentis licentiam incusandi, facillimè resolutur ex infrascriptis, tuēdo partes Marij Paganj debitoris.*

Etenim in facto supponitur, quoniam Antonium Grimaldum ex causa dotis Placidiæ filię inter alia celsisse, & assignasse introitus emptos à Mario Pagano, quam cessionem confirmando Alexander Grimaldus filius, & hæres iterum, & de novo insolutum dedit, & celsit eosdem introitus vigore publici instrumenti, cedēdo omnia iura, & actiones, cōstituendo ipsam Placidiam procuratricem irreuocabilem, quodq; agere valeat quicquid ipse Alexander facere posset, virtute cuius cessionis Placia denūciauit Mario, nè amplius solueret Alexandro, sed ipsi vti cessionariæ, & illius vigore Marius soluit tertias ab anno 1603. ex quo facto resultant infrascripta in favorem Marij, ut nullatenus obligatio possit incusari.

2 *Primò, quod actus, qui geritur inter Alexandrum, & Placiā non continent mandatū procreationis, sed memram dationem insolutum, ut expressis verbis dicitur in instrumēto, quæ datione insolutum vim venditionis obtinet t. si prædium C. de cuiusq;. Idcirkò illæ clausulæ generales non constituunt alium contractum diuersum mandati, sed accedunt actui principali, qui geritur, & illius qualitatem non mutant.*

mutant, & censentur appositæ ad confirmandam, & conualidandam dispositionem principalem, quæ non alteratur, & secundum naturam illius restringuntur, pulchrè *Crauet. consil. 25. num. 2. cum sequ. Bald. optimè in l. à procuratore num. 1. C. mandat. & in subr. C. de contrahend. emption. q. 9.* Propterea contractus principalis dationis insolutum ex clausulis illis generalibus non potest transfundi in alium contractum mandati, quod repugnat rei propriæ emptæ, siue insolutum datæ, ideòq; clausulæ illæ conualidant principalem contractum, & secundum illius naturam regulantur, minus autem inducunt mandatum ad incusandam obligationem.

3 Secundò, quamvis clausulæ contentæ in hac cessione, scù datione insolutum essent attendendæ, cùm sint generales, & in incusatione requiratur speciale mandatum, vt per *Carauit. in Rit. 286. in fin. & D. de Franchis decis. 118. num. 8.* non operantur, vt possint exerceri, quæ mandatum speciale requirunt, est casus apertus in cap. qui ad agendum, in primo responso de procurat. in sexto, & licet text. in fin. admittere videatur ad prædicta procuratorem cum libera; nihilominus procurator cum libera tunc censembitur, si specialiter, vel generaliter cum libera administratio ne expresse constituatur, vt dicit sext. expressus in l. quam *Tuberonis S. alia causa*, ibi, *alia causa est peculij libera administrationis*, nam specialiter concedenda est ff. de pecul. vbi *Bald. in addit. ad glof. notat. & glo. in d. cap. qui ad agendum*, maximè quando sumus in mandato singularium personarum, quo casu requiritur illud verbum cum libera, alias nunquam subintelligitur, *Bald. posuit in l. Præses in princ. per illum text. C. de transact. & Ias. sequitur*, dicens esse perpetuò cordi tenendum in S. in bona fidei n. 5. *Inst. de action.* Vltrà quod clausulæ generales, de quibus in casu nostro, non

seruantur, quia abierunt in stylum, dicit *Addit. ad Alexand. in cons. 133. vol. 6.* & propterea quia passim propter abusum Notariorum absq; Mandatorum consensu inseruntur magis ad stylum communem, quam ad actus dispositionem spectant, dicit *Couar. in rubr. de testam. par. 2. post nu. 14.* paulò ante *vers. quarta conclusio, & Bart. in l. 1. q. 6. in fin. ff. de iur. codic.* sola autem cautela traditur, vt obligatio incusari possit, vt per cedentem constituatur cessionarius procurator ad exigendum, & recuperandum cum facultate incusandi obligationem; & facta recuperatione penes se retinendum in causam crediti sui, constituendo ipsum procuratorem in rem propriam, vt tradit optimè *Carauit. in d. rit. 286. in fin.*

4 Tertiò, si Pars posset prætendere habere viam exequutiua vigore cessionis, non dico, quando ius exequutiuum cessum esset, quod benè cedi potest expresse, facta tamen liquidatione, siue incusatione, vt declarat *Berard. Pand. in tract. liquid. instr. p. 2. declar. 23. nu. 93.* & habetur per *DD. in l. ex legato nominis C. de legat.* sed, inquam, si Pars vti potuisset via exequiua aliquo modo, dum egit propoundingo vtile actiones via ordinaria per denunciationem, ultra quam obtinuit decretum pro solutione tertiarum, non potest amplius redire ad viam exequutiua, cui renūciasse censembitur, iuxta *glof. not. in l. proinde S. notandum in glo. fin. in fi. ff. ad leg. Aquil. Roman. in cons. 133.* maximè non existente clausula, quod una via electa, alia non tollatur, vt latè *Grammat. in consil. 95. num. 28. Marant. in disp. 6. num. 3. 24. & 29. & Marin. Frec. in tract. liquid. instrum. par. 9. q. 9. num. 20.* licet securus sit in duobus remedijis tenuitibus ad executionem, vt vnum per electionem alterius non tollatur, tradit *Paul. de Castr. in l. 2. S. ait prætor ff. de re iudic.* Et quamvis Pars concetur demonstrare, quod adsit clausula,

Mm 2 quod

*quod una via electa, alia non tollatur, & ex eo, quod obligatio facta per Marium in Mag. Cur. habet relationem ad instrumentum venditionis, in quo clausula praedicta inserta est, ex regula l. a ffe toto ff. de hered. inst. hoc non officit ex duobus. Primo, quia obligatio in narrativa continet assertione venditionis factae virtute instrumenti, quod Partes voluerunt remanere in suo robore cum omnibus clausulis, & promissionibus, sed dum obligatur Marius penes acta ad solutionem quantitatuum promissarum, deficit clausula praedicta. Secundo, etiam si dicta clausula adesset specificè in obligatione, adhuc Placidiæ non prodesset, quia cum ipsa non est contracta obligatio, sed prætendit vigore cessionis posse vti via executiva, vel ordinaria, & ideo quia omisit viam executiua (quatènus competit) ad illam amplius non datur regressus, hic defecit clausula supradicta, quia iuuari non potest, ex quo aliam viam elegit ex supradictis.*

Quarto, vt tollatur omnis dubitatio, recenseri debet, quod per cessionem non transferuntur actiones directæ, quæ tanquam personales ossibus inharent, & à persona sunt inseparabiles l. quis ergo casus ff. de pecul. sed vtiles ad cessionarium pertinentes l. qui stipendia, ubi Doct. C. de procurat. quæ vtiles actiones non prolunt circa coercionem personalem resultantem ex incusatione obligationis, directæ verò facta cessione adhuc remanent penes cedentem, & efficaces, vt per Doct. in l. si cum empore ff. de part. per Affl. decis. 335. num. 22. & illarum vigore agere poterit ad utilitatem tamè cessionarij, qui dum ad ipsum negotium pertinet, preferretur, ad tex. in l. procuratore, ubi Bart. ff. de procurat. Verum si cessionarius denunciauerit debitori, vt sibi soluat, aut litem contestatus fuerit, siue partem debitam recepit, interueniente uno de his tribus, quæ continentur in l. 3. C. de noua.

tunc cedens amplius agere, & expriri non poterit, vt expressis verbis accedit ibi *tex.* & illæ actiones directæ penes cedentem eliduntur, & sunt intiles, in quo licet Doct. maximè pinguerint, distinguendo, an cession facta sit ad commodum cedentis tantum, vel cessionarij tantum, vel utriusque, vel si sola sciētia sufficiat, & in quibus terminis loquatur *tex.* in d. l. 3. nihilominus omnes fatentur, quādo aliquo modo vertitur utilitas cessionarij pro satisfactione sui crediti, quod si interuenit unum de tribus contentis in d. l. 3. illæ actiones directæ eneruantur, & redduntur inefficaces, Bal. declarat latè in l. 1. à nu. 19. de act. & oblig. ibiq; Salyc. q. 16. nu. 23. & in d. l. si cum empore ubi Alex. & ceteri ff. de part. Affl. omnino videndum in d. decis. 335. à nu. 22. cum seq. & latissimè habetur in decis. Pedem. Osasch. 61. ubi ad saturitatē omnes causas enucleantur, ibiq; referuntur quam plurima loca, in quibus hęc materia à DD. pertractatur, & nomine discrepante assumptum confirmatur ex reg. d. l. 3. de quo T. bes. quoq; dec. 201. à nu. 5. est etiam verum, quod licet directæ actiones non transirent in cessionarium, exercitium tñ directarum transferri potest ex clausulis amplissimis, cedendo omnia iura, & actiones, ponendo cessionarium in locum suum, & constitudo ipsum procuratorem in rem propriā, vt docuit Ang. in d. l. si cum empore ff. de part. quo causa dixit, cedentem amplius agere non posse, quamuis non interuenierit unum de tribus d. l. q. vltimum non est verum, & contrarium dixit idem Ang. in l. qui quadringenta ff. ad treb. ubi quod etiam ex clausulis praedictis non remanent iura directa penes cedentem penitus inania, nisi interueniat unum de tribus, & uno interueniente efficiuntur inania, vt ibi per ipsum nu. 2. & Alex. in d. l. si cum empore, ubi Paul. de Castr. relatus à T. bes. loco citato, & idem Ang. in conf. 259. col. 3. vers. de quarto quid juris.

Quo

5 Quo stante, quamuis in cessionarium translatum esset exercitū directarum actionum, videndum est, quomodo expertus fuerit, si enim vti velit actionibus directis ex clausulis amplissimis cessionis, tunc illas intentat ex persona cedentis, & illius procuratorio nomine, utiles verò proponit nomine suo, est *texti*. clarus cum *glos.* in *l. si quis in rem suam ff. de procurat.* *Bald. in l. empator col. 2. num. 5. C. de bæred. vol actio. vend. Marian. Socin. in cons. 18. prosequendo in vers. quamuis enim volu. i.* & ad dignoscendum quas actiones proposuerit, inspicitur ex petitione, si petierit procuratorio nomine cogi, tunc directæ intentantur, si autem institerit sibi solui simpliciter, utiles propositæ censemur, vt posuit *Bart. in l. si duo num. 2. ff. de solution.* *Ias. in dicta leg. qui stipendia num. 3. C. de procurat.* modò quia Placidia iam suo nomine denunciauit Mario Pagano, vt sibi, & minimè Alejandro solueret, stante cessione, & Marius deinde soluit tertias Placidiæ, ad quam spectare asseruit, quia interuenerūt duo ex tribus d. l. 3. licet vnum sufficeret, illa iura directa remansa penè cedentem per denunciationem sunt effecta inania ex supradictis, ob quod dum hodie Placidia vult vti directis actionibus, & hoc fieri deberet ex persona cedentis, & illius procuratorio nomine inutiliter experitur, postquam illæ actiones iam sunt inefficaces, & prorsus inutiles, ex regula d. l. 3. quæ non habet Cōtradictorem, & quæ potuissent exerceri, quo usquæ denunciatio facta non fuisset, vt præcitat *DD. testantur, & Cumæ in not. consil. 4. per tot. & fortius in casu nostro dici posset, quod etiam non adest mandatum speciale ad accusandum.* iuxta cautelam *Caraus.* supra traditam, quamuis non interuenisset vnum de tribus d. l. 3. adhuc ex clausulis in cessione cōtentis censemur tantummodo translatæ actiones directæ reales, non personales, vt comprobat *The-*

*saur. in d. decis. 201. in final. verbis,* quod dictum est ex abundantia, cùm in casu nostro illa iura directa amplius exerceri non possint tanquam inania per denunciationem, & receptionem partis debiti, vt fundauimus.

6 Postremò opponuntur duo. Primum, quòd licet Placidia ex clausulis adiectis in cessione saltim videatur constituta procuratrix, & quia Marius Paganus in obligatione promisit soluere tam Antonio Grimaldo, quam Procuratori, prætendit posse incusare tanquam comprehensa in illa promissione facta Antonio, & eius Procuratori. Secundum ( quod Pars magnificat ) Placidia egit tantummodo pro tertijs tunc decursis contra Marium, & sic obtinuit decretum, & quia hodie agitur pro alijs tertijs deinde maturatis, cessante petitione Placidæ remanent intacta iura directa penè Alexandrum cedentem, ex cuius persona vti procuratrix ex clausulis adiectis in cessione allegat, posse obligationem incusare.

7 Sed verè objectiones prædictæ vanæ sunt, & absque fundamento, & prima resolutur facillimè, si enim Placidia vti procuratrix adiecta prætempore debat, posse incusare, hac via vti debebat ex persona mandantis, & non ex persona sua, proponendo utiles actiones, ex qua petitione, seu denunciatione iura mādantis sunt elisa, & inefficacia, vt supra fundauimus.

Insuper etiam si denunciatio non adesset, promissio facta per Marium Procuratori incerto nō subsistit quòd ad facultatem incusandi ratione incertitudinis, cùm non sit adiecta certa persona in obligatione, & proindè Procurator debuisse esse præsens, & specificè nominatus, vt per *Vrsell. ad Afflict. in decis. 64.* & denique quando certus Procurator adiectus est solutioni non tamquam principalis, licet posset ei solui, non tamen posset incusare sine speciali mandato, & cum voluntate Creditoris, per *texti. in l. quod*

*Stipulatus sum mihi, & Titio ff. de verb. oblig. Vrsill. in decis. predicta num. 7. & Franc. Antonius de Iudice Roberto in tract. liquid. instrum. consid. 3. num. 5. & seq. fol. mihi 368.* altera verò obiectio ex facto resolutur, siquidem Placidia vigore cessionis, nedum denunciavit Mario, ut solueret tertias decursas, sed etiam decurrentias singulis annis in futuruin, ut patet ex mandato, quod legatur, & proinde Marius soluit tertias Placidię agnoscēdo cessionē, dicens, ad ipsā spectare. Idcirkō vanum est allegare, fuisse petitas tantummodo tertias decursas, & licet post denunciationem fuisse subsecutum decretum, quod soluat tertias decursas, illud interponitur pro effectuali exactione, & exequitione denunciationis, quoniam alias tertias tūc non maturatas cōsequi nō poterat, sed nō ex hoc restringitur denunciatio generalis facta etiam pro tertiijs in futurū decurrentis, & sola denunciatio sufficit, immo sola protestatio facta per Cessionariū, ut amplius cedens non valeat se intromittere, dicit Bald. in d.l. sī cum emptore num. 2. ff. de pati. nec est necessariū decretum iudicis, quia si text. admittit denunciationem, vel litis contestationem, non requiriatur decretum, si sola contestatio litis sufficiens est, vel denunciatio tantum, & cūm hic casus aliās propositus eset, & Alexander cedens constituisset procuratorem Augustinum Grimaldum Marchionem specialiter ad incusandum, qui incusauit obligationē pro duc. 7500. capitalis, & pro alijs duc. 700. pro tertiijs, cūm fuisse oppositum (facto priū deposito cum maximo interesse) obligationem non potuisse incusari, ex quo ad instātiā Placidię cessionarię fuit factum mādandum, & fuerunt tertiae solutae, per Magnam Curiam fuit prouisum, incusationem obligationis indebitē processisse, quod decretum fuit confirmatum per Sacrum Consilium: Verum, quia Placidia allegabat, Marium

deteriorasse suam conditionem, licet figuraretur, fuit additum, quod respectu Placidię præstetur cautio. Igitur iam decisum est, iura directa amplius exerceri non posse tanquam inefficacia ex regula d. l. 3. quoniam si aliās eset, sine dubio Alexander cedens potuisset, exercendo iura sua constituere Procuratorem ad incusandum, quod similiter nunc confirmandum erit, cūm Marchio potius ad vindictam instet pro incusatione, quoniam tertiae soluuntur punctualiter absq̄e dilatione. Cetera suppleant Peritisimi, & Religiosi iudicantes.

3 *Causa non fuit decisa ob non prosecutionem Actricis.*

ARGUMENTVM.

Fideiussionem de non discedendo à tali loco esse compatibilem cum altera de accedendo ad eūdemmet locum, est iuris minùs dubitati, sed quætionis est, an vtraque committatur, si eius, pro quo facta est huiusmodi promissio, accesserit contumacia in non accedendo ad locum destinatum.

S V M M A R I V M.

- 1 *Facti breuissima enunciatio.*
- 2 *Fideiussio de non discedendo ab aliquo loco quam conditionem virtualiter, & implicitè complectatur.*  
*Fideiussio intelligitur præstata secundum naturam, & qualitatē negotij. ... non extenditur ultra verborum formalitatem.*

Obli-

*Obligatio ex defectu conditionis non subsecuto dicitur extincta.*

*Quin immò ante euentum nulla datur obligatio.*

*Fideiussionis stipulatio est strictissimi juris.*

*... non ampliatur ultra causam in ea contentam, idq; fusè exornatur.*

*Fideiussor pro Castellano de fideliter custodiendo Castrum quando teneatur de robaria facta ab eodem Castellano, ibid. circa fin.*

*... de Iudicatum soluendo in tali causa liberatur perempta instantia.*

*... non tenetur in causa appellatio-nis.*

**3** *... non censemur se obligasse in plus, quam per Iudicis decretum prouisum reperitur.*

*Fideiussio de non discedendo nō conti-net aliam de accedendo.*

*Casus prouisso specialis quid operetur, ibid. in fine.*

**4** *Fideiussio de non discedendo ab aliquo loco quomodo distinguatur ab ea de accedendo ad eundemmet locum, & quando una impediatis, vel aperias alteri locum.*

**5** *Pœna geminatio, siue duplicatio quā-do veniat inferenda, & num. 7.*

**6** *Fisci obiectio.*  
*Diluitur.*

**D.** *Author in sua opinionis culturam unice inuocat egregium, & singulare consilium Gabr. veluti punctuale.*

**7** *Pœna una quando alteram tollat, & num. 8.*

*Vbi multipli distincione questio proposita dissoluitur.*

**8** *Fisci obiectio super pœnarum plura-litate occurritur.*

**9** *Fideiussio non est absque causa pra-stanta, nec cautio extorquenda.*

*Obligatio repetita quando nullum pa-riat effectum, & agatur ex priori Sti-pulatione.*

*Item ex veteri contractu, quamuis se-cunda obligatio sit facta sub com-moratione prima.*

**10** *Fideiussor quando ex termini proro-gatione liberatus censeatur.*  
*Decisio, ibid. in fi.*

**Pro Duce Magdaloni, eiusq;  
Dominis Fideiussoribus.**

## CONSILIVM LV.

**T** si res agatur coram eminentissimis Iudiciis, quibus in omni controuersia, licet ardua, superflua censi debet quælibet allegatio ad veritatem indagandam, ac maximos Viros habeat, qui causâ tueantur, & tutissimè defendat. Erit tamen voluntati Magdaloniensium Ducis, & imperio, quod mecum obtinet, obté-perandum, vt quoad poterò, breuissimè conscribam: pœnalem obligacionem aduersus Fideiussores de seruanda relegatione, & fugam non faciendo à Castro Finarij, vt sonant verba fideiussionis, indubitanter non esse commissam, ex eo, quòd Dux adhuc nō accesserit ad Castrum prædictum, cùm pro accessu infra tempus limitatum dierum viginti altera fideiussio, præcedente decreto præstata fuerit.

**2** Illud in primis notandum erit, si fideiussionem de non discedendo à Castro Finarij effectum non habere, nisi postquam Dux condemnatus ad Castrum accesserit, iuxta verba obligationis, & ex natura, & qualitate negotij, secundum quam fideiussio præstata cœsetur l. si seruum S. nunc videamus, & l. si mora ff. de verbor. obligat. l. amissi S. fideiussores, & l. si quis pro eo S. nummos ff. de fideiuss. Aymon cons. 272. num. 2. nec extenditur ultrà formalitatem verborum Surd. decis. 212. num. 5. inest namq; in fideiussio-ne prædicta tacita conditio, de seruanda relegatione, postquam accesserit, & sic de non arripiendo fugam à Castro,

stro, à quo discessisse dici non poterit, si adhuc non accesserit, propterea Fideiussores tenerentur purificata conditione, in cuius casum, & euentū fideiusserūt, à tempore s. impletę conditionis prædictę tacitè subintellectę, tradit Barz. decif. Bonon. 90. nu. 14. & obligatio prædicta ex euentu cōditionis prædicta nō subsecuto dicitur potius extinta l. quoties in s. ff. de nouat. Castr. latē in l. creditorem num. 4. ff. ad Senatus consil. Macedon. & ante euentum nulla datur obligatio Couarru. practicar. question. cap. 39. in fin. & fideiussio cessat Riminald. consil. 135. nu. 11. vol. 2. Aliud est enim à Castro non discedere, quod est contentum in prima obligatione, aliud ad Castrū accedere, sicut prouisum fuit in secunda fideiussione, quod non potest dici cōprehēsum in prima fideiussione, cū stipulatio fideiussionis sit strictissimi juris, vulg. l. blanditus C. de fideiuss. l. stipulationum alia s. satis acceptio ff. de verb. obligat. cum concord. & vtrā causam in ea contentam non ampliarur Roland. consil. 58. num. 10. lib. 1. Boer. decif. 314. colum. 2. post princ. & num. 4. Farinac. consil. 62. num. 2. & Gratian. discept. forens. cap. 3. num. 27. tom. 1. nec extendi potest de re ad rem, neque de loco ad locum, neque de casu ad casum, neque de tempore ad tempus, vltra quod verba sonāt, vt docet Pet. Cabal. quām plures allegās resolut. crimin. casu 39. num. 3. ex natura fideiussionis non trahibilis ad aliam causam, vel rem, præter illas, pro quibus facta proponitur l. non à Iudice s. 1. ff. de iudic. Dec. consil. 563. Ioseph Sese decif. Aragon. 203. num. 7. par. 2. nec tantillum ad aliam rem, vel causam extenditur, dicit in eadem decif. num. 23. cūm videatur limitata, vt in casu nostro, de non discedendo à Castro, & nō in omnem casum, ob quod fideiussio de nō discedendo à Castro non potest comprehendere aliam promissionem de accedendo, & ideo intrā eius cancellos est continenda,

fideiussio, & ad alios casus non contentos extendi non potest, ita ex méte D. de Fräcb. dec. 601. n. 2. & aliorum tradit idem Sese eadem decif. latē num. 40. & 41. Indē dixit Bald. in l. 1. ff. de Magistr. conu. quod si quis fideiussit pro Castellano de fideliter custodiendo Castrum, si Castellanus robariam commiserit in territorio Castrī, Fideiussor non tenebitur, nisi fideiussionis forma esset latē concepta, de quo Jacobin. de S. Georgio de feud. in verb. de Castr. Rubei num. 17. & Fideiussor, qui promisit soluere, quod fuerit iudicatum in tali causa, liberatur perempta instantia l. 2. ff. iudic. solu. Bald. consil. 106. relatus à Marsil. in singul. 313. sicuti neque tenetur in caula appellationis l. penult. ff. cod. sisul. Parlador. quotid. quest. lib. 2. cap. fin. par. 5. §. 5. num. 8. Paris. consil. 171. num. 30. lib. 4. Franc. Marc. decif. 357. num. 1. & 2. vol. 2. & Clar. pract. crim. lib. 5. §. fin. q. 46. nu. 20.

3 Et omittendo alias regulas generales, quæ facile adduci possent, est vterius considerandum, peritissimos Iudices iam cognouisse, pro accessu ad Castrū necessariam fuisse alteram fideiussionem iam ordinatam, & secundo loco præstitam de accedendo recto tramite infra dies viginti, ex quo resultant duo indubitabiliꝝ pro Fideiussoribus.

Primum, vt nō censeantur voluisse se obligare in plusquam per Iudicis decretum prouisum fuisse, vt tradit D. de Franch. decif. 208. nu. 5. & quoniam in prima fideiussione non continebatur secunda de accedendo, vt conceptus verborum dictat, & sonat, iuxta tradita per Lancell. Galia. consil. 45. num. 16. altera fideiussio ex decreto Iudicium præstata fuit, quæ efficit, vt prima non contineat id, quod Iudices comprehendendi noluerunt, pro quo cautum fuit vigore, sequēdæ obligationis.

Secundum, quod est fortius, cūm specialiter virtute alterius decreti fuerit

fuerit prouisum de accedendo ad Castrum infra viginti dies, prima obligatio pena definita de seruando relegationem, & de non faciendo fugam non potest continere casum accessus non facti, de quo fuit specialiter prouisum *l.libertis, quos ff. de alim.* & *circumlegat. l.veteribus cū glos. ff. de pact.* *Cyn. in l.cūm quastio in fin. C. de legat.* *Alex. optimè in conf. 49. paucis utar n. 22. in fin. & seq. vers. præterea vol. 4.* dummodo prima obligatio aliquid operetur, sicut in specie nostra, cūm facto accessu (cessante secunda fideiussione) locus esset primæ obligacioni, conferunt latè tradita per *Bar. & Alber. in l.sanctio legum ff. de pœnis*, & maximè in materia odiosa, & pena, etiam si clausula contineret vnum capitulum, vt nec esset relatio facienda ad ea, quæ in eodem capitulo erat specialiter prouisa, sed ad alia in eo contenta, ita prædicta omnia latè comprobatur *Berta Zol. cons. crim. 520. n. 2. & 3. vol. 2.* vbi singulariter num. 5. dicit, quod si daretur reiteratio delicti, & non insurget nouum interesse, vna sola pena pecuniaria imponenda esset ex *tex. in l.inficiando S.infans ff. de furt.* hic autem reiteratio delicti cessat, & vnicum factum continetur accessus non subsecuti ad Castrum, ideo sine dubio vniqa tantum pena venit exigenda.

**4** Posterior namque fideiussio praestata de accedendo ad Castrum infra dies viginti suspendit primam obligationem, vt non habeat effectum, nisi finito tempore prædicto, & facto accessu, quo subsecuto prima obligatio efficaciter intenditur, probat *tex. in l. si unus S. si cum reo, ubi glos. in vers. neque fideiussori ff. de pact.* & trāfacto tempore prædicto, factoquè accessu prima obligatio non debet renouari, quia ex tunc reassumit vires, & fideiussor incipit teneri ex primo contractu, vt declarat *Castrensi. in eodem S. si cum reo post num. 2.*

**5** Amplius clarum est, Ducem non discessisse à Castro Finarij, sed ad illud non accessisse, ob quem accessu non factum commissa est posterior fideiussio, si modò pro eodem facto accessus non subsecuti altera prior fideiussio incusatetur, duplex pena veniret inferenda contra sex. in *l.Sec-*

*natus ff. de accusat. per gl. in l. 2. C. de iur. emph.* quæ duplicitas poenæ tunc admitteretur, quando diuersis respectibus deberetur, non ex unico, veluti vna ratione contemptus, altera ratione interesse *S. quia verò, ubi gl. in ver. det multam in Auth. de iudicibus, Af- flict. decif. 2 34. ubi Vrsill. Farinac. in tit. de carcerib. & carcerat. quast. 34. num. 6.* maximè quando poena esset eiusdem qualitatis, vt hic, *Roman. in specie in conf. 463. nu. primo.* Et quia vnicum factum venit in casu nostro considerandum, vniqa tantum pena debetur, cum qua ceteræ confunduntur, tradit *Berta Zol. cons. crim. 520. n. 2. & 3. vol. 2.* vbi singulariter num. 5. dicit, quod si daretur reiteratio delicti, & non insurget nouum interesse, vna sola pena pecuniaria imponenda esset ex *tex. in l.inficiando S.infans ff. de furt.* hic autem reiteratio delicti cessat, & vnicum factum continetur accessus non subsecuti ad Castrum, ideo sine dubio vniqa tantum pena venit exigenda.

Ex prædictis citrè omnem controversiā succedit alia consideratio pro Fideiussoribus, qui uno, eodemque respectu ex eo, quod Dux ad Castrum non accesserit, nullo modo possent molestari dupli pena pecuniaria vi-gore duarum obligationum ad idem tendentium, vt infra etiam mox confirmabitur, ad quam incompatibilitatem vitandam posset ex parte Fisci patroni responderi, obligationes prædictas esse diuersas, & diuersis respectibus stipulatas, nulla nouatione intercedente, inquit firma remanente prima fideiussione, quæ intercessit pro seruanda relegatione, & fugam non faciendo à Castro, altera verò tantummodo continet promissionem de accedendo infra dies viginti, & sic tanquam diuersæ inter se compatiuntur, & vna per alteram non tollitur, probat *Baiard. ad Iul. Clar. quast. 46. nu. 68. in fin. & 69. authoritate Gabr. in conf. 170. num. 5. vol. 2. ubi loquitur de*

de fideiussione præstita de non discedendo à certo loco , & de alia secunda subsequenti de non discedendo ab alio loco, in quo reperiebatur habilitatus ob infirmitatem , & recuperata valetudine de redeudo ad carcerem certi loci supradicti , ibiq; concludit, utramquè fideiussionem substineri, cum ex prima Fideiussores se obligauerint in euentum, in quem fugeret Principalis à certo loco , & ex secunda de non discedendo ab alio, & de redeundo ad locum prædictum, cum conualuisse, sed quamuis utraque obligatio valida iudicetur ex diuersitate facti, tamen subdit, quod ex secunda obligatione specialiter aliud continentem resultat in fauorem priorum Fideiussorum, vt donec habilitatus non rediret ad primū locum contētum in prima obligatione, Fideiussores non tenerentur etiam quod Principalis aufugisset ab alio loco secundæ obligationis , & postquam redierit, tunc tenerentur ex primæa obligatione, quæ à tempore prædicto vires reassumit, vt ibi comprobat ex multis, qui est noster casus punctualis . Prima namq; obligatio cōcernit permissionem de seruāda relegatione, & fugam non faciendo à Castro ; posterior verò tamquam diuersa , & necessaria de accedendo ad Castrum infra viginti dies, & vna ab altera non tollitur ratione diuersitatis prædictæ; verū indubitable subsequitur, primam obligationem nō habere vires, nisi ex tempore , quo Dux accessisset ad Castrum Finarij, cessante tunc secunda obligatione , quæ alijs minus legitimè præstita diceretur , si prima fideiussio cōtineret etiam obligationem de accedendo ad Castrum, quod fundari nō potest attenta forma obligationum.

<sup>7</sup> Accedit insuper, quod cum iudicatum fuerit, esse commissam poenam vigore secundæ fideiussionis, alia poena minimè exigi poterit, etiam quod pro eadem causa, eiusdemq; generis

crimine plures licet disiunctim promissæ fuerint d.l. Senatus, & l. quæ se pulbra cum ibi notatis C.de sepulchr. viol.glos.in l. nunquam plura in verb. occiderit ff.de priuat. delict. quam approbat Boer.decis.82.num.10.Iulius Clarus in pract.crim. §.fin.q.84.glos. & Bald. in l. quicunque C.de seru.fugit. & in cap. at se clerici, ubi glos. in verb.duplici pœna de iudic. Franc.Marc. decis. 415.num.1. & decis.597.num.7.par.1. & utraque poena non exigitur, sed saltem vna, scilicet minor cum altera maiori confunditur, vt fieret tantum condemnatio in excessu , quando resultat vnum delictum ex vnico facto, vt in specie, quam agimus , in qua omnem pœnam à Fideiussoribus promissam non nisi ratione contemptus tantum committi potuisse , maximè quando ambæ sunt rei persecutoriæ, ad text.in l. & ita §.si.ubi glos. in verb. contemptus ff.naut. caup. & stabul. & in l. si merces §.culpe in verb.cæteras ff. locat. & in l. qui de crimine C.de accus. Marsil. consil.51.num.58. & 59. Francisc.Marc. decis.178.num.1. & 2. par.2. Afflit. in Constitut. Si quis in posterum num.6. Menoch.de arbit.iud. lib.1.casu 94. & lib.3. col.4. casu 416. num.21. Anna latissimè alleg.40. & BertaZ.consil.205.num.3. & seq.vol.1. & vna poena tollit alteram , quando utraq; poena est applicanda eidem, secus si diuersis, veluti vna Parti, altera Fisco, quo casu utraque competet cuilibet cum effectu, secundum Alber.de Statutis q.164. num.8. par.2. & Ann.in d.alleg. num.3. aut si utraq; poena à Iudice imponeretur, quarum vna dumtaxat exigitur l.pretor edixit §.1.ff.de iniur. & illa, quæ sufficientior est, Caualc. latissimè docuit in tract.de brachio Regio par. 4. à num. 103. cum seqq.

8 Nec oberit, si diceretur , plures poenas inductas à iure pro eodem criminis exigi posse, & incurri per contraventionem, secundum Bar.in d.l.sanctio legum num. 8. probat Afflit. in Constitut.

*Constitutione Patarenorum num. 57.* cùm vnus excessus pro altero poenā non minuat d.l.nunquam plura , & in pluribus pēnis est tex.in l. nemo martyres cum glof.C.de sacrosanct.Eccles.& in l. qui fidem,vbi Bar.&cateriff.de transact.& in l.s̄ duo §.semel, vbi idem Bar. ff.de recept. arbitr. præcipue cùm pēna adiicitur citrā præiudicium alterius ex speciali reseruatione , de qua per glof.& Bar.in locis supra citatis, quoniam prædicta procederent in pēnis legalibus ex vnico crimen, quod multifariam considerari posset, vt distinguit Couar.var. resol. cap. 10. num.8. cum seq. lib: 2. vel si idem crimen diuersis temporibus patraretur, vt post glo. in d. l. nunquam plura in ver. occiderit, aut si vna esset imposta à lege, altera ab homine , de quo Farinac.& Canalc. in locis superius allegatis , siue cùm diuersæ pēnæ legales ad idem non tendunt, neque omnes publicam vindictam respiciunt , sed vna vindictā, altera rei familiaris persecutionem, vt per Bart. in d. l. prætor edixit S. primo ff.de iniur.& Ias. in l. ita stipulatus num. 19. ff. de verb. obligat. de quo Ann. latè in d. alleg. 40. num. 4. quæ pēnæ ad casum nostrum nō sunt applicabiles,cùm ambæ pēnæ ratione cōtemptus , & inobedientię censantur impositæ ob inobseruantiam relegationis in Castro Finarij,& proinde , vel vna tantum debetur l. quies ff.de actio.& oblig. cum alijs adducatis per Franc. Marc. decis. 907. num. 9.par prima , licet in electione cōtradicterit,& in decis. 415. nu. 2. vel committeretur vna in eo, quod alteram excederet,ad sex. cum not. in l. prima ff.vi bon.rapt. ultra in præcedentibus allegata,sex. autem in d. l. nemo martyres procedit in casu speciali, vt idē Franc. Marc. aduertit decis. 15. in fin. ead.par prima.

Deniqvè si prior obligatio comprehendisset etiam promissionem de accedendo ad Castro Finarij , posterior fideiussio iniuste præstata fuis-

set,& absque causa,cùm non conueniat , per singula momenta onerari eum , à quo satisfatio petitur , dicit tex.in l. si is , à quo §.fin. ff. ut in possess. legat. Ideò cautio sine causa extorqueri non debet, tradit Surd. conf. 18. sub num. 13. vol. primo , & ante ipsum Alex.& Ias. in l. qui bis idem ff.de uerb. oblig. vbi Bald. dicit, repetitam obligationem nullum effectum parere , & exigitur ex prima stipulatione, nisi esset inualida , & obligans se pluriēs nō tenetur , nisi ex vnica , & prima præstatione, nisi prima esset inefficax . Itē vnus contractus confundit alterum , & agitur ex veteri tantum, etiam si secunda obligatio sit facta sub commemoratione primæ Surd. conf. 298. nu. 40. cum seq. vol. 2.

10 Posset etiam prætendi ex prædictis, nō subsistere posteriorem fideiussiōnem, quæ insuper sublata censeri debet ex prorogatione facta primi termini dierum viginti cōcessi ad accedendum ad Castro Finarij, ex qua prorogatione Fideiussores dicuntur liberati, ex not. in l. si cùm Hermes,& l. item queritur S. qui impleto ff. locat. notat Ias. in d. l. si vnu s. si cum reo ff. de paet. de quo Decian. in conf. 11. nu. 29. vol. prim. Massa Galles. de oblig. ad form. Cam. nu. 23. fol. 360. tom. 6. tract. par. 2. Franc. Marc. decis. 578. in princ. par. prima , & nouissimè punctualiter Gasp. Ant. Thesaur. in quest. forens. 57. per totam, declarans decis. Thesaur. 125. nisi tamen Fideiussores consenserint in prrogatione, vt notat Addit. ad Castr. in d. S. si cum reo, vel si facta fuissest ipsis præsentibus, vt traditur in d. quest. 57. de quo tamen, cùm nota facti deficiat , ac de omnibus alijs superius consideratis libenter me submitto iudicio eximiorum Virorum , quorū doctrina , & copiosissimis allegationibus facile reor , Fideiussores, iam ab amplissimis Senatoribus liberationem obtinuisse.

A Iudicibus Delegatis Mediolani fuit indicatum pro Duce.

AR-

## ARGUMENTVM.

Plura obseruatione digna resoluuntur circa vitam, & militiam, & præcipue super illa non deberi patri vsumfructum, sed commoditatem dumtaxat.

Hinc ex ordine subijcitur maximum discrimen, quod inter vtrumquè, vsumfructum scilicet, & commoditatē existit.

Ad extremum pauca quædam subnectuntur l. 2. C. de rei vend. remedium, seu beneficium concernentia.

## S V M M A R I V M.

1 Casus presentis contiouersia in quatuor iuriis distinguitur articulos.

2 Filii omnes inspecto iure Longobardorum equaliter, & sine diminutione succedebant in feudo.

Præterquam quod si pater uni ipsumfeudum assignasset.

At de Iure Francorum solus primogenitus succedit cum onere praestandi secundogenito vitam, & militiam.

Vitam, & militiam deberi tempore mortis sine contiouersia admittunt DD. nostri.

Qui in eo non sunt concordes, qua ratione fuerit introducta, seu cuius loco debeatur.

Vita, & militia debetur ad instar alimenterum.

Quam Feudistarum propositionem distinguo, & declaro, ut hic.

Argumentum de alimentis ad vitam, & militiam quomodo procedat.

Vita, & militia licet debeatur defructibus feudi, liquidatur tamen semel attēto mortis tempore, & non singulis annis.

3

.... uniformiter liquidatur sine patri, siue matri succedatur.

Frater secundū Romanorum leges non tenetur atere fratrem diutinem, & cum ratione.

Vita, & militia debetur iure actionis, & condicione ex lege, & non officio Iudicis.

Alimenta debita vigore legis, vel consuetudinis debentur etiam diutini, & sic nō attenditur hoc euentu egestas. Vita, & militia est debita modo iam supra insinuato.

Vita, & militia est onus feudi, sicut dare paragium sorori, & num. 7.

.... peti potest pro præterito.

.... præstatur, etiam si excedat summa alimentorum.

.... debetur etiam filio clericu.

4 Pater habet vsumfructum in bonis aduentitijs filii.

5 Vita, & militia, que præstatur ex fructibus durante vita secundogeniti, quomodo liquidetur.

Pater quid consequatur ex vita, & militia debita filio.

Vsusfructus est seruitus.

Seruitus seruitutis non datur in iure.

Reiudicatio datur pro seruitutis vsufructu.

Vsusfructus dominium datur sī Bal.

Patris, vel filii persona quādo constituta cēseatur in legato vsusfructus relicto filio. ibid. circ. fin.

6 Patri an queratur vsusfruceus in feudo materno ipsius filii, addubitareunt Maiores nostri.

Et receptior opinio est, patri deberi commoditatem, & non vsumfructum.

Inter vsumfructum, & commoditatem maxima intercedit differentia, qua hic insinuatur.

Feuda pro militia fuerunt adiuuenta.

Vita, & militia censetur ut feudum.

7 ... vigore Capituli huius Regni babes priuilegiū, ut pro ea detur actio realis aduersus quemcunque possefērem feudi.

Et sic datur actio ad feudum.

Pro qua non est obligata persona, sed feudum.

Actio

*Actio ad feudum à pari iudicatur cum ipso feudo.*

*Amplia, siue actio sit ad vendicandum feudū, siue super hypotheca ad ipsum feudum.*

**3 Vita, & militia origo.**

*Cur sic nuncupata.*

*Pro ipsa secundogenitus præstat seruum militare.*

*Si bellum est in Regno, cuius expensis frater minor debeat facere seruitum Regiae Curiae.*

*Secundogenitus si sit clericus debet servire per substitutum.*

*Rex habet electionem in seruitio an illud velis in persona, vel in pecunia.*

*Filius maior, siue primogenitus ratione feudi præstat secundogenito alimenta etiam quando non seruit, & de his nil est detrahendum. ibid. in fin.*

**9 Ratio non cōtemnenda subiicitur qua re pater super vita, & militia filiū nō babeat cōmoditatem, neadū vsum fructū.**

*Dominus non est milite, quem elegit, priuandus.*

*Vita, & militia, que datur secundo genito, dicitur exigua portio.*

*.... aliud non suffert onus.*

*.... neque contributionem insolutio ne ad hoc facienda per primogenitum.*

**10 Alia ineluctabilis ratio in confirmationem eiusdem opinionis.**

*Vita, & militia fuit introducta ex prouidētia Constitutionis, & sic ex Principiis munificentia.*

*Donata, vel debita ex Principiis beneficio sūt immunita à patris usufructu. Feudatario debetur subuentio à vallis, secundogenito militante.*

**11 Intell. hæreditatum ff. ad leg. falc.**

**12 Remedium l.2. C. de resc. vendit. an, & quādo locū habeat in trāsactione.**

**13 .... quid in renunciatione, & quietatione.**

*.... procedit in quolibet cōtractu bona fidei.*

*.... competit etiam sc̄cū iuramento fuerit renunciatum dicto beneficio, obtenta tamen habilitatione ab eo.*

*.... nec excluditur ex clausula donationis illud plus excessuum.*

*Clausule huiusmodi veluti Notariorum solita non habentur in consideratione.*

*Error, sc̄u ignorantia presumitur data enormi laſione.*

*Dolus re ipsa resultat ex enormi laſione, quiſſuficit ad rescissionem.*

**Pro Don Carolo de Auria Du ce Tursij.**

**CONSILIVM LVI.**

**I** X successione Princissæ matris defunctæ in ann. 1590. Andreas primogenitus Principatum Melfic obtinuit eodem tempore, etiam accedente voluntate Principis Io: Andreæ genitoris, quo defuncto in anno 1606. Princeps Andreas primogenitus pro extinguendo vitam, & militiam debitam Duci D. Carolo fratri tertio genito liquidatam in ann. duc. 2666. habita ratione fructuum bonorum feudalium soluit duc. 20788. prævia amplissima renunciatione ratione dictæ vitæ, & militiæ, & omniū depéndentiū ex ea, nihil sibi reseruans, addito pacto de aliquid ulteriū non petendo.

Certioratus ad præsens Dux tertio genitus de iuribus suis, & detecta enorimissima laſione, iure optimo prætendit vitam, & militiam pro tempore præterito à die mortis Principissæ matris usque ad annum 1606. cum interesse, & pariter supplementum pretij vitæ, & militiæ debitæ eius vita durate, quemadmodum eodem anno 1606. vendi potuisset, seu annatas ex tunc decurias, & in futurum decurrentas, non obſtante quietatione, & renunciatione prædicta. Ex quo facto resultat infrascripti articuli discutiēdi iuxta relationē transmissā.

Primus, an Duci Don Carolo ter  
N n tio

tiogenito de bita fuerit vita, & militia à die mortis matris possidēte primo-genito ex tunc Principatū prædictū.

Secundus, an debeatur vita, & militia à dicto anno 1590. usque ad annum 1595. usque ad quod tempus Don Carolus recepit à patre alimenta ex eo, quod patri competitisset ut usufructuário bonorum aduentitorum, siue maternorū filij, licet deinde desisset esse usufructuarius ob emancipationem factam eodem anno 95.

Tertius, quomodo estimabitur vita, & militia ex vnica solutione pro toto tempore vitæ ad arguendam læsionem.

Vltimus, an obstat D. Carolo renunciatio, & quietatio prædicta inita cum clausulis expositis, vel valeat allegare se enorimissimè lēsum.

2 Pro resolutione primi articuli est parum elaborandum, quoniam licet iure communi, seu Longobardorum omnes filij in feudo anteà succedebant æqualiter absq; diminutione, nisi quādo pater vni feudum assignasset, ut latè per Andr. in c. 1. S. omnes filij si de feu. defunct. milit. ex iure Francorū deinde introductum fuit, ut solus primogenitus succederet, & secundogenito prestaret vitam, & militiam, de quo in Const. Regn. Comitib. vbi glo. prima, & ibid. Andr. in repet. in princ. & Capyc. dec. 2. alijs mos Francorum fuisset irrationabilis, dicit Affli. in c. 1. S. præterea Ducatus de probib. feud. alien. per Feder. n. 51. ex quo siue vita, & militia debeatur loco legitimè, ut tradit D. de Franch. dec. 20. n. 9. D. de Pont. conf. 19. vol. I. Consiliar. Ann. conf. 120. à nu. 1. vol. 2. attenditur tempus mortis l. cùm queritur C. de inoff. testam. siue loco portionis hæreditariæ, à qua excluditur per primogenitum maiorē, & sic ratione exclusionis, de quo per Andr. in ead. Cōst. & in repetitio. per Minad. conf. 1. post n. 35. cum seq. Paris de Puzeo de finibus feud. c. 40. n. 3. alijq; relati per Menoch. tons. 121. inter cons. di- eti Consiliar. Annae Petr. de Gregor. de

vit. & milit. q. prima nu. 12. idem D. de Franch. dec. 542. circ. fix. dum secūdogenitus excluditur tempore successionis ob mortem matris feudatariaæ, eodem tempore competit ius petédi vitam, & militiam Petr. de Gregor. cod. tract. q. 6. per tot. & licet non nulli dixerint, deberi loco alimentorū, ut habetur per Canon. in cap. licet de voto, & refert D. de Franch. loc. proximè cit. & Petr. de Gregor. d. q. prima n. 2. & q. 2. n. 1. vbi Addentes, & Cumias in c. si aliquem in vers. maritata in vlt. q. fol. mihi 345. Est benè verum, deberi ad instar alimentorum, sed alimēta in casu prædicto debentur non ratione egestatis, vel ex equitate, sed quia excluditur secundogenitus ab eius portione ex prouisione iuris Francorum, ut considerat Paris loc. cit. n. 15. cum seq. & sic non valet simpliciter argumentum de alimentis ad vitam, & militiam, nisi respectu extinctionis secundūm Loffred. in c. 1. S. quid ergo vers. vel dan- da col. 2. de inuest. de re alien. fact. D. de Franch. dec. 61. n. 7. & si vita, & militia transcederet summam alimentorū, aut si secundogenitus esset diues, ad huc deberetur, ut inferiùs, qui tamen articulus, qua ratione vita, & militiam debeatur secundogenito, & an secūdo loco debeatur, si frater successerit in feudo defuncto fratre primogenito fuit sollemniter in S. C. discussus anni elapsis in causa Horatij Grimaldi cum Marchione Cāpaneæ fratre, de qua nouiss. Giżzar. decis. latissimā cōposuit n. 37. cuius discussio non cadit in quæstione, de qua agimus, & ideo, sit vtcunq; ex omni capite cōstat, vitam, & militiam deberi habito respe-ctu ad tempus mortis Genitricis feudatariaæ, quo tempore primogenitus succedit, tradit Ann. alleg. 23. n. 5. inquit quamvis vita, & militia debeatur de fructibus feudi, liquidatur tamen in specie tempore mortis, & non in singulis annis, & sic decisum refert D. de Franch. in d. decis. 61. num. 2. & 10. & uniformiter liquidatur, quādo succe-ditur

ditur matri, vel patri, ut per *Affl. in d. S. præterea Ducatus num. 61. in fin.* & hoc procedit citra omnem controuersiam.

3 Deueniendo ad secundū articulū, quamuis vita, & militia ad instar alimētorum debeatur, & iure Romano frater non aleret fratrem diuitem, cū alimenta sint introducta, vt egestatis succurratur *I. si quis à liberis S. primo vers. & magis, & S. solent ff. de liber. agnosc. ubi glo. & Bar.* de quo *Napod. in Consuet. quid si aliquis in vers. pro alimentis nu. 34. in tit. de ali- menitis præstand. Consiliar. Ann. in conf. 120. num. 39. nihilominus cùm vita, & militia debeatur iure actionis, non officio Iudicis, & condictione ex lege vigore dictæ Constitutionis Comitibus non attenditur egestas, vt ibidem Napod. tradit loquens in ali- mentis debitibus vigore *Consuetudinis*, & debetur etiam fratri diuiti, & qui ad melioris fortunæ compendiū aspirauerit, vt expressè statuitur in *d. Con- stit. in final. verb. & ibi Andr. in princ. in prima lect. Curt. sen. conf. 39. Pern. Sicul. in conf. 11. inter cons. feud. diuers. in vlt. dub. latè Minad. in d. cons. primo num. 66. & 67. Paris loc. cit. num. 28. & etiam si se alimentauerit, vel aliundè habuerit alimenta non extinguitur, vt ibidem nu. 23. & 27. cōprobat prædicta Petr. de Gregor. in tract. prædicto quest. 4. num. 5. & alij ibidem in addit. relati, & latius *Affl. in d. S. præterea Ducatus nu. 63.* quoniam vita, & militia est onus feudi, sicut dare paragium sorori, & ideo non inspicitur, an sint pauperes, vel diuites, licet quod ad paragium nonnulla dicenda essent, de quibus ad præsens differere nō oportet. Imò quia debetur iure actionis, & condictione ex lege peti potest vita, & militia etiam pro præterito *Affl. decis. 138. & ibi Vrfill. num. 4. Camil. Salern. latè in additione ad dictam Cōsuetudinem quid si aliquis in vers. vita, & militia lit. E. & F. cum seq. Minad. decis. 10. n. 2. D. de Franch. decis.***

*20. num. 10. & eadem ratione præsta- bitur, etiam si vita, & militia transce- deret summam alimētorum, ut idem D. de Franch. docuit in d. decis. 61. nu. 9. vbi subdit, pariter deberi filio cleri- co, & posuit *Paris loco supracitato post num. 16.* Ideoque nihil interest, quod à patre alimenta perceperit usque ad annum 1595. cùm ex hoc primogeni- nitus non liberetur à præstatione vi- tæ, & militiae respectu feudorum ma- ternorum à die mortis matris ex ra- tionibus supradictis.*

4 Nec minùs deneganda erit præsta- tio dictæ vitæ, & militiae à die mortis matris sub prætextu, quod patri com- petijsset vlusfructus existente usque tunc D. Carolo in eius potestate, se- cundū iura in *I. prima C. de bon. ma- ter. & in l. cùm sportet C. de bon. que liber. ex pluribus.*

Primo, quia si fuisse locus acqui- sitioni in beneficiū patris vti usufru- etuarij, quantitas debita pro tempore prædicto non remaneret penēs hæ- redem primogenitum, sed adhuc D. Carolo secundogenito deberetur ex voluntate patris, qui in eius testamē- to facultatem concessit petendi vitā, & militiam à Principe fratre.

Secundò & clariū, etiam si patri in specie, quam agimus competijsset vlusfructus, adhuc primogenitus nō est liberatus à præstatione vitæ, & militiae, sed debebitur Don Carolo ter- tiogenito, quoniam vita, & militia non consistit in corpore, sed præsta- tur ex fructibus durante vita secun- dogeniti liquidanda pro tertia parte eius, quam filius habiturus esset, si in feudo successisset, attento tamen nu- mero filiorum, de quo *Capyc. decis. 158. num. 8. & decis. ultima, Affl. in d. S. præterea Ducatus num. 59. cum seqq. D. de Franch. d. decis. 61. num. 2. com- putata etiam persona Eminentissimi Cardinalis, sicut refert D. de Franch. d. decis. 20. in fin. vel clariū, quod pro liquidanda vita, & militia medietas fructuum debetur primogenito, qui*

N n 2 obli-

obligatus est ad seruitū, alia verò medietas dividitur inter filios, connumera-ta ēt persona primogeniti, vt p me-ritiss. D. Reg. Rouis. ex mente Affl. & aliorum in Pragm. 4. de feud. n. 70. & in Prag. 25. cod. tit. nu. 4. in nouiss. impress. buius anni 1636. ideò si diceremus cōpetere patri vſusfructū vſq; ad tē-pus emācipationis filij, & filio proindē non deberi vitam, & militiam pro tē-pore prædicto, ex hoc resultaret ac-quiri patri non ipsius vitæ, & militiæ vſusfructum, sed eandem vitam, & militiam singulis annis præstandam ex fructibus, & debitam secundoge-nito, quod persuaderi non potest, vt infrā, & si aliquid patri competeteret ratione vſusfructus ex fructibus filij, seu vitæ, & militiæ ex fructibus debi-tæ, non potest dici, quod patri acqui-ratur vſusfructus, seu ipsa quantitas pro vita, & militia, sed vſns, quoniam aliàs si daretur vſusfructus, seu quan-titatis debitæ pro vita, & militia ex fructibus, daretur seruitus seruitutis, cùm vſusfructus seruitus dicatur l. si vſusfruct. C. de vſufruct. & vita, & mi-litia onus feudi, vt infrā, quod esse nō debet, vt optimè comprobat Cauac. de vſufruct. mulier. relikt. post num. 179. vers. samen dubium est, quā sen-tentiam tamquam crebriorem sequū-tur Angel. Sal. Corn. Suarez, Tellus Ferdinandez, Ruin. Bero. Franc. Marc. Bursat. & alij relati per Castill. de vſufruct. cap. 64. num. 16. cum seq. qui licet videatur amplecti contrariam opinionem, vt patri queratur vſusfruc-tus, non commoditas, ponderando sex. in l. fin. C. de vſufruct. non tamen affert probabilem rationem, quare ex vſufructu quēsito patri debeat ex-tingui in totum quantitas debita pro vſufructu filij, sicut succederet in ca-su nostro pro tempore patriæ potes-tatis, cùm patri competat facultas vtendi, & fruendi, remanente tamen dominio penès filium, dicit sex. in d. l. prima C. de bon. mater. cum concord. & pro vſufructu seruitutis datur vendi-

catio, vt Napod. dicit in prima Cōsuet. si quis habet de alim. præstand. in vers. suis num. 14. & datur etiam dominiū vſusfructus, de quo latè Bald. in l. qui vſumfruct. ff. si vſusfruct. petat. & in l. proprietatis C. de probatio. Capyc. dec. 96. per totam, & sic si nihil penès filii remaneret finito vſufructu patris es-set dare extinctionem vſusfructus fi-lij, seu vitæ, & militiæ, non vſumfructū vſusfructus, quod non est admitten-dum ex traditis per eundem Castill. ibidem à n. 14. sed quoniam idem Author ex mente Bal. distinguit tres casus. Primum, quando filius fuit ele-ctus vt minister contemplata tātum-modò persona patris, & tunc patris persona consideratur, & non filij. Secundū, quando filio principaliter debetur, & tunc consideratur perso-na filij, non patris. Tertium, quando est dubium, & tūc priùs conside-ratur persona patris, deindē filij, vt ibi per ipsum num. 23. licet in hoc tertio ca-su sit etiam maxima controuersia, cuius contemplatione in dubio de-beatur, secundū glo. fin. in d. l. final. C. de vſufr. idcirco cùm in terminis quæstionis nostræ simus in secunde ca-su in quantitate ex fructibus debi-ta filio principaliter ipsius cōtempla-tione, nulla habita consideratione personæ patris, vt dicetur inferiùs, nō est opus differere de veritate articuli prædicti, & quenam sit receptior opi-nio, cùm termini non sint applicabi-les ad casum nostrum.

6 Tertiò, principaliter aduertendum est, non potuisse competere Principi Io: Andreę patri vſusfructum respe-ctu vitæ, & militiæ debitę D. Caro-lo ratione feudorum maternorum, ēt pro tempore patriæ potestatis ex plu-ribus. Primò, est controuersia inter DD. an patri queratur vſusfructus in feudo filij materno, de qua Andr. in c. i. n. 13. in primarub. de bis, qui feud. dar. poss. Minad. in Cōst. In aliquib. in 3. nos. à n. 78. & propriè n. 82. tenens partem affirmatiuā, autoritate Bal.

*in d.l. cum op̄oret, & defendit eum ab impugnationibus Affl. in c. 1. 5. col. utrū sed mihi defratr. de nou. benef. in- rexit; licet idem Bal. contrarium sub- stineat in eod. cap. prim. S. si duo fratres in tit. prædicto de duob. fratrib. de qua quæstione videri poterunt Curt. in tract. feud. 3. par. quæst. 4. secunda par. Loffred. in cons. 10. D. de Pont. relatus à Molfes. in comment. ad Consuet. Neap. par. 4. cap. 38. & cū sit receptior opi- nio, vt tantummodo commoditas, non viusfructus debeatur, vt per Boer. dec. 199. & D. de Franch. decis. 10. nu. 10. in contrarietate quæstionis prædictæ ad præsens non est insistendum; si igitur commoditas competit, illa sine dubio differt ab viusfructu, & ratione commoditatis pater nō potuisse recipere integras fructus debitos, aliás non esset differentia inter commodi- tatem, & viusfructum, si nihil filio quereretur, & propterea pro cōmo- ditate habebit facultatem vtendi, & fruendi, ita quod post solutionem pa- triæ potestatis ipse, aut eius hæres obligatus erit restituere omnes fru- ctus perceptos, seu estimationem à die perceptionis, vt declarat optimè Caualc. in d. tract. de viusfruct. mulier. reliet. num. 181. cum seq. à quo non dissentit Castill. in casu prædicto, quādo patri nō viusfructus, sed com- moditas debetur, vt ibi num. 18. cum seq. Applicando nunc ad speciem, quam agimus, secundogenitus habet à feu- do vitam, & militiam, vt militare pos- sit, pro quo feuda ipsa adiuventa fue- runt, ut Camer. posuit in cap. Imperia- lem S. præterea Ducatus lit. N. fol. 102. & sicut in persona primogeniti vera natura feudi cōsistit propter qualitates expressas, eudem modo quodam aliud feudum consideratur in persona secun- dogeniti, quod vitæ, & militiae vocatur propter illam annuam præstationem, que ab illo feudo ei conceditur, ob quā militare compellitur, uerba sunt Camer. loco prædicto lit. O. & inferius lit. R. dicit, non competere secundoge-*

nito legitimam, sed feudum dumta- xat uitæ, & militiae; dum ergo ut feu- dum censi debet, pater non pote- rat consequi usumfructum, sed tan- tummodo commoditatē utendi cū obligatione restituendi finita patriæ potestate, & filius primogenitus hæ- res patris non teneretur ad interesse quantitatis uitæ, & militiae pro illo tē- pore, cūm usus, & commoditas patriæ competierit, sed benè ad solutionē, & restitutionē quantitatum debi- tarū usquæ ad diem emancipationis.

7 Amplius, uita, & militia dicitur onus feudi, vt dicit Andr. in d. Const. Comitibus in repetitione in princip. & pro ea datur actio realis contra quæ- cunque possessorem vigore Cap. Re- gni incip. alienationis actus, Andr. in Constit. In aliquibus col. 6. vers. quid se desinat habere feudum, & dicitur onus reale virtute Capituli prædicti, vt per Napod. in d. Consuet. quid se aliquis in vers. tenetur num. 33. Affl. decis. 138. n. 2. & Petr. de Gregor. de vita, & militia quæst. 3. num. primo, & 6. & quæst. 10. num. 4. Si ergo pro vita, & militia da- tur actio ad feudum, & contra quem- cunque possessorem, & dicitur præ- statio realis super bonis feudalibus, pro qua non est obligata persona, sed feudum D. de Franch. decis. 714. à n. 4. Anna cons. 120. nu. 32. succedit re- gula, quod idem sit iudicandum de acione ad feudum, sicut de ipso feu- do, secundum Andr. in Const. Hono- rem nostri Diadematis col. 3. siue actio sit ad vendicandum feudum, siue su- per hypotheca ad ipsum feudū D. de Pont. de pot. Proreg. in tit. de refus. feud. S. 11. n. 5. Ann. cons. 4. n. 77. qua ratio- ne nō cōpetit patri viusfructus vitæ, & militiæ, sicut nec de feudo materno

8 Accedat notabilis consideratio quod ad originem præstationis vitæ, & militiae debitæ fratri secundogenito, & ordinatæ præstari, vt viuat, & mili- tet, & sic dicitur vita pro alimentis, & militia, vt seruiat, vt Camer. posuit loco citato lit. P. & Q. Idcirco secundogen-

nitus pro vita, & militia præstat seruitum militare, ut per Andr. in d. Const. Comitibus, & Affl. in d. decis. 138. n. 2. Est benè verum, quod frater minor tenetur facere seruitum Curiae, ad expensas, & equos, & arma maioriis, quando esset bellum in Regno Andr. in d. Const. Comitibus in prima loc. vbi etiam glo. Paris in d. cap. 40. n. 3. & si secundogenitus est clericus serviet per substitutum, vt ibidem dicit post num. 16. Affl. in d. S. præterea Ducatus num. 52. cum Rex habeat electionem pro seruitio personali, siue in pecunia, ut per Andr. in cap. Imperialem S. firmiter de prohib. feud. alien. per Feder. & in cap. primo S. similiter de Capit. qui Cur. vend. Affl. decis. 252. n. 2. in fin. vbi Vrsill. num. 10. Alimentabit ergo primogenitus secundogenitum non solum, quando seruiet, sed etiam, quando non seruiet, & de ipsis alimentis nihil est detrahendum, ita Affl. ex mente Andr. in d. decis. 252, num. 4. in fin. & num. 5. & sic patri de vita, & militia nihil acquiri poterit, nec minus commoditas, vel ylus ex prædictis.

9. Insuper vita, & militia præstatur filio, vt seruiat, quod seruitum præstare non posset sine victu, & ideo fauore Domini est ei relinquendum, vt habeat militem, quem elegerit Camer. in eod. cap. Imperialem lit. N. & O. fol. 2. 1. ideo patri ylusfructus competere non potest: tantò magis quia ista portio pro vita, & militia dicitur exigua portio, ita quod non potest ferre aliud onus, vt punctualiter dicit Affl. d. dec. 252. n. 6, ob quod primogenitus solus tenetur ad solutionem adhuc, nulla facta contributione per secundogenitum, sicut ibidem comprobatur Affl. licet non decidat, benè tamen decisiū loquitur in d. S. præterea Ducatus n. 58. in fin. & D. de Franch. d. dec. 20. num. 1. & Ann. in cons. 4. num. 55. Ideoq; si vita, & militia aliud onus non sustinet, nullibi fundari poterit, quod patri debeat ylusfructus, vel commoditas.

10. Denique, vita, & militia præstatio introducta fuit ex prouidentia Constitutionis, & sic non ex naturali Iure, vel ciuili, sed ex munificētia Principis concedentis illam portionem, vt filius secundogenitus militet, vt dicit notabiliter Camer. in eod. cap. Imperialem S. præterea Ducatus lit. P. fol. 102. & ob id, cùm debeatur ex Principis beneficio, excluditur pater omnino ab usufructu, ad tex. in l. cū multa C. de bon. quæ liber. de quo Andr. in d. prima rub. de bis, qui seud. dar. poss. sub num. 13. Et quoniam secundogenitus seruire tenetur eligente Rege seruitū personale, ut supra diximus, ad expensas tamen primogeniti, cui remanere debebit, ut possit honorificè uiuere, teste Affl. d. decis. 252. d. n. 4. in fin. debebitur insuper eidē subuentio à vasallis, si frater secundogenitus militaret, quod est notabile, vt per Andr. in ead. Const. Comitibus in repet. col. 5. circa medium vers. & si dicatur dictum primumgenitū. Ex quibus remanet latis, superquæ confirmatum, non compete patri ylusfructum, nec commoditatem, vel ylus respectu vita, & militia secundogenito debitæ à primogenito super bonis feudalibus maternis, & proinde deberi Don Carolo integrè pro toto tempore decurso à die mortis Principissæ communis matris.

11. Tertius articulus facillimè resolutur, quoniam licet estimatio quantitatis debitæ vita durante, & vnica solutione extingui possit, regulari videatur iuxta dispositionem sex. in l. hereditatum ff. ad leg. falcid. nihilominus, quia secundum DD. maximæ authoritatis ille tex. loquitur in casu speciali deductionis falcidiæ, & non trahitur ad omnes casus indistinctè, de cuius intellectu plenè habetur per Cuarr. lib. 3. var. resol. cap. 9. à nu. 8. cum seq. Suarez in l. quoniam in prioribas vers. amplia 3. num. 8. 9. & 10. C. de inoff. testam. & alij latissimè relati per D. Vinc. de Franch. dec. 186. per totam,

Nonquam tempore predicta fuit obseruata punctualiter, sed fuit facta aestimatio, prout vendi posuisse, vel reseruata premissa, quando creditor plus vixisset, ut in d. decis. refertur, & per Affl. decis. 34. per totam. Ex his modis resulat in quietatione anni 1606. adfuisse nedum enormissimam lassionem, sed nimis excessivam. Quoniam in praeteritum ad rationem iuxta liquidationem à Cötrahentibus factam annata dūmtaxat decursus ascēdunt ad ducatos quadraginta duos mille, & ultrà, & quoad estimationem tunc faciendam considerata extate, & ueritatem Ducis Don Caroli remanet pariter enormissimè lassus in excessu ultrà dimidiā, sicut exitus uitæ demonstrauit, & diuina gratia mediante uiuet felicissimè per longos annos.

12 Deueniendo nunc ad ultimum articulū, procedendo per ueras conclusiones, si essemus in transactione super lite mota, vel re dubia, licet maxima sit cōtrouersia, an detur considerabilis lassio, ut locum habeat medium l. 2. C. de rescind. vend. de qua per glo. in l. Lusius S. bares eius, ubi Castr. num. 3. ff. ad Trebell. Bart. in d.l. 2. num. 7. & ceteri, latè Dec. cons. 60. & cons. 216. Corn. cons. 166. volum prim. Affl. decis. 203. & 220. circa princ. & Gutier. pract. question. lib. 2. quest. 141. num. 6. communis resolutio traditur, ut etiam locum habeat in transactione, quando excessus ultra dimidiā non est modicus, sed multò major dimidia, Corn. tradit in d. cons. 166. Ant. Padill. in ead. l. 2. num. 23. & Gutier. referens quām plurimos in d. q. 441, & hic non est casus noster, cùm non agatur de re dubia, sed de quantitate, & portione verè debita ratione vita, & militiæ super feudis pertentis ex materna successione.

13 Sumus igitur in renunciatione, & quietatione facta portionis predictæ iam acquisitæ, aliquo recepto, & lite non mota, quo casu locum habet medium d. l. 2. etiā si adesset specialis

renunciatio, de quā Conar. lib. 2. var. resol. cap. 4. nu. 5. & sic uel dux 2. habet locum in venditione, ita in quolibet contractu bonæ fidei, ut in ead. l. 2. tradit Arius Pinellus prima par. cap. 3. num. 17. Andr. in cap. primo S. simili- ter in prima additione in fin. de Cap. qui cur. vend. V asq. lib. 3. controu. usu- freq. cap. 61. num. 11. Gutier. pract. qq. lib. 2. quest. 138. n. primo, secūs si renunciatio fieret ex interuallo in alio contractu, ut per eundem Gutier. q. 140. & quod in renunciatione predicta sufficiat enormis lassio, etiam si expressè cum iuramento renunciatiū fuerit beneficio dictæ l. 2. data ab- solutione à iuramentis, tradit latè Matienz. in dialogo par. 3. c. 20. n. 9. 10. & 11. ac etiā si adfuerit clausula donatio- nis quod ad illud plus extendens iustum pre- sumendum, vbi videndus est, cùm non presumatur data lassione predicta, sunt enim clausulæ solitæ Notariorū, ut Gutier. dicit loco citato, Mandel. Alb. in conf. 81. nu. 12. & 53. Cephal. conf. 210. num. 84. & Capyc. latissimè omnia predicta cōmemorans in d.c. 159. & propriè num. 25. & 26. data namquæ enormissima lassione presu- mitur error, ut Fulg. in ead. l. dicit, seu ignorantia secundum Andr. loc. cit. n. 17. & sufficit pro rescissione enormis lassio, cùm resultet dolus re ipsa Bal. conf. 213. Punctus talis est vol. primo Abb. conf. 107. col. pen. vol. 2. Dec. conf. 180. col. 5. in princ. & circa medium, & conf. 583. col. 2. Mandel. Alb. videndus in d. conf. 81. post addit. circa finem, qui in specie loquitur in materia re- nunciationis successionis, Menocb. cōf. 80. num. 71. vol. primo, Cephal. d. conf. 210. num. 77. cum seq. & ita passim ser- uari videamus, ex quibus vndiq; constat, Ducem Don Carolum omnino obtinere debere in hac iustissima prætensione, obtenta prius absolu- tionē à iuramentis, prout reor, Iudicces quoscunque fore iudicaturos, si mea non me fallit opinio, siue ob tem- poris quoquæ breuitatem, alijsquæ nego-

negotijs non leibus impeditus in aliquo fortè defecet, submittendo propterea omnia predicta correctiōni melius sentientis.

## ARGUMENTVM.

**L**ocatio fructuum non manet sub eadem prōhibitione bonorum Ecclesiæ.

**L**ocatio posterior, seu sublocatio facta à Conductore si excedat priorem in tempore adhuc substinetur, & dumtaxat temporis superfluitas reiicitur, seu vitiatur.

## S V M M A R I V M.

1 *Facti breuissimus index.*

2 *Locatio fructuum, & censum præbenda, vel beneficij est permitta ultra tempus à iure præfinitum in locatione rerum ecclesiasticarum, & cum ratione, & num. 3.*

*Fructus non sunt, nec dici possunt annexi spiritualitati.*

*... possunt non obstante prohibitione Paulina locari ultra triennium, sine Superioris licentia.*

*Mentionata Extrauag. Pauli Secundi intellectus.*

*Locatio bonorum Ecclesiæ multum distinguitur à fructuum locatione.*

3 *Prelatus locans res proprię dignitatis, vel beneficij ultra tempus permisum valet locatio etiam sine Superioris licentia, & cum ratione.*

*... potest donare Ecclesiasticos redditus, quos facit suos etiā sine Superioris consensu.*

*Locatio fructuum facta à Prelato For-*

*celesia, eo mortuo extinguitur, & sic non afficit, neque Ecclesiam, neq; successorem, & num. 7.*

Lex, vel statutum quo pacto tollatur, num. 4 in fin.

5 *Conductor est licita de iure sublocatione, preterquam in Ciuitate Neap.*

*Conductio secunda si sit facta ultra tempus in priori appositorum, substinetur nihilominus iuxta terminum præsum in prima conductione.*

6 *Prelatus, seu Rektor Ecclesiæ potest locare pro toto sue vite tempore, & de ratione.*

7 *Rot. Rom. decisio notab. assertur pro firmissimo pressidio secundi conductoris, cuius partes D. Author acerimè substinetur.*

## Pro Horatio de la Selua.

## CONSILIVM LVII.

**S**acra Religio Hierosolymana egit in S.C. pro annullanda sublocatio-ne facta redditum Grāciæ Terræ Argentij spacio annorum quatuor Horatio de la Selua dictæ Terræ Argentij à Carmino de Martinis primo conductore, allegas Statutum eiusdem Sacrae Religionis prohibens locationem abiq; licentia, quæ dari non possit, nisi pro annis tribus absq; anticipatione, sed ex infra scriptis breuiter demonstrabitur, prædicta procedere, cum ageretur de præjudicio Ecclesiæ, vel Successoris in Cōmenda, & proinde fuit prohibita anticipatio, verū quoad Commendatarium, qui facit fructus suos, substinetur locatio, etiam vltra tempus permisum, pro tempore tamen vitæ Commendatarij.

Etenim locatio fructuum, & censum præbenda, vel beneficij licita, est etiam vltra tempus à iure præscri-  
ptum

ptum in locatione rerum Ecclesiarum, quia non sunt, nec dici possunt annexi spiritualitati per Archidiac. in cap. sed bac 1. q. 1. est textus apertus in cap. extra, ubi Abb. & alij extr. locas.

Et non obstante Paulina prohibitione in Extrauag. ambiosè in tit. de reb. Eccles. non alien. possunt locari fructus ultra triennium absq; licentia superioris DD. omnes ex doct. Abb. in cap. fin. nè Prælat. vices suas, & in cap. continebatur de his, que sunt à Prælat. sine consensu. Capit. vers. limita, Couar. lib. 2. var. resol. cap. 16. num. 6. vers. sexto visum est, Franc. Marc. q. 102. in princ.

Nam cùm antè dictam prohibitio nem Pauli Secundi esset permissa ista locatio fructuum ad modicum tēpus, & sic ultra triennium dicto cap. fin. nè Prælat. vic. su. & clem. 1. de reb. eccles. nō alien. per dictam extrauag. non intelligitur prohibita, cùm ibi expressè dicitur, ut nihil disponere intendat, nisi in cassibus à iure permisſis, vndē nō habebit locum in locatione fructuum, quæ est iure permissa, nec obstat, quod generaliter prohibet alienationem, & locationem. Nam intelligitur de rebus, & bonis, & sic quando res, vel bona Ecclesiarum separatim ab Ecclesia locantur, ideo ponitur sub titulo de reb. eccl. non alien. At quando locantur fructus, nil prorsus de rebus, & bonis Ecclesiarum alienatur, ideo leges de tali locatione fructuum ponuntur sub titulo. nè Prælat. vic. suas.

3 Ideò quando Prælatus locat res propriè dignitatis, vel beneficij, quæ ad ipsum tantum pertinet etiam ultra tempus permisum, valer alienatio etiā sine licentia Superioris, quia non afficit, nisi ipsum locatorem quodad vixerit, nec præjudicat successori, quia de eius solo præjudicio agitur glo. sollemnitas in l. si dolo C. de refin. vend. in vers. refindi in fin. ubi additio, tenet Molan. de Hisp. primog. cap. 21. num. 27. lib. 1. & sequitur Molan. Iesuit. in materia d. extrauag. ambiosè tom. 2. de cōtract. dis-

pus. 466. col. 5. vers. Molinalit. C. Feder. dc Sen. in conf. 123. incip. quaritur an constitutio, Redoan. latè de reb. Eccles. non alien. rubr. 1. cap. 14. num. 8. & rubr. 4. de fructib. Eccl. num. 1. 2. 4. & 6. ubi allegat pulchram glo. in cap. alienationes 12. q. 2. in verb. prabenda, facit Imol. in cap. ceterum de donatio. ubi inquit, quod Prælatus potest donare de redditibus, quos facit suos, etiam sìc consensu Superioris, quia tractatur de eius solius præjudicio Redoan. ubi sup. n. 18. ad intellectum d. extrau. ambiosè, & idem latius in rubr. 33. casu 2. nu. 20. & 27. & per eos. ubi concludit, non habere locum d. extrauag. in locatione fructus, cùm nullum interesse proueniat ex locatione ad Ecclesiam, vel successorem, cùm statim mortuo locatore expiret locatio Cardin. in clem. 1. de reb. eccles. in disput. 27. & Archidia. in d. cap. alienationes 12. q. 2. per teste. in d. cap. fin. nè Prælat. vic. suas, Valasc. de iure emphys. q. 29. Graff. dec. 9. cas. conscient. lib. 4. cap. 24. num. 20. Anandan. expressius de exequen. mand. par. 1. cap. 4. num. 42. & refert Caron. de locat. in titul. de reb. eccles. par. 3. conclus. 20. nu. 75. ubi ait, quod afficit tantum locatorem quodad ipse vixerit, allegat Mohedan. decis. 8. in tit. de confir. util. vel inusit. & Redoan. ubi supra q. 6. nu. 23.

Insuper, nunquam ostenditur, locationem fructuum Commendatæ, seu Granciæ prædictæ processisse cum assensu Magni Magistri, dum agitur de solo præjudicio Commendatarij, non ipsius Religionis, aut successoris, vt per testes, & scripturas demonstratum est, & hoc probatione non eget, quamvis per testes sit plenissimè probatum, cùm indistinctè à totis retroactis temporibus semper fuerit facta locatio Territoriorum, censuum, & fructu Granciæ prædictæ, & nō ostenditur ex aduerso aliquo tempore interuenisse assensu Magni Magistri, nec est verisimile, quod Prior Capuz nō valeat locare fructus Granciæ

cix predictæ absq; licetia Magni Magistri, immò dūm ex predictis constat, sublocationem rescindi, seù annullari non posse, cùm valeat in præjudicium Commendatarij, fuit figurata quædā concessio in emphyteusim in perpetuum facta Martio Cillo, qui tāquam cōcessionarius primo loco egit cōtra subcōductorem; & quia in concessione prædicta sine dubio requirebatur assensus, iam exhiberi petitus, dictus Martius ex hoc solo remansit exclusus, & deinde comparuit Religio, quæ pariter venit excludenda, cùm de suo, vel successoris interesse non agatur, & lex, seù statutum, in casu tamen, quo posset obstat, adhuc tollitur vel per contrarios actus, vel amittitur per decennum, si nullo pacto admissa fuerit, vt Couar. docuit eod. cap. 16. post num. 6. vers. 5.

Conductor autem potest de iure alteri sublocare *In cœlo C. locat.* & est potestas cōcessa à lege, & in Civitate Neap. tantum prohibita est facultas sublocandi, & licet sublocatio intercesserit pro annis quatuor, & sic pro maiori tempore, quo inita fuit locatio Carminio de Marinis primo conductori, Nihilominus sublinetur sublocatio pro tempore annorum trium seruata forma locationis. factæ prævia licentia Fratris Iulij de Falco generalis Procuratoris Commendatarij, seù Prioris Capuæ, iuxta doctrinam Bald. in auth. si quas ruinas C. de sacrosanct. eccles. cuius opinio est frequentiori calculo recepta, vt tradit Couarru. in eod. cap. 16. variar. resolut. lib. 2. num. 5. Et in vers. sed premissa Bald. sententia, nisi vñica pensio pro toto tempore fuerit promissa, & non singulis annis, vt ibid. dicit in vers. subsequenti incip. exhibet etiam, ultra quod hoc nō intet & Commendatarij, nec Religionis, ex eo, quod si sublocatio irritaretur, adhuc sublinetur locatio facta Carminio pro tempore annorum trium, qui deberet impugnare sublocationem, & eam en vocatus à subconduatore in-

præsenti iudicio non contradicit, immò Religio perperam instituit iudicium cum Horatio subconductore, cùm agere debuisset prius cum Carminio prædicto primo conductore habente causam à Commendatario, & Priore Capuæ, non autem directè contra subconductorem: Igitur dūm Commendatarius non impugnat locationem, quæ in sui præjudicium tenet, & anticipatio, si intercessisset, nō admitteretur in damnum Ecclesiæ, vel successoris in casu vacationis Commendæ, proindè non est audienda Religio ad allegandam nullitatem locationis, cùm non agatur de sui præjudicio, sed tantum Commendatarij, qui quoad viuit liberè potest de fructibus disponere.

6 Amplius Horatius subconductor laudauit in authorem Carminium de Marinis primum conductorem, etiam vt non teneatur ei soluere duc. 55. annuos pmissos in casu succumbentia, qui Carminius pariter audiri debet, & est cum eo compilatus processus, & sic ex omni capite absolwendus est ab impetitione Religionis.

Insuper, Rector Ecclesiæ potest locare pro toto tempore vitæ Abb. in cap. fin. in glo. 2. nè prælat. vices suas, Gregor. Lopez parti. 1. sit. 17. l. 9. glos. 1. quamuis enim contractus ad vitam possit longo tempore durare; nihilominus possibile est contrarium propter mortem de facili superuenientem, vndè ratio huius incertitudinis causat tolerantiam contractus Romanus consil. 423. post num. 10. & consil. 302. num. 3. & succedente morte extinguitur locatio; videtur enim data commoditas, non quod mortuo locatore teneat locatio, & ideo valet eo modo, quo locatio ad modicum tēpus Garz. de expens. qui loquitur in prohibitis alienare in cap. 14. num. 4. ex mente Couar. cap. 16. num. 1.

Ultrà superiùs adducta particulariter affertur decisi. 1. alias 252. in tit. de locat.

*locat. & conduct. in nouis, quæ sūt vni-  
tæ cum antiquis, in qua concludit, lo-  
cationem prohibitam non obligare  
successorem, vel Ecclesiam, sed subsi-  
stere durante vita Præbendarij, seù  
Beneficiati, & secuta eius morte cō-  
tractus locationis dicitur ipso iure  
extinctus, vt ibi num. 1. & paulò antè  
num. 2. & post dictum *numerum vers.*  
*maior tamen pars*, & individualiter ad  
casum nostrum in locatione facta à  
Commendatario Religionis Hierosolymitanæ ultra triennium, cùm data  
fuisset licentia ad triennium tantum,  
quod non obligat Religionem, nec  
successorem in commenda, sed dum  
taxat ipsum Commendatarium con-  
trahentem, qui poterat locare pro tempore  
vitæ suæ, tradit notabiliter Ber-  
trand. in cons. 140. num. 3. in f. num. 5.  
& propriè num. 9. 10. & 11. volum. 2.  
part. priori, quod consilium fuit editum  
post Statutum Religionis, cùm in cō-  
silio prædicto in fine fiat mentio de  
pecunia numerata, quæ datur loca-  
tori pro viagio ad Conuentum, de  
quo fit mentio in Statuto, ita quòd ex  
prædictis cessat quælibet difficultas, &  
meritò Horatius conuentus erit ab-  
soluendus.*

*Fuit indicatum, sublocationem esse nul-  
lam, & proinde possessionem esse restituendam Religioni, sed nemo fuit audi-  
sus, nec vocatus tempore unionis cum  
Adiunctis à causa Commissari volente  
omnino tueri suam opinionem.*

## ARGUMENTVM.

Officialis constitutus ad exer-  
cendum iurisdictionem ad-  
uersus certas personas alicuius loci absque territorij di-  
stinctione an censeatur hanc

habere facultatem priuatiuē  
quoad alios, & an possit il-  
lam exercere cōtra easdem,  
vbicunque deliquerint. Cō-  
trouersia profectò nobilis, &  
curiosa, & magistraliter per-  
tractata.

## SUMMARY.

- 1 *Facti delineatio, siue descriptio.*
- 2 *Casalia Resiae, & Portici fuerunt de iurisdictione Ciuitatis Neap. & tā-  
quam unum corpus cum ipsa.*  
*Iurisdictio licet in sui essentia non diuidatur, usus tamen, & exercitium  
ipsius bene diuiditur.*  
*.... potest residere apud plures, & penes quemlibet insolidum.*  
*Officialis constitutus ad exercendum  
iurisdictionē in certas personas ali-  
cuius Castri an censeatur hanc fa-  
cultatem habere priuatiuē quoad  
alios Officialis, & n. 4.*  
*Huius generis sunt Officialis destina-  
ti per quarteria.*  
*Officialis alicuius Casalis, quod sub-  
iaceat Ciuitati, dicitur Iudex inferior  
Iudice generali superiori.*
- 3 *Castrum est membrum Ciuitatis, cui  
subjicitur.*  
*.... situm in Baronia presumitur ef-  
se de illius Territorio.*  
*Locus nullus à Ciuitate praesumitur  
exemptus.*  
*Hinc cōtradicensi incumbit onus pro-  
bandi.*  
*Castrum quando dicatur separatum  
à Ciuitate, & locus exceptus à tota-  
litate.*  
*Iurisdictio tota consideratur in locis  
separatis, nec ultra extenditur.*  
*Officialis constitutus in certas perso-  
nas absque Territorij distinctione  
babet cognitionem aduersus easdem,  
vbicunque deliquerint.*  
*Territorium esse unius, & iurisdictio-  
nem*

- nem alterius in eodem Territorio nō habetur pro absurdo.*
- 4** *Clausula abdicative effectus.*  
*Causa cum buiusmodi clausula est instar cause clericalis.*  
*In qua Iudex laicus non se intromittit.*  
*Iurisdictio quando est concessa in certas personas non videtur facienda aliqua distinctio respectu earundem ibid. circa fin.*
- 5** *Controversia consimilis aliquos exempla recensentur.*
- 6** *Baro regulariter non potest cognoscere de delictis commissis extra Territorium, & cum ratione.*  
*.... habet iurisdictionem ordinariā, que cohāret Territorio.*  
*Iurisdictione extra Territorium nequit exerceri, & n. 7.*  
*.... dicitur adesse in Territorio, sicut nebula super paludem.*  
*Territorium quando sit de essentia, & quando non ordinaria iurisdictionis.*  
*Iurisdictionem plures habere possunt, prout habent sine Territorio.*

### Pro Principe Hostiliani.

#### CONSILIVM LVIII.

- 1** *Ebastianus Cappellarius Casalis Portici deliquit extra Casale predictum in Territorio Neapolitano iuxta Casale Sancti Ioannis à Teduccio, & agitur hodie, an cognitio causae predictæ spectet ad Officialem Principis Hostiliani Turris Octauæ, per quem fuit petita remissio, & quod sit omnino remittenda causa predicta, deducitur breuiter ex infra scriptis.*
- 2** *Primò recensemendum est Principis priuilegium, per quod constituitur Officialis ad iustitiam, & ad guerram Turris Octauæ, Resinæ, & Portici pertinentiarum Ciuitatis Neap. cum*

*potestate seruiendi per substitutum, respectu personarum Casalium prædictorū, quæ specialiter eximuntur à iurisdictione Magni Iustitiarij, Mag. Cur. Vic. & Capitanei Ciuitatis, vt ex priuilegio, in quo non aliter Territorium circumscribitur, nec Casale diuiditur à Territorio Ciuitatis Neapolitanæ, ideòq; non est dubitandum, Casalia prædicta fuisse de iurisdictione Ciuitatis, & tanquam vnum corpus cum Ciuitate, ad text. in l. nulli C. de episc. & cler. l. 3. vbi Bal. C. de natur. lib. & respectu iurisdictionis loquitur Bar. tract. qui sint rebelles in verb. Lombardie num. 3. & in conf. 189. primò queritur post nu. 1. Alex. conf. 1. col. 8. & conf. 24. post num. 1. vol. 5.*

*Proindè cū Princeps sit constitutus officialis in Casalibus prædictis, iurisdictione ipsius est eadem cum iurisdictione Magnæ Curiæ Vicariæ, quæ licet in sui esentiam nō diuidatur, & quoad habitum sit individua; vsus tamen eiusdem iurisdictionis, & ipsius exercitium censetur diuīsum iuxta tradita per Bart. in l. inter tutores ff. de administr. tuto. Bald. not. in c. 1. S. ppterere à ducatus num. 5. in fin. vers. crit ergo de prohib. seu alien. per Feder. Innoc. latè in cap. Prudentiam de offic. deleg. & sic vna iurisdictione potest residere penes plures, & apud quemlibet insolidum, vt per Ioan. Crotum confil. 55. à num. 22. & tunc attenditur, quomodo à Principe sit demandata secundum Innoc. loco citato, & sic Princeps est alter officialis constitutus exercens eandem iurisdictionem in certas personas Casalium prædictorum priuatiuè, sicut dicitur in Officilibus, qui destinati sunt per quarteria, de quo per Bald. in l. testam. omnia C. de testam. per Bar. d. confil. 189, nu. 7. cum seq. & latè Ioan. Bap. de S. Blasio inter consilia feudalia confil. 66. num. 29. cum seq. propterea priuatiuè dictam iurisdictionem exercet, licet tamquam officialis dictorum locorū, qui subsunt Ciuitati, dicatur Iudex inferior*

ferior cum Iudice generali superiori, ut per Roman. consl. 393. sub num. 10. vers. aut enim ipse, ob quod non est facienda distinctio territorij, cum à Rege concedente distinctum non sit, & quia sumus super certo, & priuilegium clarè loquitur, iuxta dicta, per Boer. decis. 227. num. 17. remissio concedenda erit absque difficultate.

3 Secundò non est dubium, quòd Casale non habet Territorium, quia de per se non regitur, sed oportet habere suum Caput, cui subsit, & erit membrum loci, cui supponitur, ad text. in l. qui ex vico ff. ad municipal. & dūm est sicut in Baronia, præsumitur de Territorio Baroniæ, ad text. in canon. omnes Basiliæ 16. quest. 7. & canon. Monasteria 18. quest. 2. l. fundi nibil ff. de action. empl. Bald. in cap. cùm olim de præscription. & nullus locus præsumitur à Ciuitate exceptus, vt idem Baldus dicit in l. Insulae Italiae ff. de iudi. & ei, qui contrarium allegat, onus incumbit demonstrandi, vt declarat Socin. in consl. 166. 2. colum. vers. tercia conclusio 2. volum. ex quo succedit, quòd si Rex concedens separasset Casalia prædicta à Territorio Ciuitatis, & territorium circumscripsisset, Casalia prædicta tunc dicerentur separata, & essent aliud corpus de per se, & dicetur locus exceptus de totalitate, quo casu faceret fundum de per se non comprehensum in totalitate, ex decisione Pauli de Castro in l. s. fundum S. qui fundum colum. 2. ff. de legat. 1. & iurisdictio similiter tota consideraretur in locis prædictis separatis, nec ultra extenderetur, iuxta solemne confilium eiusdem Pauli de Castro 187. volum. 2. colum. 3. sequitur Loffred. in cap. 1. S. de manso versic. bac posito de controvers. inuestitur. sed quoniam Rex Casalia non separauit, nec illa Principi concessit, sed tantummodo ipsum Officiale constituit in personis dicto-

rum Casalium, propterea loca distincta non dicuntur; sed quia adhuc subsunt tamquam membra in eodem Territorio Neapolitano, officialis tantum constitutus est non distincto Territorio, & proinde ubique deliquerint, cognitio spectat ad Principem, iuxta particularem decisionem Minadoi 18. quam refert, & sequitur D. de Franchis decis. 458. num. 3. licet enim Territorium sit Ciuitatis Neapolis, non est inconueniens, quòd iurisdictio sit alterius in eodem Territorio (maximè in certas personas) vt latè Castrrens. in consl. 56. num. 2. volum. 2. & Alexand. consl. 67. col. 2. lib. 2.

4 Tertiò, disputatur à Doctoribus illa questio, an data iurisdictione speciali in uno loco, vel in certis particulariter personis Ciuitatis, censeatur data priuatiè, vel cumulatiuè ad iurisdictionem potestatis generalis Ciuitatis, & licet sit maxima Doctorum controversia, de qua per Bartolum in l. 1. C. de offic. Prefect. Vrb. per Docto. in cap. caterium de iudic. & in l. quod in rerum S. si quis post ff. de legat. 1. in calu nostro non est opus hac dispositione, quoniā adest in priuilegio in specie clausula abdicatiua, vt est dictum in principio, proinde non est dubitandum, quin competit Principi priuatiè ad Magnam Curiam, nulla facta distinctione loci, quia attenduntur personæ, respectu quarum concessa est iurisdictio, Felin. latè in cap. pastoralis de offic. ordinar. Roman. in dicto consl. 393. & Dec. in consl. 3. qui videri debent; hæc enim clausula abdicatiua efficit, vt causarum personarum sit ad instar causæ clericalis, in qua Iudex laicus non se intromittit, vt per Capycium decis. 122. num. 6. vers. facit, D. de Franch. decis. 417. num. 8. & in decis. 88. num. 5.

Insuper, nedūra adest clausula abdicatiua; sed quia concessa est iurisdictio in certas personas, adhuc

Oo priu-

priuatiuè concessa censemur, & non est facienda distinctio aliqua respectu dictarum personarum, vt latè Capc. decif. 9. num. 16. & idem D. de Franch. dicta decif. 417. num. 7. si enim Princeps haberet tāummodò iurisdictionem in dictis Casalibus, quæ Territoria non habent, & non in toto Territorio Ciuitatis, restringeretur tantummodò intra muros Casalium prædictorum tantum, quod non est dicendum, nec aliquo modo cogitandum, cùm nec ex verbis priuilegij, nec ratione aliqua fundari possit, immò contrarium clārissimè ex supradictis.

5 Vltimò, casus de quo agitur non est nouūs, sed alias plures decisus. Primò, in vtili dño feudi Acerrarum, quod est illorum de Suardo, non habens distinctum Territorium situm in pertinentijs Ciuitatis Capuæ, vt valeat cognoscere de delictis vasallorum etiam in territorio Capuano, vt D. de Franchis posuit decif. 458. post num. 3. fuit pariter decisus in Castro Teuerolæ Nicolai de Franco, vt valeat cognoscere de delictis vasallorum in toto Territorio Auersano; & deueniendo ad casum nostrum sunt producta exempla de delictis ciuium dictorum Casalium commissis extra Regnum, in Regno in Ciuitate Castri Maris, & in indiuiduo in Territorio Ciuitatis Neap. in loco Barræ, & Paludibus, & si remisse fuerunt causæ delictorum commissorum extra Territorium Neap. absq; priuilegio non alia ratione, nisi quia iurisdictione est in personas, tanto magis, & facilius dicendum est in delictis commissis in territorio Ciuitatis, vbi sita sunt Casalia, cùm Princeps sit Officialis personarum dictorum Casalium absque distinctione.

6 Et aduertatur insuper, quod regulariter Barones non possunt cognoscere de delictis extra Territorium, quia ipsorum iurisdictione limitata est ad certum locum, cuius loci vi-

le dominium ad ipsos translatum est, vt latè tradit Frecc. in 2. lib. de subfeud. 30. authōrit. & post num. 5. habent enim iurisdictionem ordinariam, quæ cohæret Territorio l. final. C. vbi, & apud quem, & sic extra Territorium exerceri non potest Castrēns. in consil. 203. viso quodam num. 3. volum. 1. & quia exercetur ratione Territorij, regulariter dicitur adesse in Territorio, sicut nebula super paludem, dixit Bald. in cap. 1. post num. 7. de allod. Verum licet vt plurimum iurisdictione circumscribatur Territorio, potest etiam considerari sine Territorio, & quamvis Territorium sit de esse ordinariæ iurisdictionis vniuersalis vnius loci, tamen est de esse ordinariæ iurisdictionis certarum personarum, vt optimè posuit Bald. in authōrit. habita num. 48. C. nè fil. pro patr. Capc. in inuestit. in verb. feudorum genera in vers. feudum iurisdictionale, & propriè in vers. iurisdictione licet alias fol. mihi 228. proinde reperiuntur plures, qui habent iurisdictionem sine Territorio, dicit Hostiens. in cap. cùm contingat de foro competen. Cùm igitur Rex non distinxerit Territorium horum Casalium, ita vt effecta essent separata, & aliud corpus de per se, immò concesserit hanc iurisdictionem in Casalibus, & illorum personis pertinentiarum Ciuitatis Neapol. Territorium non consideratur separatum, cùm diuisum non sit, nec est de essentia iurisdictionis istatum personarum, & quia Casalia Territorium non habent, sine dubio ex prædictis iurisdictione nō potest dici coarctata in dominibus Casalium, sed in toto Territorio, & pertinentijs, etiam iuxta verba priuilegij, quemadmodum in casu nostro in indiuiduo alias decisum est, & in alijs locis, iuxta decisiones Minadoris, & D. de Franch. in Casalibus Acerrarum, & Teuerolæ, vt in allegationibus.

7 Et nè decisione punctuali careamus vltra prædicta, & alias primo lo-

co allegatas, aduertatur quod Princeps non habet aliquod Territorium, vt supra dictum est, & proinde quia Officialis constitutus est in constitutus est in Casalibus prædictis, & personis illorum cum speciali exemptione, erit ut Iudex delegatus Regis in causis dictarum personarum, & successiuè cognoscit de delictis commissis in quovis territorio, & cùm sua iurisdictio non terminetur territorio, quod est alterius, non procedit *text. in l. final. ff. de iurisdict. omn. iudic.* sed sequitur personam subditam quocunque vadat, sicut Lepra Leprosum, licet secus sit, quādo quis habet iurisdictionem cum territorio, quia tunc restringitur intra suos limites, verba sunt notabilia eiusdem *Marini Frecciae in eod. lib. 2. authorit. 2. post num. 21. vers. at iurisdictio criminalis fol. mihi 170.* qui omnino videndus est pro decisione istius causæ, ad quod optimè etiam conferunt scripta per *Follerium in sua pract. crim. in rubr. audiantur excusatores S. inquisitus post num. 139. in verb. cùmquè communiter fol. mihi 103.* vbi ita obtinuisse attestatur.

**8** Et quia plures iudicatum est pro Princeps, signanter respectu delictorū extra Calalia, & in Territorio Ciuitatis, est conseruandus in dicta possessione, cùm vnicus actus iurisdictionis sufficiat ad illam obtinendam in omnibus, maximè in actibus iurisdictionis eiusdem speciei, ad *text. in l. arboribus S. de illo, vbi Bars. ff. de usufruct. idem in l. 1. S. si quis hoc interdicto ff. de itiner. actu. priuat. latè Albert. Brun. consl. 34. num. 15. & Floria. in l. seruitute ff. quemadm. seru. amitt. & in l. seruitutes la grande post nu. 21. ff. de seruitut.*

**9** Nec poterit opponi, quòd sicut non fit remissio delictorū commissorum intus Ciuitatem Neap. ita neque fieri debet respectu aliorum commissorum in Territorio, quia ultra, quòd posset defendi adhuc compe-

tere Principi cognitionem, tamen alia ratio particularis allegata à *D. de Franchis* excludit Barones quoad delicta in Ciuitate, quoniam est delictum commissum coram Princeps, respectu cuius requiritur particula-re priuilegium; cùm autem sumus extra Ciuitatem, cessat ratio prædicta, & non potest alia considerari, quare Princeps cognoscere non debet de delictis in toto Territorio Neapolitano, cui subsunt Casalia prædicta non distincta, nec separata, & Princeps tantum Officialis constitutus est in personas, nulla distinctione adhibita; proinde causa remittenda est pro conseruatione iurium Principi competentium ex rationibus prædictis. Cætera suppleant Religiosissimi, & Doctissimi Iudicantes.

*Causa fuit remissa ad Curiam Principis in prædicta terra Turris Octavae.*

#### ARGUMENTVM.

Aliquot non ingrata, immò non minùs curiosa, quàm utilia in materia locationis, eiusvè steririlatis quà magistraliter examinantur, quà dilucidè resoluuntur.

Et præ cæteris notabiliter declaratur illa canonizata propositio, quòd sterilitas vnius anni debet compensari cum vbertate aliorum annorum.

Insignis præterea adnectitur doctrina, ex qua palam fit, quādo plures locationes debet iudicari diuersæ, & quādo vnicā per modum prorationis.

Et demum super sterilitatis articulo ad finem obtainendæ remissionis, septem relatis *Scribentium* opinionibus, eisdemq; ingeniosè confutatis, septima, quæ in effectu concordat cum sexta, retinetur, & commendatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Casus præsentis cōtrouersiae in tres distinguuntur iuris articulos.*
- 2 *Locationis materia hoc expostulat, ut sterilitas unius anni compensetur cum ubertate precedentium annorum.*  
*Quod intellige, & declarata, ut num. 10. in fine.*
- 3 *Locationes plures quando debent iudicari diuersa, & quando per modum prorogationis.*  
*Locatio diuersa non constituitur ex locationis prorogatione.*
- 4 *Locatio si incidat in aliquem annum sterilem, ille annus erit supplendus cum ubertate aliorum annorum.*  
*Sed questionis est, quomodo fiat ista compensatio.*  
*Et Bald. distinguit.*  
*Et Angel. eius frater adiecit sing. limitationem fundatam super particulari pactione hic relata.*  
*Commemorantur pariter super eodem articulo Salyc. & Aegyd. Boff. traditiones, ibid. circa finem.*
- 5 *Locator si conductori mercedem remiserit propter anni sterilitatem, ei nequaquam nocebit buiusmodi remissio, si ubertas supernenerit.*  
*Sterilitas potest bifariam contingere.*  
*Et utraq; exemplis illustratur.*  
*Et circa mercedis remissionem magni interest inter unam, & alteram.*  
*Damnum contingens propter pluuiam an sit dignum remissione mercedis, non est eadem Scribentium sententia.*  
*Que DD. dissentio, sēu altercatio ces-*

*sat in præsenti facti figura ex optimis consideratis hic per D. Authorem, fretum testimonio Aret. & Ruin.*

- 6 *Sterilitas quo pacto consideranda ad finem obtainendæ remissionis super mercede, hoc opus, hic labor.*  
*Super hac disceptatione sex referuntur DD. opiniones, & num. seqq.*
- 7 *Prima, quando non est recollectum semen.*
- 8 *Secunda, totum negotium remittit Vulgi opinioni.*
- 9 *Tertia, quando Colonus deductis sumptibus, nil percipit de fructibus.*
- 10 *Quarta, hoc totum remittit Iudicis arbitrio.*
- 11 *Quinta, quando percipitur tertia pars minùs, quam communiter percipi solet.*
- 12 *Sexta, quando Colonus ex fructibus non percipit dimidiā pensionis soluenda, & num. 14. & 15.*  
*In locatione consideratur quedam ratiocina venditio de spe perceptionis fructuum.*  
*Argumentum rectè ducitur de contraria empsonis, & vēditionis ad illum locationis.*  
*Et inter utrumque duplex recensetur paritas.*
- 13 *Septima subsequitur in effectu concordans cum antecedenti, quæ explosis precedentibus retinetur, & commendatur.*  
*Sterilitas fructuum affecuta est ubertatem circa DD. opiniones.*  
*Renunciatio generalis, veluti renunciavit oībus iuribus pro se facientibus, est instar renunciationis omni legum auxilio, sed quid operetur.*  
*Culpa leuissima dumtaxat ad strictus si suscepit in se periculum, tenetur etiam de casu fortuito, ibidem in fine.*
- 14 *Locatio plurium corporum unica censetur, si unica merces pro omnibus sit constituta.*  
*Adducitur simile de venditione.*  
*Deciso num. 15. in fine.*

## Pro Monasterio S. Marcellini.

## CONSILIVM LIX.

**N** causa remissionis mercedis petitæ per Conductorem Terrarum Monasterij S. Marcellini tres articuli præcipue discutiendi sunt, in quibus pro Monasterio pronunciandum erit.

Primus articulus erit (supposita pro nunc allegata sterilitate præsentis anni) an cum vbertate præcedentium annorum potuerit compensari.

Secundus, an exspectandi sint reliqui duo anni sequentes locationis, ut cum fertilitate illorum prætensa allegata sterilitas suppleatur.

Vltimus, an in specie, quam agimus verè successerit casus sterilitatis, vt fiat locus remissioni petitæ mercedis.

Ad primum articulum deueniendo, parùm elaboradum erit, cùm sint iura clarissima, sterilitatem vnius anni compensari cum vbertate præcedentium annorum, ad sex. in l. licet C. loca. & cap. propter sterilitatem ext. cod. in facto verò deductum est, locationem durasse per annos sex præcedentes, in quibus Conductor maximos fructus percepit, & annos satis vberes fuisse ultra solitum, vndè colligitur, illos fructus ascendisse summam præteræ sterilitatis præsētis anni, & diuitem Cōductorem effectum fuisse ob fertilitatem præcedentium annorum; sola difficultas consistit in exceptione Partis allegantis, id procedere in eadem locatione, non diuersa, ex quo quælibet de per se dicitur perfecta, vt per Salycet. in d. l. licet num. 9. & huiusmodi videntur esse locationes in casu nostro, cùm in singulo triennio apparetant factæ locationes separatae.

Pro responsione est aduertendum, locationes à Monasterio fuisse factas

in diuersis instrumentis, & temporibus, ex quo prohibitum erat, bona Monasterij locare ad lögum tempus, nisi de triennio in triennium, verū hæ locationes nō debent iudicari diuersæ, sed factæ per modum prorogationis, cùm ante finitam vnam locationem pro primo triennio sit factum instrumentū locationis alterius triennij, & sic propriè prorogatio consideratur, quæ non facit diuersam locationem, nec mutat causam possessio- nis, sed in lögius tempus locatio profertur, licet secus esset, si finita prima locatione fieret secunda, hæc probātur in sex. not. in l. sed & si manete ff. de precar. notant DD. & præcipue Felin. latè in cap. præterea num. 31. de sponsal. & in cap. de causis num. 3. cùm seq. de offic. deleg. Bart. in l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo colum. penult. ff. de verb. oblig. & in l. 1. S. & post operis ff. de oper. nou. nunc. & in his terminis cōsiderando prorogationem affictus, suppletur sterilitas cum vbertate alterius anni, vt Bald. posuit in d. l. licet num. 12.

Secundus articulus pariter habet decisionem, ut sterilitas prætensa suppleri possit cum vbertate sequentium annorum, vt in d. cap. propter sterilitatem, & in l. si uno ff. cod. tit. adeò quòd tantummodò superest videndum, an debeant exspectari sequentes anni, cū quorum vbertate comp̄setur sterilitas præsentis, vel est facienda remissio, & succedente fertilitate tunc Cōductor teneatur ad solutionem mercedis etiam pro præsenti anno allegatae sterilitatis, Bald. in eadem l. licet num. 12. in 10. quest. dicit, quòd annus præcedens est suppletius, ex quo statim fit compensatio, sequens verò dicitur suspensiūs, donec venerit, & tunc cū venerit, suppletur, ita quòd videtur concludere, remissionem prætensem differri usque ad aduentum sequentū annorū, & si interim Dominus remiserit, hoc ei non nocebit, si vbertas su- peruenerit, ex quo videtur colligi,

Oo 3 quòd

quod non potest cogi ad faciendam remissionem, dum videtur remissa voluntati Domini locatoris, si remiserit, quod videtur sequi *Iulius Ferret.* in tract. de gabellis, & vectig. nu. 304. approbans, ut locatio semper fiat in plures annos, ne locator, p primo anno sit subiectus remissioni, cum posse verosimiliter superuenire fertilitas, ex qua sterilitas compensaretur, idem pariter comprobatur ex his, quae notantur in addit. ad decis. *Guid. Pape* 630. vbi quam plura similia allegantur, secus tamen esset, si ex pacto promitteretur refectione damni ob guerram, vel aliud impedimentum, quia tunc statim esset facienda remissio, non attendita libertate praecedentis, vel sequentis anni, ut posuit *Angel.* in eius consil. 312. prout patet ex themate colum. penult. vers. restat videare, & vers. sed enim voluerunt, Salyct. verò in eadem l. licet num. 8. dicit, in primo anno sterili non esse faciendam remissionem simpliciter, & absolute, sed locator, quod congruum est, habere debet cum protectione consequendi restantem summam, casu, quo sequentes anni fuerint libiores, & proinde *Aegid. Boff.* in tract. remiss. merced. num. 101. dicit, quod Domini Questores decernunt, supersedendum esse quoad aliquam partem remissionis petitæ sine præiudicio, donec finita locatione possit cognosci, an aliqua libertas possit suppleri, ex mente Salyct. in loco prædicto, & expedit, dicit ipso, ut fiat protectione per locatorum, vel ordinatio per Questores, ut supersedeatur, ita quod ex his saltim deducitur, totum id remitti Iudicis arbitrio, qui uno, vel alio modo decernere poterit, consideratis omnibus hinc inde prætensis, & quoniam mox pto Monasterio fundabitur in præsenti questione, nullo modo tractari posse de remissione mercedis, ideo descendo ad tertium, & ultimum articulum propositum, ex quo omnis questione sublata erit.

5 Ultimus articulus in eo consistit potissimum, an prætesa sterilitas, quæ allegatur, successerit, taliter quod possit adesse casus remissionis petitæ, & si fundabitur, non esse locum remissioni, cessant omnes difficultates, huius articuli resolutio dependet. Primo, ut videamus, ex qua causa succedere potuerit prætesa sterilitas, circa quod consideranda est distinctio posita per Doctores, quod aut sterilitas succedit casu fortuito, & extrinseco, aut vicio ipsius rei.

In primo casu comprehenduntur violentia per aggressum, seu incursum hostium, vel latronum, & exercitus, inundatio fluminis, grandines, tempestas, si mures deuastarent segetes, & corrosio auium, & vermium, *Bald.* in l. ex conducto S. si vis in fin. ff. locat. Docto. in cap. 1. extr. commodat. Calderinus latè in consil. 5. in tit. de locat. post princ. Afflict. quoque in dec. 54. nu. 2. & in decis. 365. num. 3. & hoc casu tractandum est de remissione mercedis, si sterilitas acciderit, in quo sunt varie Doctorum opiniones, de quibus inferius dicetur.

Si verò sterilitas successerit vicio rei, puta propter labem contingentem in Territorio, quæ omnem fructum tulerit, propter qualitatem terreni, eiusq; debilitatem, aut propter pluvias, ut in specie nostra, & tali casu nullo modo fit remissio, nisi Colonus omnem fructum perdiderit, ad text. in d. l. ex conducto S. si vis, glos. mag. in fin. in l. si merces S. vis maior ff. cod. titul. Aretin. optimè in consil. 52. num. 3. & 4. & latissimè *Ruin.* omnino videndus, qui latè comprobat hanc distinctionem in consil. 87. à num. 1. volum. 1. est tamen aliqua controversia inter DD. si damnum successerit vicio rei propter pluvias, quod non videtur tribui posse culpe Conductoris, & proinde esse locum remissioni, secundum glos. in d. cap. propter Sterilitatem, & Paul. de Casbr. in d. l. ex conducto S. si vis col. 1. si culpa Conductoris abesset, ut considerat

derat sex. in d. cap. propter sterilitatem, sed contrarium deducitur aperte ex text. in d. S. si vis, qui tergiuersari non pot est, & dum omnes Doctores concludunt, ex debilitate rei non fieri remissionem, quia vitium est ipsius rei, successiuè idem casus est propter pluuias contingentes, cum clarum, & notorium sit, non omnes terras fuisse effectas steriles propter pluuias, sicut nec ista, de qua agitur, cū ex quādam parte tantummodo nō fuerit facta recollectio; igitur in individuo p̄cedit in terminis nostris opinio Aret. in d. consil. 52. & Ruin. d. consil. 87. qui multis rationibus comprobat, respondens ad obiecta, quæ non transcribo, & posset etiam dici, non absfuisse culpam Cōductoris, postquam potuisset occurrere pluuiæ, faciendo sulcos, & alia necessaria, cum aperte constet, vnicum esse petium terræ; de quo agitur, & damnum tantummodo contingisse in minori parte, & ideò eius culpæ adscribendum est, si segetes ex parte fuerint suffocatae propter pluuiam, sicut considerat in specie Imol. in d. cap. propter sterilitatem num. 17. vers. in glof. secunda.

6 Sed quid vltra moror in his disputationibus, presupponendo sterilitatem, postquam nullo modo considerabilis est in casu nostro, & successiuè tractandum non est de remissione mercedis; & vt clarius dignoscatur notoria iustitia Monasterij, breuiter recēsendæ sunt opiniones DD. in ista materia sterilitatis, & quæ nam communis sit, & magis attendenda. Verū prius est notandum in facto, Appretatores expertos retulisse, in viginti iugeribus nō absfuisse læsionem in Territorio, de quo agitur; itē ex alijs quinque potuisse fructus colligi pro aliqua parte, & sic mediocriter, in ceteris verò quindecim contingisse damnum, & denique concludunt, teneri Conductorem ad pensionem iugerū viginti, quod vltimū non erat remissum eorū arbitrio, sed sufficiebat relatio respe-

ctu iugerū, in quibū dānum contigilset, & attenta hac relatione, respectu istius corporis tantum patet, damnum non fuisse in dimidia, sed infra, modo.

7 Prima opinio quoad sterilitatem adducitur, quando non est recollectū semen, & de hac non est tractandum, postquam recollectio patet pro dimidia, & vltra; & secundūm hanc opinionem Conductor succumberet.

8 Secunda est opinio, quod attendatur Vulgi opinio, secundūm glo. in d. l. licet, vbi Salices. per Alexand. conf. 3. lib. 1. & alij sequuntur, in qua pariter non est insistendum, quoniam illa deducta non est in præsenti processu, nec esset attrēdenda, cū in vno agro potuisset adesse sterilitas, in alio vberitas, vt videmus in alijs Territorij eidē Conductor locatis, itā respondet Imol. in d. cap. propter sterilitatem post num. 5. vbi testatur, quod iura non considerant Vulgi opinionem, sed an interuenerit casus, ppter quem Cōductor afficiatur magno incōmodo, vt in d. cap. propter sterilitatem, & in d. l. licet cum concordantibus, & proindē Cyn. in d. l. licet dicit, hanc opinionem esse periculosa, vel saltem requiretur, quod opinio Vulgi iudicaret sterilitatem in illo prēdio.

9 Tertia est opinio Bar. in d. l. si merces S. vis maior, vbi considerat sterilitatem, quando deducit sumptribus Colonus nihil percipit de fructibus, & hanc opinionem multi sequuntur, verū recepta non est, cū idem Bart. aliter dixerit in d. l. licet, & sequeretur ex ea, quod si Colonus aliquid perciperet vltra sumptus, teneretur ad totā pensionem, & nunquam fieret remissio pro rata, quod non est dicendum secundūm Aret. in d. consil. 52. post nu. 2. & secundūm hanc opinionem Conductor pariter succumberet in casu nostro.

10 Quarta est opinio, vt relinquatur Iudicis arbitrio, vt posuit Barbat. in d. cap. propter sterilitatem in 4. notab. & in

*in consil. 2. vol. 2. colum. penult. per ea, quæ tradidit Bald. in l. 1. C. si aduers. vend. pignor. vbi dum de damno graui loquitur, id remittit Iudicis arbitrio, verum quia nō omne dānum in casu nostro remittitur Iudicis arbitrio; sed illud, quod est intolerabile, ad text. in d.l. si merces S. vis maior, & in d.l. licet, propterea arbitrium Iudicis regulari debet ex alijs opinionibus, quas iuris Interpretes tradiderūt, de quibus infra, ita Couar. pract. quest. cap. 30. post num. 1.*

**11** *Quinta affertur opinio Ioa. Andr. in d.c. propter sterilitatem col. 1. vt dicatur sterilitas, quando percipitur tertia pars minùs, quam communiter percipi solet, quam videtur sequi Barbat. in eod. cap. sed Imol. illam reprobat ex eo, quia iure non probatur in dicto cap. col. 2. vers. sed est ista opinio, & Colonus tunc non videtur affici magno incommodo, & pariter Couarru. loco citato vers. est etenim, & melius confutatur ex doctrina Paul. de Castr. in d.l. ex conducto S. si vis num. 5. vbi dicit, quod quando damnum est minus dimidia, non dicitur tūc sterilitas, sed exiguitas fructuum, ex qua modicitate non fit remissio mercedis, vt in d.l. si uno S. cum quidam, vbi est tex. apertus.*

**12** *Sexta est opinio, vt tūc verè sterilitas consideretur, quādo damnū esset intolerabile, & tale, quod soluendo pensionem Conductor remanet deceptus vltra dimidiā iusti pretij, ex eo, quia non percipit dimidiā pensionis soluendā, Bart. hoc dixit in d.l. licet, & quod ita debet intelligi hēc materia, subdens, nec unquam dixi, nisi modo, & est de mente Jacob. de Aren. in ead. leg. Bald. in d. l. si uno ff. eodem titul. Cyn. in ead. l. licet, Anto. de Butr. qui declarat melius, quam aliis, respondens ad obiecta in dicto cap. propter sterilitatem num. 13. & inter alia dicit, quod in locatione consideratur quædam tacita venditio de spe perceptionis fructuum, & ideò ad*

*instar emptionis datur remissio, quādo adest lexio vltra dimidiā, cūm valeat argumentum de cōtractu emptionis, & venditionis ad contractum locationis, vt omnes Doctores concludunt in cap. cūm dilecti de emptione, & venditione, & in locatione potest conuenire pretium sicut contractui emptionis l. qui insulam S. qui a dem ff. locat. & l. si quis ante in fi. ff. de acquiren. poss eff. & quæ dicūtur in Colono, qui nummis colit, procedūt etiam in eo, qui certam annuam quātitatem bladi, vel vini præstat pro pensione, vt per Albericum in d.l. licet vers. & predicta vera per text. in l. excepto eodem titul. vbi glos. in verb. fructus, glos. in dicto cap. propter sterilitatem, Jacob. de Aren. in eadem l. licet nu. 5. hanc eandem opinionem sequitur Imol. in eodem capit. propter colum. 4. circa principium usque ad num. 7. & Castr. in d.l. ex conducto S. si vis, Aretin. dicto consil. 52. num. 2. in fin. qui dicit, quod ista opinio est communior, Socin. conf. 88. in fi. vol. 1. Corne. in notab. cōf. 128. volum. 2. Alexand. consil. 3. num. 6. volum. 1. Ripa in tract. de priuile. contract. contra pestem num. 25. Couarr. in dicto cap. 30. pract. quest. dicens, quod tenentes hanc opinionem ad veritatem accesserunt, Ruin. d. consil. 87. num. 1. in fin. & seq. & Paris. qui similiter testatur esse communem in consil. 38. nu. 23. volu. 1. Laur. Siluan. consil. 35. num. 27. & Capyc. in decif. 88. in prin. Gozad. consil. 74. in princ. Soci. iun. consil. 86. nu. 9. volum. 2. Riminal. consil. 40. num. 4. volum. . Ioseph. Ludou. commun. opin. concl. 12. declar. 6. vers. verior, & communior, Valaf. de iur. emphy. quest. 27. num. 24. vers. quinta fuit opinio, Menoch. de arbitr. casu 76. num. 5. Surd. qui alias etiam allegat in consil. 400. num. 26. lib. 3.*

**13** *Vltima opinio est, vt iudicetur sterilitas, quādo non percipitur dimidia eius, quod percipi consuevit, de qua per gl. in d.l. si uno in prin. refert etiam Alexand. d. consil. 3. & consil. 107. nu.*

# Consilium LIX.

441

15. volu. 3. & alij quoque sequuntur; verum hæc opinio non differt à præcedenti, iuxta posita per Alexan. in d. conf. 3. & melius, quod ista opinio declaratur, & cōiungitur cum præcedēti, vt si non percipit medietatem eius, quod percipi consuevit, resultat damnum ascendens ad dimidiam mercedis, ita concordat, & declarat Corneus in d. conf. 128. colum. penult. lit. A. cum seq. vol. 2. ita quod ex his patet, veriorum, & communem opinionem esse ad iudicandam sterilitatem, quando Cōductor soluta mercede remaneret læsus vltra dimidiam, hæc opinionem sequitur Carrot. qui insuper dicit, sterilitatem dari debere in tot opinionibus DD. sicut in fructibus in tract. de locat. in tit. de remiss. merced. q. 1. in fin. fol. mihi 185. & si hæc vera sunt, prout sunt verissima, simpliciter loquendo, tanto fortius procedunt in casu nostro, cum hic Cōductor renunciarit omnibus iuribus pro se faciētibus, quæ tenunciatio generalis ad instar renunciationis omni legum auxilio operatur, & refertur ad ius futurum, & comprehendit etiam incognita, vt latè Alex. and. conf. 68. num. 6. cum seq. volum. 5. & proindè stante renunciatione prædicta Cōductor excluditur à remissione propter sterilitatem, vt per Capyc. dec. 87. nu. 10. & dec. 88. nu. 1. circa fin. & dato, quod hoc assump- tum renunciationis generalis non sit vndique tutum, tamen negari non potest, quin saltem ad obtinendam remissionem requiretur enormissimum damnum, satis vltra dimidiam, vt pactum aliquid operetur; si enim fiat pactum, vt propter damnum remissio fiat, tunc etiam si non ascendet ad dimidiam, sit remissio, vt pactum non sit sine effectu, sicut qui tenetur de leuissima culpa, & suscipit in se periculum, tenetur etiam de casu fortuito, vt per Ruin. latè conf. 81. nu. 3. in ff. & nu. 6. vol. 1. igitur è contra stante renunciatione, vt fieri debeat remissio, debebit intercedere dainnum

satis vltra dimidiam.  
14. His stantibus ex duobus neces-  
sariò concludendum est pro Mona-  
sterio.

Primò, nam attenta supradicta cō-  
muni opinione, & considerando dam-  
num istius corporis separati, adhuc  
patet, lesionem esse infra dimidiam, &  
propterea tractari nō posse de remis-  
sione.

Secundò, (& erit basis totius quæ-  
stionis) est præmittendum, locationem  
continere plura corpora, & præter  
istud, de quo agitur, alia corpora  
ascendunt ad mensuram ferè istius  
corporis, vt patet ex instrumētis pro-  
ductis, verum locatio non processit  
ad mensuram, nec pro singulo cor-  
pore fuit pensio constituta; sed pro  
omnibus corporibus simul, & vnico  
instrumento vnica pensio certa pro-  
missa fuit: ex hoc sequitur, hanc loca-  
tionem, licet plurium corporum pro  
vnica reputari, cum vnica merces pro  
omnibus sit constituta, iura sunt cla-  
rissima in l. si duos ff. de contrab. emptio.  
in l. quod si uno ff. de in diem adiect.  
& melius in l. cum eiusdem cum legib.  
sequentib. ff. de adilit. edict. & in l.  
ediles S. si forte, ibi, cum enim uno  
pretio vtraq; vñierint, non est separā-  
dum pretium eod. tit. Bar. in l. Julianus  
S. si Titius ff. de actio. empti. & in l. scire  
debemus ff. de verbis. oblig. proindè li-  
cet plures petiæ terræ sint venditæ,  
non dicitur venditio facta ad nume-  
rum earum, nec per hoc dicuntur plu-  
res vñditiones, sed vna dūmtaxat p-  
pter vnicum pretium, postquam pre-  
tium non est constitutum pro numero,  
sed pro omnibus vnum, Ruin. latif-  
simè, qui videatur in cons. 83. num. 1.  
volum. 1. secus tamen esset, si fuisset  
habitus respectus ad pretia singularū  
rerum, tunc dicerentur plures, veluti  
emi plures res pro centum, videlicet  
decem pro tali, decem pro tali, &c.  
aliás secus, vt per Bart. in quæst. incip.  
Publicanus num. 17. & antè etiam  
num. 6. & particularius ad casum no-  
strum

strum accedens, si non est constitutum  
precium singularum rerum, sed unicum  
pro omnibus, quod Conductor non  
